# CORPORIS

# HAERESEOLOGICI

TOMI SECUNDI

PARS POSTERIOR.

# CORPORIS

# HAERESEOLOGICI

## TOMUS SECUNDUS

CONTINENS

S. EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIENSIS

## PANARIORUM

LIBRUM PRIMUM ET SECUNDUM.

EDIDIT

**FRANCISCUS OEHLER.**

BEROLINI

APUD A. ASHER ET SOCIOS.

MDCCCLX.

# S. EPIPHANII

EPISCOPI CONSTANTIENSIS

# PANARIA

EORUMQUE ANACEPHALAEOSIS.

AD VETERES LIBROS RECENSUIT ET CUM LATINA
DION. PETAVII INTERPRETATIONE ET INTEGRIS
EIUS ANIMADVERSIONIBUS

EDIDIT

**FRANCISCUS OEHLER.**

TOMI PRIORIS

PARS POSTERIOR.



BEROLINI
APUD A. ASHER ET SOCIOS.
MDCCCLX.

[illegible]

# PRAEFATIO.

Epiphanii, episcopi Constantiensis, Panarii sive Panariorum (utroque enim numero positum in codicibus manu exaratis et ab aliis scriptoribus usurpatum id nomen reperitur; vide Fabricii Biblioth. Gr. vol. VIII., pag. 264. sqq., Du Cangii Glossar. ad Scriptt. Mediae et Inf. Graec. pag. 1090. s. v. *Πανάριον* appellatur ab ipso Epiphanio in Epist. ad Acacium et Paulum; cod. ms. Veneto utrumque inscriptum legitur, primo *Τὰ Πανάρια*, dein, pag. 1. ed. Petav., *Ἐπιφανίου ἐπισκόπου κατὰ αἱρέσεων τὸ ἐπικληθὲν Πανάριον, εἴτ᾽ οὖν Κιβώτιον*, edit. princ. et cod. Vratislaviensi item primo *Βιβλίον πρῶτον τῶν Παναρίων τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου*, dein, pag. 1. edit. Petav., editt. princ. et Petav. *Πανάριον εἴτ᾽ οὖν Κιβώτιον*, pro quo ed. Petav. Coloniae repet. vitiose *Πανάριος εἴτ᾽ οὖν Κιβώτιος*, cod. denique Vratislaviensi *Πανάρειον εἴτ᾽ οὖν Κιβώτιον*) — libri primum sunt editi una cum reliquis quae feruntur Epiphanii scriptis *ἐν Βασιλείᾳ, ἀναλώματι καὶ ἐπιμελείᾳ Ἰωάννου τοῦ Ἑρουαγίου, ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας Χριστοῦ χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ, μουνυχιῶνος ἑπτακαιδεκάτῃ*, quemadmodum subscriptio testatur. De codice scripto quo editor usus est Ianus Cornarius medicus Operibus Epiphanii a se Latine conversis et anno insequenti editis praefatus est ita: „*Hic* (Phil. Melanchton) *opus hoc ita probarit, ut id primum in studiosorum gratiam a clarissimo viro D. Ioanne Langio Erfordiensi impetrarit, deinde ad industrium virum Ioannem Oporinum utraque lingua professorem clarum miserit, quo illius et Roberti Chimerini industrii typographi opera Graece ederetur. At hi ambo ut melius de Latina lingua et de studiosis Graeca non assequentibus mererentur, persuaserunt mihi, ut post Basilii conversionem a me factam etiam hoc Epiphanii opus agressus sim, et intra nonum men-*

*sem in Latinam linguam transtulerim.*" In quo libro typis exscribendo qua diligentia quaque fide sint versati editores eum non fugiet qui scriptum cum edito comparaverit. Raro erraverunt in characteribus veteris manus interpretandis, multa sustulerunt stili vitia, sed nulla nisi confessa, et ab omni temeritate corrigendi mutandique laudabiliter abstinuerunt. Editionem Basileensem anno MDCXXII. excepit Parisiensis Dionysii Petavii, qui cum verbis Epiphanii hic illic recte emendatis aut explicatis, tum eo est de scriptore hoc intellectu saepe difficillimo bene meritus quod denuo ac paene de integro libros eius in sermonem Latinum interpretandos animadversionibusque varia eruditione plenis illustrandos suscepit. Sed de hoc possis iure conqueri, quod in enotanda librorum vett. quibus utebatur scripturarum discrepantia nimis parce parumque accurate versatus est. Codicis enim regii Parisini, quem ipse inspexerat, perquam raro ab eo facta est mentio, Vaticanique libri diversitates, quas ab Andrea Schotto excerptas acceperat, partim interpolatas aut mutilatas recepit, partim omnino neglexit. Ita factum est ut posteritati quoque larga curae atque sollertiae materia in his scriptis emendandis atque expediendis manserit. Legimus apud Fabricium Biblioth. Gr. vol. VIII. pag. 263. Harl. paratos habuisse in Epiphanium commentarios, novamque scriptorum eius editionem curaturum fuisse P. Lanselium, fortasse etiam Ed. Bernardum, qui commentarium suum in Epiphanii Panarium commemoret in notis ad Iosephum pag. 323., cuiusque exemplar edit. Opp. Epiphanii manu ipsius notatum et castigatum hodie asservatur apud Oxonienses (v. Catal. Codd. Angliae et Hib. II. pag. 227. nro. 7421, 75.), et Iac. Coletum, instructum ope codicis ms. Marciani CXXV., qui fuit olim cardinalis Bessarionis, etiam esse novam scriptoris operum editionem molitum prodidit Villoison Anecdd. Gr. II., pag. 245. Sed ut Lanselii commentarii interierunt, ita de Coleti schedis reliqui quidquam investigari hodie non potuit, et Bernardi saltim exemplum illud quod supra memoravi, quodque Harlesius in additamentis ad Fabricii Bibl. Gr. vol. VIII., pag. 261. tanquam collatum cum codd. mss. nobis venditavit, nihil omnino continet nisi emendationes aliquot quae tam exigui momenti sunt ut meliorem partem operae Epiphanio a Bernardo praestitae, si quam

ab eo praestitam esse putare licet, pariter interiisse suspicari debeamus.

Quae cum ita essent, postquam ego Panarii una cum Anacephalaeosi recensendi edendique consilium cepi, id ante omnia agendum esse vidi ut librorum vetustorum auxilia eosque apparatus mihi compararem quibus scripta ea quae innumerabilibus locis vitiata et corrupta iacebant, quibusque post Th. Gatakerum, hominem satis sagacem nec infeliciter in temptandis emaculandisque aliquot locis versatum, vix ullus operam aliquam impendit, cum fide et auctoritate si non restitui, at certe purgari emendarique possent. Atque manu exaratos codices inveni commemorari Venetum bibliothecae S. Marci nro. CXXV., Vratislaviensem bibliothecae Rhedigeranae, sive Rehdigeranae, ut alii rectius scribere sibi visi sunt, quem librum non diversum esse ab eo suspicor quem I. C. Barthius in adnotatione ad Claudiani Opera pag. 243. ed. Hanov. 1612. „elegantissimis characteribus scriptum sese nactum" esse narravit, deinde codicem Ienensem bibliothecae Academiae, codicem Parisinum bibliothecae olim regiae numeris DCCCXXXIII. et DCCCXXXV. signatum, quo Dionysius Petavius usus est. Quorum librorum quem primo loco nuncupavi longe utilissimum fore statim intellexi postquam excerptorum ex eo copia in manus meas pervenit. Is solum librum Panarii primum et secundi tomum priorem complectitur, et constat foliis membranaceis 394, ab Ioanne presbytero anno MLVII. bipertito conscriptis; v. Zanetti Catal. pag. 71. Cuius libri ope contigit non solum ut duas illas ampliores lacunas quibus laborant vulgati generis codices cum utraque editione inde repetita (nam tertia, quae vulgo esse putatur, pag. 708. ed. Petav., neque in codd. mss. indicata aut significata est, et, postquam facillima coniectura locus sanatus est, apparebit esse plane nulla; ita ut una iam restet quarta quae est in haeresi Marcionitarum pag. 342., quae ne Veneto quidem libro expletur) in haeresi Origenianorum pag. 576. et pag. 596. ed. Petav. explerem, plurimosque locos qui vulgo corruptissimi legebantur, praesertim in eis partibus quas de Irenaei libris adversus haereses scriptis suo Epiphanius operi inseruit, emendarem, sed etiam turbato membrorum orationis ordini in eis quae de libro Methodii de Resurrectione excerpta

in eadem haeresi leguntur eadem medicina succurrerem qua ante hos tredecim annos ope codicis ms. Parisini accuratius examinati gravissimum eiusdem generis vulnus secundo Arnobii adversus Nationes libro inflictum sanare mihi licuit. Unum dolebam, me quamvis diu iam exspectantem qui codicis Veneti scripturas discrepantes exscribendi ea qua par esset cura ac sollertia laborem susciperet serius invenisse quam ut totam eam Panarii partem quam continet ad praestantissimi libri auctoritatem revocare possem. Quod incommodum, quoniam gravioribus vitiis mederi licuit, licet leviora haud pauca sint reliqua, tamen inexcusabile non videtur esse, praesertim cum plerisque in locis Veneti a vulgatis libris discrepantia paene nulla sit nisi vocabulorum rem eandem significantium sententiarumque aliter formatarum aut collocatarum. Ceterum eiusdem esse prosapiae videtur Venetus cuius est Vaticanus, de quo mihi infra dicendum erit. Transeo nunc ad librum Ienensem.

Is liber (Ms. Bos. 8. 1.) redit ad annum MCCCIV., ut ex subscriptione Panarii liquet, cumque hodie modo dimidia eius pars, quae in bibliotheca Academiae Ienensis asservatur, superstes sit, amissa priore quae pertinebat ad pag. usque 604. ed. Petav., constat tantum foliis 168., formae maioris, gossypinis, manu certa nec ineleganti exaratus, sed ob clausularum compendia, quibus librarius est usus, hic illic lectu non facilis, quae causa erat ut primi operis editores interdum a vero aberraverint. Est enim ille idem Iohannis Langi liber quem intercessore Phil. Melanchtone a possessore impetraverat Io. Oporinus, id quod etiam haec verba probant superiori primi folii margini inscripta: *Ex bibliotheca Iohannis Langi Erphurdani.* Panarii pars quam continet 120 folia complet; inde sequuntur Ancoratus (fol. 121 — 152 v.), Anacephalaeosis (fol. 152 v. — 161 r.), de Ponderibus et Mensuris (fol. 161 v. — 168 r.). In fine addita sunt excerpta quaedam ex Ioannis Chrysostomi Homilia de Incomprehensibili Dei Natura (*Τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ* ☧. *ἐκ τοῦ περὶ ἀκαταλήπτου ε̃. οὗ ἡ ἀρχὴ, Ἐπειδὰν μέλλῃ τις μακροτέρας ὑποθέσεως καὶ πολλῶν δεομένης λόγων* :/ Incip. *Τίς ἔγνω νοῦν κυρίου; κτλ.*, fin. *καὶ ὁ λόγος ἐν τῷ νῷ θεωρεῖται.*, cum hac subscriptione, *Τέλος λόγου τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου τοῦ ἐπι-*

λεγομένου Ἀγκυρωτοῦ, rubro colore appicta), quae eadem etiam in codd. mss. Vratislaviensi et Parisino, eodemque ordine inserta leguntur. Sex ultimas paginas complet Nicephori episcopi Constantinopolitani Chronographia, ab eadem manu, uti videtur, quamquam atramento hodie paulo magis flavescente, conscripta quae exaravit reliquas codicis partes. Neque ipsa manus correctrix in scriptis Epiphanii passim obvia a prima videtur fuisse diversa. Ceterum priorem codicis Ienensis partem, qua eum nunc detruncatum esse dolemus, in regione Basileam circumiacente fortasse adhuc latere memini me alicubi adscriptum legisse.

Eadem plane quae codex Ienensis, eodemque ordine, continet etiam codex Vratislaviensis, bibliothecae Rhedigeranae, qui integer servatus est. Scriptus est in membranaceis foliis purissimis formae maximae manu eleganti et erudita, characteribus admodum minutis, seculo, uti conicio, decimo quinto ineunte. Hunc codicem indicia quaedam fidem faciunt ex libro Ienensi descriptum esse, primum quod plerumque cum vetustiori illo conspirat, cumque librarii oculi ac manus haud raro (locos ubi id factum sit omnes singillatim notare operae pretium non esse visum est) peccaverint in omittendis totis enuntiatis quae leguntur in libro Ienensi, nusquam tamen ipsius ope earum lacunarum ulla potuit expleri quibus ille laborat, deinde quod omnia plane eadem insunt quae in Ienensi, eodemque ordine, et quod utrique etiam pariter subscripta conspicitur haec clausula: *Τέλος τῆς ὧδε βίβλου. Δόξα σοι ὁ θεὸς ἡμῶν δόξα σοι*, denique, id quod gravissimum est, quod vocabula vocabulorumque particulae libri de Ponderibus et Mensuris quae in codice Ienensi situ atque tineis exesa interierunt, eadem ipsa inquam vocabula et syllabae ab eo qui codicem Vratislaviensem scripsit non sunt expressa. Cui tamen suspicioni ne incaute nos mancipemus obstant loci numero non pauci quibus Rhedigerani et Ienensis scripturae discordant, veluti pag. 621. ed. Petav., ubi Ien. *πλάσματι τῆς*, Rhedig. *πλάσμα τῆς*, pag. 622., ubi Ien. *βοσκήματος*, Rhedig. *κοσμήματος*, pag. 623., ubi Ien. *παρὰ τοῦ*, Rhedig. *διὰ τοῦ*, pag. 651., ubi Ien. *φάσκει λέγων*, Rhedig. *φάσκων λέγει*, pag. 680., ubi Ien. *δεσμεύουσιν*, Rhedig. *δεσμοῦσιν*, pag. 699., ubi Ien. *ἀπὸ τῆς κατάρας*, Rhedig.

ἐκ τῆς κατάρας, pag. 705., ubi Ien. ὑπῆρχε, Rhedig. ὑπάρχει, pag. 777., ubi Ien. οὐ τὸ, Rhedig. οὐ, et ibidem paulo post, ubi Ien. ὑπὸ τοῦ πατρὸς, Rhedig. παρὰ τοῦ πατρὸς, pag. 781., ubi Ien. μὴ κίνω pro μὴ μηκύνω, Rhedig. μηκύνω, pag. 806., ubi Ien. ἀσυρίων, Rhedig. συρίων, pag. 807., ubi Ien. ἴασιν τῶν δεδειγμένων, Rhedig. ἴασιν τῶνδε τῶν δειγμάτων habet, veluti etiam in his, in quibus scriptura codicis Rhedig. manifesto praestat scripturae codicis Ien., pag. 702., ubi Ien. οὐκ ἑλεπόλεις, Rhedig. οὐθελεπόλεις, pag. 771., ubi Ien. ἀλη$^{θ}$, h. e. ἀλήθεια, uti legitur etiam in editione princ., Rhedig. ἀλήθειαν, pag. 779., ubi Ien. (a manu sec.) εἴποι, Rhedig. εἴπῃ, pag. 796., ubi Ien. ἔστη, Rhedig. ἔστι, pag. 878., ubi Ien. ὁμολογήσειεν, Rhedig. καλέσειεν, pag. 923., ubi Ien. σῆρ, h. e. σωτὴρ, Rhedig. πατὴρ, pag. 953., ubi Ien. ἄμεινον, Rhedig. ἀμείνω praebet. Notandi denique sunt etiam aliquot loci in quibus scriptura codicis Rhedig. diversa a scriptura codicis Ien. mirifice conspirat cum codicis Parisini scriptura, veluti pag. 878., ubi quod tacite ex eo recepit Petavius καλέσειεν idem legitur in Rhedig., veluti ambo conspirant pag. 807. in scriptura τῶνδε τῶν δηγμάτων (Rhedig. δειγμάτων), pag. 913. in vocabulo τρίτην pro νίτρον posito, pag. 976. in verbis συμπρεπόντως ὄντος, pro quibus Ien. praebet συμπρέποντος, pag. 1041. in verbo συνῆφθαι, pag. 1067., ubi Paris. ἐπτερωμένην, teste Petavio, Rhedig. πτερωμένην, Ien. πετωμένην habet.

Codex Parisinus, quo Petavius usus est, quemque ego quoque oculis meis inspexi non minus quam Marcianum, Ienensem et Rhedigeranum, quorum utriusque scripturas discrepantes mea ipsius dextera enotavi, centum fere, uti conicio, annis Rhedigerano inferior, chartaceus, duobus constat voluminibus, numeris DCCCXXXIII. et DCCCXXXV. notatis, diversisque manibus exaratus esse videtur; v. Catal. Bibl. Regiae vol. II., pag. 162. Cuius scripturas excerpere post excussos Ienensem et Vratislaviensem codices, postquam eum tantum non in omnibus conspirare cum his, praesertim cum Vratislaviensi, intellexi, operae pretium non duxi.

De codice Vaticano, cuius scripturis discrepantibus ab Andrea Schotto excerptis item Petavius usus est, quas ego nunc pleniores et emendatiores proposui, paucis dicendum est. Is liber Vaticanus quis sit quove numero signatus hodie in biblio-

thecae Vaticanae scriniis recenseatur, reperire non potui; neque in antiquioribus eius catalogis ulla eius mentio est facta. Exemplum editionis operum Epiphanii Basileensis, cuius in marginibus ipsius, uti videtur, A. Schotti manu illae scripturae adpictae sunt, de Parisini cuiusdam bibliopolae tabula emptum felici quodam casu in possessionem meam pervenerat. In superiore primi folii parte legitur: „*Collegii Societatis Iesu Bredae* (eadem, uti videtur, manus hoc nomen mutavit in *Hallis*) 1625.“, in inferiore: „*Usui Franc. Schotti, qui cum Ms. biblioth. Vaticanae an.* 1597. *Epiphanium Graece contulit, et cum Latino conferet. And. Schottus. Quare non compingatur aut legatur.*“, quae postrema quinque verba stilo postea sunt inducta. Excerpta Vaticana incipiunt inde a pag. 28. ed. Basil. et pertinent usque ad pag. 171., quo spatio continentur libri primi tomus secundus et tertius, neque uspiam annotatum inveni utrum ulteriores quoque contineat liber Vaticanus, an non. Eiusdem exempli marginibus mixtim cum Vaticanis ab alia manu adscripta sunt pauculae scripturae ex alio vetere libro, qui signo *M.* apposito denotari solet, repetitae, quarum sicubi usus aliqui esse videbatur mentionem facere non intermisi. Schottiana vero ex Vaticano libro excerpta, quibus, ut dixi, Petavius plerumque usus, interdum etiam abusus est, et omnia et integra repetenda curavi, ex quibus hoc certissime apparet Vaticanum et Venetum libros, plerumque conspirantes, eiusdem stirpis esse.

De codice Vindobonensi nro. CXXVII. in Kollarii Supplementis (pag. 738.) signato, ab imperito aliquo recentioris aevi librario conscripto, qui nihil nisi particulas quasdam ex Panarii libris excerptas continet, cuiusque futilis plane aut nulla auctoritas est, non magis exponere adtinet quam de aliis eiusdem et generis et pretii codicibus qui in aliis bibliothecis asservantur; cf. Fabricii Bibl. Gr. vol. VIII., pag. 264 sqq.

De Syriaca Panarii versione in codice scripto ex Nitria in Museum Britannicum nuper advecto et spes et fama fefellit, cum is liber non Panarii amplissimum opus, sed solum eius Anacephalaeosin, ni fallor, contineat. Est tamen dignissimus qui ab erudito aliquo et Syriacae linguae perito homine excutiatur, utpote cuius aetas, id quod ex subscriptione colligi li-

cet, ad annum DLXII. redeat. Constat foliis membranaceis 137, characteribus nitidissimis tripertito conscriptus; fuit olim bibliothecae Monasterii S. Mariae Deiparae, unde ad Britannos advectus est anno MDCCCXLI. Epiphanii libellus legitur inde a fol. 129. b² usque ad fol. 136. b¹.

Anacephalaeosis codices scripti per varias passim bibliothecas recensentur complures, quorum partem notatam habes in Fabricii Biblioth. Gr. vol. VIII., pag. 263 sqq. Harl. Mihi autem praeter Ienensem et Vratislaviensem alios inspicere operae pretium non est visum. Plurimum auxilii tam ad hoc opusculum quam ad Summaria singulis Panarii tomis praefixa repurganda atque emendanda adtulit Ioannis Damasceni de Haeresibus liber, primum ab I. B. Cotelerio in Monumentis Eccl. Gr. vol. I., pag. 758 sqq., deinde a M. Le Quieno inter reliqua Ioannis Damasceni opera emendatius editus. Aliam Panarii epitomen, id est triginta quatuor primarum eius haeresium, ab homine haud inerudito confectam, servavit codex scriptus Parisinus bibliothecae olim regiae nro. DCCCLIV., gossypinus, seculi XIII. (v. Catal. Bibl. Regiae vol. II., pag. 165.), cuius in folio 55. r. legitur haec inscriptio: *Ἐκ τῆς βίβλου τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἐπιφανίου ἐπισκόπου Κύπρου τῆς κατὰ τῶν αἱρέσεων, ἥτις ἐπεκλήθη Πανάριον, ἤτοι Κιβώτιον, γραφείσης παρ᾽ αὐτοῦ ἀξιώσει τινῶν ἀρχιμανδριτῶν καὶ πρεσβυτέρων, Ἀκακίου καὶ Παύλου, ὧν τὰ μοναστήρια ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ.* Incip. *Ἀδὰμ τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ πλασθεὶς ἀπὸ τῆς γῆς*, fin. fol. 64. v. his verbis: *ἀπὸ τοῦ αἰῶνος τούτου· εἶτα μυρίζουσι αὐτὸν ὀποβαλσάμῳ καὶ γενέσθαι λέγουσι τέλειον.* Id opusculum fortasse operae pretium erit ut publici iuris fiat. Quod si spatium alteri huius Panarii editionis tomo ab honestissimis eius redemptoribus praefinitum permiserit, una cum pluribus e Nicetae Choniatae Thesauro Orthodoxae Fidei, maximam partem inedito, in quem auctor multa de Epiphanii Panario recepit, a me excerptis, adiectis etiam aliis quae ad commendandam hanc editionem conferent, velut epimetrum harum rerum studiosis in Addendis proponam.

Pauca adiciam quae partim ad explicandam partim ad excusandam spectant rationem quam in adornando hoc libro secutus sum. Petavii versionem Latinam servavi intactam, etiam ubi Graeca scriptoris verba a me correcta sunt, quod ex gra-

vissimorum virorum limati iudicii auctoritate eorum potissimum respectu feci apud quos semel recepta est Latinarum versionum ab eruditis olim ecclesiae catholicae doctoribus confectarum auctoritas, eoque id magis duxi mihi licere quia eruditiores homines et Graeci sermonis bene gnaros annotatione quam dicunt critica singulis quibusque paginis subiecta de scripturae nove receptae et pristinae discrepantia non facile commonefieri non posse intellegerem. Persaepe usus sum I. Cornarii versione, in qua multas codicis Ienensis scripturas vel ab librario vel antiquiore labe vitiatas non sine aliquo ingenii acumine feliciter sanavit, quarum non minimam partem Petavius, auctoris nomine non nominato, in textum recepit; ad manus erat Parisina editio quae prodiit anno MDXLIV. Codicis Rhedigerani et editionis Basileensis scripturas discrepantes usque ad pag. 604. ed. Petav. annotavi non omnes; excerpsi solum modo quae gravioris pro re momenti videbantur esse, leviora omisi. At cum postea subito extitisset qui Epiphanii opera omnia a se emendata intra brevissimum temporis spatium editurum sese quoque sponderet, cumque in diariis publicis litterariis nescio quibus, diu iam fiducia magis et arrogantia gestientibus quam dignitate ac religionis laude florentibus, homo quidam de morigero magistellorum grege (nomen eius taceo, quod vicinae Saxonum urbis satis significat), quo magis viri illius, Graecarum non litterarum solum, sed artium quoque peritissimi, operam huic scriptori praestandam prae ea quam ego navavi, operi tam difficili fortasse minus pari, sed tamen, ut ingenue fatear quod sentio, haud contemnenda, praeposteris et caecis laudibus concelebraret, cum is, inquam, homo alia quae intermisissem, alia quae admisissem obtrectatoris venali vindicta persecutus esset, nihilque improbatum reliquisset, ego, ut omnes criminum eiusmodi postea infligendorum ansas praeciderem, inde a pag. 605. ed. Petav. omnes scripturae librorum veterum discrepantias plenissime expressi, quae vero usque ad pag. 604. ed. Petav. nondum annotatae essent, codicis Marciani et editionis principis potissimum diversas scripturas, in syllogen Addendorum, in fine operis adnectendam, conicere statui. Petavianae editionis Parisiensis a. MDCXX., quae originalis est, et eius quae Coloniae, ut titulus fert, revera autem Lipsiae repetita est a. MDCLXXXII.,

vitia, quorum leviora tacite correxisse satis habui, non ubique esse a me diserte distincta cum recte de uno et altero loco moneri intellexissem, eiusmodi peccata una cum eis quae typographi et pagellarum correctores admiserunt, quae admodum rara pro operis amplitudine inveniri spopondi, etiam in Addendorum aut Corrigendorum syllogen conicienda esse statui, inde vero a pag. 605. ed. Petav. usque ad operis finem quae utraque editio sibi propria et peculiaria habeat vitia omni quanta maxima potui diligentia in annotatione indicavi.

Reliquum est ut aequo virorum doctorum iudicio operam his libris a me praestitam commendem atque rogem ne in opere tam gravi tamque difficili meo labore atque sollertia magis quid non quam quid praestiterim malint perpendere.

Viris Clarissimis et Eruditissimis C. Goettlingo Ienensi et F. A. Ecksteinio Halensi, atque R. Fickerto Vratislaviensi, quorum beneficio debeo ut codicum scriptorum Ienensis et Vratislaviensis amplissima mihi copia fieret, I. Geelio Leidensi, cuius humanitate factum est ut Ios. Scaligeri emendationes, exempli editionis Opp. Epiphanii Basileensis, quod in bibliotheca Academiae Leidensis (v. Catal. pag. 39. Theolog. 378.) asservatur, marginibus adscriptae, excerperentur excerptaeque ad me transmitterentur, Ios. Valentinellio, bibliothecae Marcianae apud Venetos praefecto, viro morum suavitate commendatissimo mihique amicissimo, qui scripturas codicis Marciani in usum meum sollerter exscribendas curavit, his omnibus gratum meum, ut par est, hac commemoratione animum publice testor, utque semper mihi faveant etiam atque etiam rogo.

Scripsi Halae Saxonum
mense Octobri anni MDCCCLIX.

**Franciscus Oehler.**

# S. EPIPHANII PANARIORUM

LIBER SECUNDUS.

pag. 396. ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙ ΚΑΙ ΕΝ ΤΩΙ ΤΡΙΤΩΙ ΤΟΜΩΙ ΤΟΥΤΩΙ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ, ΤΕΤΑΡΤΩΙ ΔΕ ΟΝΤΙ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΠ ΑΡΧΗΣ ΤΩΝ ΤΟΜΩΝ ΤΟΥ ΑΡΙΘΜΟΥ ΑΚΟΛΟΥΘΙΑΝ, ΕΝ ΩΙ ΕΙΣΙΝ ΑΙΡΕΣΕΙΣ ΔΕΚΑΟΚΤΩ.

*α΄. [1] Ἐγκρατῖται, οἳ ἀπόσπασμα τυγχάνουσι Τατιανοῦ, τὸν γάμον ἀποβάλλουσι, τοῦ Σατανᾶ φάσκοντες τοῦτον εἶναι· πᾶσαν δὲ ἀπαγορεύουσιν ἐμψυχοφαγίαν.*

*β΄. Κατὰ [2] Φρύγας, οἳ καὶ Μοντανισταὶ καὶ Τασκοδρουγῖται· οἵτινες παλαιὰν καὶ νέαν διαθήκην δέχονται, ἑτέρους δὲ προφήτας παρειςφέρουσι μετὰ τοὺς προφήτας, Μοντανόν τινα αὐχοῦντες, καὶ Πρισκίλλαν καὶ Μαξιμίλλαν.*

*γ΄. Πεπουζιανοὶ, οἳ καὶ Κυϊντιλλιανοὶ, οἷς συνάπτονται Ἀρτοτυρῖται· ἐκ τούτων μέν εἰσι τῶν κατὰ Φρύγας, ἕτερα δὲ παρ' ἐκείνους δογματίζουσι, Πέπουζάν τινα πόλιν ἔρημον ἀνὰ μέσον Γαλατίας καὶ Καππαδοκίας ἐκθειάζοντες, καὶ δὴ ταύτην Ἱερουσαλὴμ ἡγούμενοι, γυναιξὶ δὲ ἀποδιδόντες τὸ ἄρχειν τε καὶ ἱερατεύειν. Μυοῦνται δέ τινα παῖδα κατακεντοῦντες νέον, καὶ δὴ τῇ Κυϊντίλλῃ Χριστὸν ἐκεῖσε ἐν Πεπούζῃ ἀποκεκαλύφθαι ἐν ἰδέᾳ θηλείας μυθοποιοῦνται· κέχρηνται δὲ ὡςαύτως παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ, κατὰ τὸν νοῦν τὸν ἴδιον μεταποιούμενοι.*

*δ΄. Τεσσαρεςκαιδεκατῖται, οἳ μίαν ἡμέραν τοῦ ἔτους τὸ Πάσχα ἐκτελοῦντες, ἐν ὁποίᾳ δ' ἡμέρᾳ ἐμπέσῃ ἡ τῆς σελήνης τεσσαρεςκαιδεκάτη, ἤτοι ἐν σαββάτῳ, ἤτοι ἐν κυριακῇ, ἐκείνην τε νηστεύοντες καὶ ἀγρυπνοῦντες ἑορτάζουσιν.*

*ε΄. Ἄλογοι ἀφ' ἡμῶν κληθέντες οἳ τὸ εὐαγγέλιον Ἰωάννου, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ ἄνωθεν ἀπὸ πατρὸς ἀεὶ θεὸν λόγον παρεκβάλλοντες, τὸ* pag. 397. *εὐαγγέλιον αὐτὸ δὴ τὸ κατὰ Ἰωάννην μὴ δεχόμενοι, μήτε τὴν αὐτοῦ Ἀποκάλυψιν.*

1. *Libri passim et* Ἐγκρατίται *vel* Ἐγκρατηταί.

2. *Ita correxi. Vulgo enim extat* Κατὰ Φρυγαστῶν καὶ Μοντανιστῶν καὶ Τα-

## SYNOPSIS TOMI I. LIBRI II., QUI IN TOMORUM INITIO CONSTITUTA SERIE QUARTUS EST, CONTINETQUE HAERESES XVIII.

I. Encratitae Tatiani quaedam velut appendix. Hi nuptias damnant, quas Satanae tribuunt. Ab animatorum omnium usu abstinendum esse sentiunt.

II. Cataphrygastae, Montanistae, et Tascodrugitae, qui utrumque testamentum approbant, sed novos prophetas ad receptos et antiquos adiiciunt, ac Montanum quendam et Priscillam ac Maximillam praedicant.

III. Pepuziani, qui et Quintilliani dicuntur, quibus accedunt et Artotyritae, superioribus quidem illis, hoc est Cataphrygibus, annumerandi sunt. Sed ab iis tamen diversa nonnulla sentiunt. Ac Pepuzam desertum quoddam oppidum Galatiam inter et Cappadociam situm divinis honoribus extollunt, eamque Hierosolymam esse dicunt. Mulieribus sacros magistratus ac sacerdotia deferunt. Certis initiantur mysteriis, quibus puerulum confodiunt. Fingunt Pepuzae Christum olim Quintillae videndum se praebuisse muliebri specie. Tam vetus quam novum testamentum adhibent, ita tamen ut pleraque pro animi libidine commutent.

IV. Tessarescaedecatitae, qui stato anni die Pascha celebrant. Ut quamcumque in diem XIV. lunae incurrerit, sive sabbatum, sive dominica fuerit, ea die ieiunent ac pervigilia celebrent.

V. Alogi a nobis ita nominati qui Ioannis evangelium ac λόγον, hoc est verbum deum a patre semper genitum, coelitusque demissum, cuius in evangelio illo mentio fit, repudiant; nec Ioannis duntaxat evangelium, sed et Apocalypsin reiiciunt.

*σκοδρουγιτῶν, ut etiam scripti libri habent. Commune illud vitium Καταφρυγαστῶν traxit etiam liber Ioannis Damasceni.*

ϛ'. Ἀδαμιανοὶ ἀπό τινος Ἀδὰμ ζῶντος καλούμενοι, χλεύης ἢ ἀληθείας μᾶλλον τὸ δόγμα ἔχοντες. Γυμνοὶ γὰρ, ὡς ἐκ μητρὸς, ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνάγονται, καὶ οὕτως τὰς ἀναγνώσεις καὶ εὐχὰς καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἐπιτελοῦσι, δῆθεν μονάζοντές τε καὶ ἐγκρατευόμενοι ὄντες, καὶ γάμον μὴ δεχόμενοι, [3] τὴν αὐτῶν ἐκκλησίαν παράδεισον ἡγούμενοι.

ζ'. Σαμψαῖοι, οἳ καὶ Ἑλκεσαῖοι, ἔτι δεῦρο τὴν Ἀραβίαν [4] κατοικοῦντες, καθύπερθεν [5] τῆς Νεκρᾶς Θαλάσσης κειμένην χώραν, οἵτινες ἀπὸ τοῦ Ἠλξά τινος ψευδοπροφήτου ἠπατημένοι (οὗ ἔτι δεῦρο ἐκ τοῦ γένους ὡρμᾶτο Μαρθοῦς καὶ [6] Μαρθίνη, γυναῖκες δύο, προσκυνούμεναι ὑπὸ τῆς αἱρέσεως ὡς θεαὶ), παραπλησίως τῶν Ἐβιωναίων τὰ πάντα ἔχοντες.

η'. Θεοδοτιανοὶ, οἱ ἀπὸ τοῦ Θεοδότου σκυτέως, τοῦ ἀπὸ Βυζαντίου. Οὗτος ἐν παιδείᾳ Ἑλληνικῇ γέγονεν ἄκρος, ἅμα δὲ ἄλλοις τισὶν ἐν ἡμέραις τοῦ τότε γενομένου διωγμοῦ μόνος ἐκπεσὼν, ἐκείνων μαρτυρησάντων, διὰ τὸ ὀνειδίζεσθαι ἐπινοήσας ψιλὸν ἄνθρωπον λέγειν τὸν Χριστὸν, ἵνα μὴ ὑπὸ ἔγκλημα γένηται θεὸν ἀρνησάμενος, οὕτως ἐδίδαξεν.

θ'. Μελχισεδεκιανοὶ, οἱ τὸν Μελχισεδὲκ γεραίροντες, τινὰ δύναμιν αὐτὸν φάσκοντες, καὶ μὴ ἄνθρωπον ψιλὸν, καὶ εἰς τὸ τούτου ὄνομα πάντα ἀνάγειν καὶ λέγειν τετολμηκότες.

ι'. Βαρδησιανισταί. Βαρδησιανὸς οὗτος ἐκ τῆς Μεσοποταμίας ὡρμᾶτο, τὰ πρῶτα μὲν τῆς ἀληθινῆς πίστεως ὑπάρχων, καὶ ἐν σοφίᾳ διαπρέπων· ἐκκλίνας δὲ τῆς ἀληθείας παραπλησίως Οὐαλεντίνῳ ἐδογμάτισε, χωρὶς ἐνίων ὀλίγων, ὧν διαφέρεται πρὸς Οὐαλεντῖνον.

ια'. Νοητιανοί. Νοητὸς οὗτος ἀπὸ Σμύρνης ὑπῆρχε, τῆς Ἀσίας· [7] ἐπάρματι δὲ ἐνεχθεὶς σὺν ἄλλοις τισὶν υἱοπάτορα τὸν Χριστὸν ἐδίδαξε, τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἑαυτὸν δὲ ἔλεγε Μωϋσέα, καὶ τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν ἔλεγεν εἶναι τὸν Ἀαρών.

ιβ'. Οὐαλήσιοι. Οὗτοι, καθὼς ὑπειλήφαμεν, τὴν Βάκαθον κατοικοῦντες, μητροκωμίαν Ἀραβίας τῆς Φιλαδελφίας, οἱ τοὺς παρατυγ-
pag. 398. χάνοντας ἀποτέμνοντες· πλείους δὲ αὐτῶν εὐνοῦχοι ὑπάρχουσιν ἀποτετμημένοι. Τινὰ δὲ ἕτερα διδάσκουσιν αἱρέσεως ἔμπλεα, [8] ἀφηνιάζοντες τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, καί τινας αἰσχρουργίας ἑτέρας παρεισφέροντες.

3. οἱ τὴν *habent tam scripti quam editi libri. Delevi illud* οἱ *ex Anaceph. et Ioanne Damasceno.*

4. οἱ κατοικοῦντες *cod. Rhed. et ed. pr. Petavius voculam* οἱ *uncinis inclusit.*

5. *Anacephalaeosis habet* τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. *Sed conf. infra haer. LIII, 1.*

6. Μαρθίνη *legitur etiam in Anaceph.;* Μαρθῖνα *habet Ioannes Damasc.: at in haer. XIX, 2., quae est Ossenorum, et infra haer. LIII, 1. eadem appellatur* Μαρθάνα.

7. ἐν ἅρματι *habet cod. Rhedig. et ed. pr. Petavius divinabat* ἐν ἅρματι. *Repo-*

VI. Adamiani, ab Adamo nescio quo vivente sic dicti, ridiculum potius quam verisimile dogma profitentur. Nudi quippe, quales ex utero matris egressi sunt, viri perinde ac mulieres conveniunt, atque ita lectionibus, orationibus ac ceteris religionis officiis funguntur, et videlicet monachorum ac continentium instituta sectantur nuptiasque condemnant. Ecclesiam vero suam Paradisum nuncupant.

VII. Sampsaei, sive Elcesaei, ad hanc diem in Arabia degunt, supra Mortuum Mare, Elxae cuiusdam pseudoprophetae discipuli. E cuius stirpe Marthus et Marthina feminae duae aetate nostra prodierunt, quas dearum instar haeresis ista coluit. Eadem porro cum Ebionaeis omnino sentiunt.

VIII. Theodotiani a Theodoto coriario Byzantino dicti. Qui Graecis artibus apprime fuit institutus. Hic cum aliis quibusdam in ea quae tum saeviebat persecutione comprehensus, cum socii eius omnes martyrium obiissent, solus fidem eiuravit. Ob idque probris appetitus id excogitavit, ut Christum nudum esse hominem assereret, ne crimini sibi istud verteretur, quod eius divinitatem negasset.

IX. Melchisedeciani Melchisedecum ita venerantur, ut Virtutem esse quandam iactitent, non hominem duntaxat: et in eius nomine facere ac dicere omnia nequaquam dubitant.

X. Bardesianistae. Bardesianus iste e Mesopotamia oriundus sinceram fidem initio complexus est, ac sapientia praestitit. Sed a veritate postea recedens eadem cum Valentino docuit, praeter pauca quaedam, in quibus ab illo discrepat.

XI. Noëtiani. Noëtus hic Smyrnensis ex Asia fuit. Qui in altum sublatus cum aliis quibusdam patrifilium asserere Christum ausus est, eundemque patrem ac filium et spiritum sanctum esse profiteri, se vero Moysen, fratrem suum Aaronem dicere.

XII. Valesii. Hi, quantum suspicor, Bacathi habitant, qui est Arabiae Philadelphensis primarius vicus. Iidem accedentes ad sese castrare solent. Ac plerique inter illos eunuchi sunt et exsecti. Habent et alia quaedam erroris plenissima dogmata, atque inter alia legem ac prophetas reiiciunt. Postremo innumerabiles ad illa foeditates adiiciunt.

*sui* ἐπάρματι, *ut idem recte emendavit in loco gemello Anaceph., ubi extat* ἐφ᾽ ἅρματι, *quod habes etiam apud Ioannem Damascenum. Sic haer. LXIX, 3. init.* Ἐπάρματι γὰρ ἀρθεὶς ὁ γέρων *etc.*

8. *Correxi* ἀφηνιάζοντες τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, *ex Ioanne Damasceno. Cod. Rhedig. et ed. pr. habent* σαφηνίζοντες τοῦ ν. κ. τ. προφητῶν. *In ed. Petav. legitur* ἀφανίζοντες τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας: *veterem scripturam Petavius adnotavit in marg. suae edit.*

ιγ'. Καθαροὶ, οἱ ἅμα Ναβάτῳ συναφθέντες τῷ Ῥωμαίῳ, καὶ τοὺς διγάμους παντελῶς ἀποβαλλόμενοι, καὶ μετάνοιαν μὴ δεχόμενοι.

ιδ'. Ἀγγελικοί. Οὗτοι παντελῶς ἐξέλιπον. Αὐχοῦντες δὲ ἦσαν ἀγγελικὴν ἔχειν τάξιν· ἢ διὰ τὸ τοὺς ἀγγέλους προςκεκλῆσθαι.

ιε'. Ἀποστολικοὶ, οἱ καὶ Ἀποτακτικοὶ καὶ αὐτοὶ, οἱ περὶ τὴν Πισιδίαν μόνον, Ἀποτακτικοὺς δεχόμενοι καθ' ἑαυτούς. Παραπλησιάζουσι δὲ τοῖς Ἐγκρατίταις· ἄλλα δὲ παρ' αὐτοὺς φρονοῦσιν.

ιϛ'. Σαβελλιανοὶ, οἱ τὰ ὅμοια Νοητιανῶν δοξάζοντες, παρὰ [9] τὸ μὴ τὸν πατέρα πεπονθέναι, λέγοντες προφορικὸν πάλιν ἀναχεόμενον τὸν λόγον.

ιζ'. Ὠριγενιανοὶ, τινὸς Ὠριγένους. Αἰσχροποιοὶ δὲ οὗτοί εἰσιν, ἀρρητοποιοῦντες καὶ τὰ ἑαυτῶν σώματα φθορᾷ παραδιδόντες..

ιη'. Ὠριγενιανοὶ ἄλλοι, Ὠριγένους τοῦ καὶ Ἀδαμαντίου, τοῦ Συντάκτου, οἱ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀποβαλλόμενοι, Χριστὸν δὲ κτίσμα, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα εἰσηγούμενοι, παράδεισόν τε καὶ οὐρανοὺς καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἀλληγοροῦντες, Χριστοῦ δὲ τὴν βασιλείαν πεπαῦσθαι ληροῦντες, καὶ ὁμοῦ τοὺς ἀγγέλους πανθήσεσθαι, Χριστὸν δὲ σὺν διαβόλῳ [10] βασιλευθησόμενον.

ΑΥΤΑΙ ΓΑΡ ΠΑΛΙΝ ΑΙ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ, ΠΡΩΤΟΥ ΔΕ ΤΟΜΟΥ ΑΙΡΕΣΕΙΣ ΔΕΚΑΟΚΤΩ.

9. *Correxi* παρὰ τὸ μὴ τὸν πατέρα *ex Ioanne Damasceno. In cod. Rhedig. et edd. legitur* παρὰ τὸν νοητὸν πατέρα; *unde in marg. suae edit. Petavius emendavit* παρὰ τοῦτο μόνον, τὸν πατέρα *cett.*

XIII. Cathari. Novatum Romanum secuti sunt. Hi digamos penitus proscribunt. Poenitentiam repudiant.

XIV. Angelici. Hi nusquam hodie reperiuntur. Angelici vero ordinis se esse profitebantur. Aut certe quod Angelos invocarent.

XV. Apostolici, qui et Apotactici, sive Renuntiatores, in Pisidia duntaxat inveniuntur. Hi solos illos admittunt qui se bonis omnibus abdicaverint. Ceterum Encratitarum similes sunt; etsi diversa quaedam ab illis statuunt.

XVI. Sabelliani cum Noëtianis in omnibus propemodum consentiunt, nisi quod patrem ipsum negant esse passum, ab eoque prolatitium duntaxat manare verbum.

XVII. Origeniani a quodam Origene derivati. Turpissimi isti sunt, ac nefariam et praeposteram libidinem exercent, suaque corpora corrumpunt.

XVIII. Origeniani alii ab Origene Adamantio scriptore. Hi mortuorum resurrectionem negant. Tam Christum quam spiritum sanctum creatis in rebus numerant. Paradisum ac coelos ceteraque omnia ad allegorias referunt. Christi regnum terminandum esse, desiturosque similiter angelos docent, eundemque cum diabolo Christum alterius esse regno subiiciendum.

HACTENUS TOMI PRIMI LIBRI II. HAERESES XVIII.

10. *Ita correxi ex Ioanne Damasceno. Libri habent* βασιλευθησομένῳ. *Veram scripturam in marg. iam proposuerat Petavius.*

pag. 399.

*ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ*

# ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

## ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΑΙΡΕΣΕΩΝ

ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

## ΚΑΤΑ *ΕΓΚΡΑΤΙΤΩΝ,
## κζ ἢ καὶ μζ.

Κεφ. α΄. [1] Ἐγκρατῖταί τινες οὕτω καλούμενοι, οὗτοι τὸν Τατιανὸν διαδέχονται [2] φύσει, ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένοι τε καὶ ἠπατημένοι, ἕτερα δὲ παρὰ τοῦτον φρονήσαντες, καὶ εἰς μείζονα πάλιν ἐρεσχελίαν ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότες. Πληθύνουσι δὲ οὗτοι καὶ εἰς δεῦρο ἐν τῇ Πισιδίᾳ, καὶ ἐν τῇ Φρυγίᾳ τῇ Κεκαυμένῃ, οὕτω λεγομένῃ. Ἴσως γὰρ κατὰ θεοῦ οἰκονομίαν καὶ οὕτως ἡ πατρὶς τοὔνομα εἴληφε καλεῖσθαι ἐν τῷ κόσμῳ, διὰ τὸ κεκαῦθαι τοὺς οἰκήτορας ἀπὸ τῆς διαστροφῆς τῆς τοιαύτης καὶ τοσαύτης πλάνης. Πολλαὶ γὰρ αἱρέσεις ἐν τῷ χωρίῳ. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν μέρεσι τῆς Ἀσίας, καὶ ἐν τῇ Ἰσαύρων καὶ Παμφύλων καὶ Κιλίκων γῇ, καὶ ἐν Γαλατίᾳ ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων μέρος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς τῶν Ἀντιοχέων τῆς Συρίας, οὐ [3] πάντῃ δὲ, ἡ τοιαύτη αἵρεσις.
pag. 400. Φάσκουσι δὲ καὶ οὗτοι ἀρχάς τινας εἶναι, τήν τε τοῦ διαβόλου ἀντικειμένην πρὸς τὰ τοῦ θεοῦ ποιήματα, καὶ μὴ ὑποτασσομένην θεῷ, ἀλλὰ ἰσχύοντα καὶ πράττοντα, ὡς κατὰ ἰδίαν ἐξουσίαν, καὶ οὐχ ὡς ἐν παρεκτροπῇ γενόμενον. Οὐ γὰρ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν λέγουσιν, ἀλλὰ ἄλλως παρὰ τὸ τῆς ἀληθείας κήρυγμα. Κέχρηνται δὲ γραφαῖς πρωτοτύπως ταῖς λεγομέναις Ἀνδρέου καὶ Ἰωάννου Πράξεσι, καὶ Θωμᾶ, καὶ ἀποκρύφοις τισὶ, καὶ οἷς βούλονται λόγοις τῆς παλαιᾶς διαθήκης. Τὸν δὲ γάμον σαφῶς τοῦ διαβόλου ὁρίζονται, ἔμψυχα δὲ βδελύσσονται ἀπαγορεύοντες, οὐχ ἕνεκεν ἐγκρατείας, οὔτε πολιτείας, ἀλλὰ κατὰ φόβον καὶ ἰνδαλμὸν τοῦ μὴ καταδικασθῆναι ἀπὸ τῆς τῶν ἐμψύχων μεταλήψεως. Κέχρηνται δὲ καὶ αὐτοὶ μυστηρίοις δι' ὕδατος· οἶνον δὲ ὅλως οὐ μεταλαμβάνουσι, φάσκοντες εἶναι διαβολικὸν, καὶ τοὺς πίνοντας

Cap. I. — 1. *Libri modo* Ἐγκρατίται, *modo* Ἐγκρατῖται. 2. *Vulgo distinctum est* διαδέχονται, φύσει ὑπ' αὐτοῦ *cett.*

SANCTI

# EPIPHANII

# CONTRA HAERESES

LIBRI II. TOMUS I.

## ADVERSUS ENCRATITAS,
## quae est haeresis XXVII., sive XLVII.

Qui Encratitae vocantur, Tatiano successerunt, cuius errori- Cap. I.
bus imbuti sunt, eosdemque novis opinionibus cumularunt, et maiores nugas ac deliria commenti sunt. Horum ingens est hodie numerus in Pisidia, eaque Phrygiae parte quae Adusta dicitur. Quod ei regioni nomen certo dei consilio forsitan inditum est, quod talis ac tanti erroris pravitate illius incolae quodammodo conflagraverint. Est enim haeresibus apprime referta. Praeterea vero in Asiae provinciis, et in Isauria, Pamphylia, Cilicia, Galatia Encratitae propagati sunt, imo et in Romano tractu, et Antiocheno in Syria, licet non ubique pervaserit.

Principia etiam illi plura constituunt, et inter ea diabolum referunt, quem dei operibus adversari, nec illi esse subditum volunt, sed praecipua quadam potestate praeditum agere quae libuerit, non malitia depravatum. Cum ecclesia quippe minime consentiunt, sed a veritatis doctrina longius aberrant. Inter primarias scripturas habent Andreae ac Ioannis Acta, nec non Thomae, et apocryphos alios. E vetere Testamento quae libuerit eligunt. Nuptiarum auctorem diabolum manifeste constituunt. Animatis vesci prohibent, non temperantiae studio, neque peculiari ex instituto vitae, sed falso quodam et affectato metu, ne ob animatorum usum sibi ipsi damnationem arcessant. Aquam ad mysteria solam adhibent. Nam vino penitus abstinent, et diabolicum appellant; quod qui bibant eove

3. *Ita correxit Petavius et Ios. Scaliger. Libri scripti et editi habent* παντὶ. *Cornarius vertit:* Sed et in Antiochia Syriae, non tota autem, haec haeresis est.

*καὶ τοὺς χρωμένους ἀνόμους εἶναι καὶ [4] ἁμαρτάδας. Πιστεύουσι δὲ καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν· ὡς εἶναι παρὰ τοῖς οὕτω πεπλανημένοις τὰ πάντα μανίας ἔμπλεα. Καὶ γάρ ἐστιν ἰδεῖν καὶ θαυμάσαι καὶ εἰς ἔκπληξιν ἐλθεῖν τὸν συνετὸν ἄνθρωπον περὶ πάντων ὧν οἱ ἀλλότριοι λέγουσί τε καὶ πράττουσιν, ἀσυστάτως τῶν πάντων παρ' αὐτοῖς λεγομένων τε καὶ γινομένων καὶ μηδεμίαν ἔμφασιν ἀληθείας ἐπιδεχομένων.*

Κεφ. β'. *Εἰ γὰρ κέχρηνται παλαιᾷ καὶ νέᾳ διαθήκῃ, πῶς ἀρχαὶ διάφοροι εὑρεθήσονται, τῶν δύο διαθηκῶν συμφωνουσῶν περὶ μιᾶς θεότητος καὶ τὴν γνῶσιν κηρυττουσῶν, [1] εἰ δὴ εἴη καὶ νεκρῶν ἀνάστασις; πῶς ἔτι ὁ σεμνὸς γάμος τοῦ διαβόλου εὑρεθήσεται; ὁπότε θεὸς λέγει, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ τοῦ κυρίου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγοντος, Ἃ ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω, καὶ τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, Τίμιος ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. Εἰς ἑαυτῶν δὲ γνώμην καὶ παράστασιν μυθολογίας [2] καὶ τῶν πινόντων τὸν οἶνον ἐπιλαμβάνονταί τινα θηρολεκτοῦντες, καί φασιν ἐκ τοῦ πονηροῦ τὸ τοιοῦτον εἶναι τέλος. Ἔπιε γάρ, φησί, Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου, καὶ ἐγυμνώθη· καὶ Λώτ, φησί, μεθυσθεὶς θυγατράσιν ἰδίαις κατὰ ἄγνοιαν συνεμίγη· καὶ διὰ μέθης γέγονεν ἡ μοσχοποιΐα· καί φησιν ἡ γραφή, Τίνι θόρυβος;*
pag. 401. *τίνι μάχαι; τίνι ἀηδίαι καὶ λέσχαι; τίνι συντρίμματα διακενῆς; τίνος πελιδνοὶ οἱ ὀφθαλμοί; οὐ τῶν χρονιζόντων ἐν οἴνοις, οὐ τῶν ἐξιχνευόντων ποῦ πότοι γίνονται; Καὶ ἄλλα τοιαῦτά τινα ἐξιχνεύοντες συσσωρεύουσι διὰ τὴν ἑαυτῶν πιθανότητα, οὐκ εἰδότες ὅτι πᾶν τὸ ἄμετρον πανταχοῦ λυπηρόν, καὶ ἔξω τοῦ προκειμένου ἀπηγορευμένον ὑπάρχει. Καὶ γὰρ οὐ μόνον ἐπὶ οἴνῳ τοῦτο εἴποιμ' ἄν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πολλῇ ἀπληστίᾳ. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ κύριος ἐδίδασκε φάσκων· Μὴ βαρυνέσθωσαν ὑμῶν, φησίν, αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μερίμναις βιωτικαῖς. Καὶ τό, Εἰ ἀπληστότερος εἶ, μὴ ἐπιθύμει τῶν τοῦ πλουσίου βρωμάτων, ταῦτα γὰρ ἔχεται ζωῆς ψευδοῦς. Περισσοτέρως δὲ ὁ ἅγιος ἀπόστολος ἀπλήστους καὶ ἀδηφάγους σκώπτων λαιμάργοις ἐπιθυμίαις ἐπαρώμενος ἔφη· Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν· ὁ δὲ θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει. Ἀλλὰ καὶ Ἡσαῦ τὰ πρωτοτόκια δι' ἑψήματος [3] πυροῦ ἀπώλεσεν, ὥς φησιν ἡ γραφή, τὸ αὐτὸ καλοῦσα ἕψημα πυροῦ καὶ φακῆς· οἶμαι δὲ τάχα ὅτι οὐκ ἀπὸ πυροῦ, τουτέστιν ἀπὸ σίτου ἦν, ἀλλὰ τάχα ὡς ἤδη ἑψημένον λείψανον φακοῦ καὶ ἔτι ἐπιτεθὲν πυρὶ τὸ αὖθις πυρωθὲν ἡ γραφὴ πυροῦ διηγήσατο, διὰ τὸ ἐπιθερμανθῆναι μετὰ τὸ ψυχρωθῆναι. Καὶ ὡς ἐκεῖνος δι' οἶνον ἐγυμνώθη, μηδὲν ἀδικηθείς, οὕτως οὗτος μᾶλλον διὰ πεῖναν καὶ ἀπλη-*

4. *Ita omnes libri.*

Cap. II. — 1. *Ita correxi. Petavius deesse aliquid putavit. Vulgo extat:* κηρυττουσῶν; εἰ δὲ εἴη *cett. Verte:* cumque cognitionem praedicent sitne revera mortuorum resurrectio.

2. κατὰ τῶν πινόντων *placuit Petavio.*

3. „LXX. πυρροῦ scripserunt.“ (*Petav.*) *Pro* ἕψημα *libri editi in utroque loco habent* ἕψεμα (*ed. pr.* ἕψεμα).

utantur, improbos ac peccatores esse statuunt. Mortuorum resurrectionem approbant, adeo ut furiosae cuiusdam insaniae plena haec esse videatur haeresis. Est illud sane cuiuslibet sapientis et observatione et admiratione dignum, ex omnibus quae ab haereticis dici fierique cernimus, nihil sibi constans ac consentaneum esse, aut ulla veritatis specie probabile.

Etenim si tam Vetus quam Novum Testamentum recipiunt, quo- Cap. II.
modo diversa illa principia ponentur, cum ambo inter se Testamenta
de singulari divinitate consentiant, eiusque cognitionem praedicent?
Ad haec, si mortuorum est futura resurrectio, qui tandem honestae
nuptiae tribui diabolo possunt, cum praesertim deus edixerit, *Cre-* Gen. 1, 28.
*scite et multiplicamini?* et in Evangelio dominus ita praeceperit: *Quae* Marc. 10, 9.
*deus coniunxit homo non separet.* Sed et apostolus: *Honorabiles nu-* Hebr. 13, 4.
*ptiae, et torus immaculatus.* Verum ad opinionem suam, sive potius
fabulam, asserendam, eosque damnandos qui vinum adhibent, non-
nullis abutuntur Scripturae locis, ac voces aucupantur, quibus a dae-
mone profectum istud ipsum demonstrent. Nam et Noëmus, in- Gen. 9, 21.
quiunt, posteaquam vinum bibit, nudatus est. Lot ebrius cum filia- Gen. 19, 33.
bus suis imprudens concubuit. Eadem ad fabricandum vitulum ebrie- Exod. 32, 4.
tas impulit. Quo illa scripturae verba pertinent: *Cui tumultus? cui* Prov. 23, 29.
*pugnae? cui molestiae ac fabulationes? cui contritiones frustra? cuius
lividi sunt oculi? Nonne eorum qui commorantur in vino? nonne eorum
qui perquirunt ubi compotationes fiant?* Haec et alia id genus loca
perscrutantes congerunt, quo suam opinionem suadeant; nec illud
intelligunt, non in eo solo de quo agitur, sed ubique, quicquid modum excesserit, molestum, et extra id quod propositum est prohibitum esse. Neque enim id de vino solum, sed de ciborum nimia saturitate dici potest. Atque hoc est quod in Evangelio dominus ad-
monuit: *Ne graventur corda vestra crapula et ebrietate, et curis huius* Luc. 21, 34.
*seculi.* Item: *Si insatiabilis es, ne concupiscas divitis cibos. Hi enim* Prov. 23, 3.
*vitae mendaci coniuncti sunt.* Sed idem longe copiosius ab apostolo
declaratum, qui edaces et helluones deridens, ac gulae cupiditates
detestans, *Esca ventri*, inquit, *et venter escis. Deus autem et hunc* 1.Cor. 6, 13.
*et illas destruet.* Praeterea Esau primogenita sua frumenti pulticula Gen. 25, 30.
vendidit, ut Scriptura narrat, quae eandem et frumenti et lentis pulticulam vocat. Quamquam id ego verisimilius arbitror, non ex frumento eam sorbitionem fuisse, sed iusculi ex lente residuum, quod igni rursus impositum ac recoctum propterea πυροῦ a scriptura vocatum est, quoniam cum refrixisset denuo calefactum est. Ut igitur ob vinum ille nulla a quoquam accepta iniuria nudatus est, sic alter ob famem ac voracitatem primogenitis amissis maius quam ex vino

στίαν τὰ πρωτοτόκια ἀπολέσας μᾶλλον ὑπὲρ τὸν οἶνον ἠδίκηται. Καὶ οὐδὲν ἰσχύει ἐγγὺς τῆς ἀληθείας παραπεποιημένη λέξις, οὐδὲ μυθώδης τις ἐπινενοημένη δραματουργία.

Κεφ. γ΄. Σεμνύνονται δὲ δῆθεν ἐγκράτειαν, σφαλερῶς τὰ πάντα ἐργαζόμενοι, μέσον γυναικῶν εὑρισκόμενοι καὶ γυναῖκας πανταχόθεν ἀπατῶντες, γυναιξὶ δὲ συνοδεύοντες καὶ συνδιαιτώμενοι καὶ ἐξυπηρετούμενοι ὑπὸ τῶν τοιούτων, ἔξω μὲν τῆς ἀληθείας ὄντες, μόρφωσιν δὲ μᾶλλον κεκτημένοι, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς τῆς εὐσεβείας ἠρνημένοι. Ὁποίου γὰρ ἄν τις ἔργου καταλείψῃ μέρος, τὸ πᾶν πλήρωμα ἀφῆκε διὰ τοῦ ἑνὸς μέρους τοῦ καταλελειμμένου. Ὅθεν τὰ παρ᾽ αὐτοῖς μυστήρια δι᾽ ὕδατος μόνον γίνεται, καὶ οὔτε μυστήρια ὄντα, ἀλλὰ κατὰ μίμησιν τῶν ἀληθινῶν τὰ ψεύδη γινόμενα. Ὅθεν καὶ ἐν τούτῳ ἐλεγχθήσονται ἀπὸ τοῦ εὐθέως τοῦ σωτῆρος λόγου τοῦ λέγοντος, Οὐ μὴ
pag. 402. πίω ἀπὸ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ταύτης, ἕως ἂν πίω αὐτὸ καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μεθ᾽ ὑμῶν.

Πάλιν ὡς ταύτην παρωσάμενοι χειρὶ κραταιᾷ τῆς ἀληθείας, ὡς κνώδαλον ὀδυνηρὸν ὀδόντων ἀφῃρημένον, ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, συνήθως τὸν θεὸν τῶν ὅλων ἐπικαλούμενοι, ὁδηγόν τε καὶ ἀμυντῆρα τῶν δεινῶν, ἐπίκουρόν τε τῆς φρονήσεως, δότην τε ὄντα αὐτὸν τῆς σοφίας, ἵν᾽ ἡμεῖς παρ᾽ αὐτοῦ τἀληθῆ μανθάνοντες τὰς τῶν ἄλλων ἀποκαλύπτειν δυνηθείημεν, καὶ τὴν κατ᾽ αὐτῶν ἀντίδοτον ἰατρικὴν ἐκ πολλῶν μυρεψικῶν εἰδῶν ἀπὸ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας κατασκευάσαι τοῖς ἤδη πεπληγμένοις, εἰς ἴασιν καὶ θεραπείαν τοῖς ἐντυγχάνουσι, καὶ τοῖς μέλλουσι γινώσκειν ἃ μὴ ᾔδεισαν εἰς παθῶν προκατάληψιν, καὶ ἡμῖν εἰς σωτηρίαν καὶ θεοῦ μισθὸν ἀφθόνως δωρηθησόμενον.

## *ΚΑΤΑ ΦΡΥΓΑΣΤΩΝ,

### εἴτ᾽ οὖν Μοντανιστῶν καλουμένων, ἢ καὶ Τασκοδρουγιτῶν. κη΄ ἡ καὶ μη΄.

Κεφ. α΄. Ἀπὸ τούτων ἑτέρα πάλιν αἵρεσις ἀνακύπτει τῶν Φρυγῶν καλουμένη, σύγχρονος γενομένη τούτοις, καὶ αὐτοὺς διαδεχομένη. Οὗτοι γὰρ γεγόνασι περὶ τὸ ἐννεακαιδέκατον ἔτος Ἀντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς, [1] μετὰ Ἀδριανόν. Καὶ ὁ Μαρκίων δὲ, καὶ οἱ περὶ Τατιανὸν καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ διαδεξάμενοι Ἐγκρατῖται ἐν χρόνοις Ἀδριανοῦ καὶ μετὰ Ἀδριανόν.

Οὗτοι γὰρ οἱ κατὰ Φρύγας καλούμενοι δέχονται καὶ αὐτοὶ πᾶσαν γραφὴν παλαιὰν καὶ νέαν διαθήκην, καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν ὁμοίως

* *Imo scribendum* Κατὰ τῶν Κατὰ Φρύγας, τῶν εἴτ᾽ οὖν Μοντανιστῶν κ. ἢ καὶ Τασκ.

damnum atque iniuriam accepit. Ita nihil omnino virium habet ad simulandam veritatem compositus sermo, vel ab illis fabulae instar excogitata narratio.

Quod vero continentiam gloriose iactitant, lubricum est illorum Cap. III. quidem ac periculi plenum facinus. Nam inter mulierculas versantur assidue, quas undecumque pelliciunt: cum iis iter faciunt, ac communiter vivunt, earumque ministeriis utuntur. Quare cum a veritate longius absint, nihil praeter ementitam illius speciem ostentant, vim ipsam sincerae pietatis abnegant. Etenim cuiuscumque officii partem aliquis praetermiserit, ea ipsa quam omisit parte totum praeteriisse censendus est. Sic illorum mysteria, quae aqua solummodo constant, mysteria non sunt, sed ficta atque fallacia, verorum ad imaginem expressa. In quo planissima illos salvatoris sententia redarguit: *Non bibam de hoc genimine vitis, donec bibam illud novum in regno coelorum vobiscum.*

Quamobrem posteaquam hanc haeresin validissima veritatis Matth. 26, 29. manu propulsavimus, ac velut importunae cuidam bestiae dentes excussimus, ad reliquas transeamus. Sed dei primum, ut solemus, implorandum nobis erit auxilium, qui et viae dux malorumque depulsor et prudentiae adiutor et sapientiae largitor est, ut ab ipso veritatem edocti reliquarum haereseon errores patefacere atque ex ipsis veritatis vocibus, quasi ex multis seplasiariorum simplicibus corporibus, velut antidotum conficere possimus, in eorum qui iam icti fuerint gratiam, ut vel iisce nostris perlectis remedium illis adhibeatur, vel si nullam adhuc eius rei notitiam habuerint, ea demum percepta cavere sibi possint, idque ipsum et salutem nobis et uberrimum a deo praemium ac mercedem conciliet.

## CONTRA PHRYGASTAS,
## sive Montanistas aut Tascodrugitas haeresis XXVIII., vel XLVIII.

Ab his alia rursum efflorescit haeresis, quae Phrygum dicitur, Cap. I. sub idem fere producta tempus, eique successione proxima. Nam isti sub Antonii Pii, qui post Adrianum imperavit, annum XIX. emergere coeperunt. Marcio vero, Tatianus et Encratitae horum discipuli sub Adriano ac post Adrianum prodierunt.

Phryges itaque (sic enim appellant) tam Vetus quam Novum Testamentum asciscunt. Mortuorum resurrectionem approbant. Sed

Cap. I. — 1. τοῦ μετὰ Ἀδριανόν *Ios. Scaliger.*

λέγουσι. Μοντανὸν δέ τινα προφήτην αὐχοῦσιν ἔχειν, καὶ Πρισκίλλαν καὶ Μαξιμίλλαν προφήτιδας, οἷς προςέχοντες τὸν νοῦν ἐξετράπησαν. Περὶ δὲ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ὁμοίως φρονοῦσι τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· [2] ἀπέσχισαν δὲ ἑαυτούς. Προςέχουσιν πνεύμασι πλάνης καὶ διδασκαλίαις δαιμόνων, λέγοντες ὅτι, Δεῖ ἡμᾶς, φησὶ, καὶ τὰ χαρίσματα δέχεσθαι. Καὶ ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία ὁμοίως τὰ χαρίσματα δέχεται, ἀλλὰ τὰ ὄντως χαρίσματα, καὶ τῇ ἁγίᾳ θεοῦ
pag. 403. ἐκκλησίᾳ διὰ πνεύματος ἁγίου δεδοκιμασμένα παρά τε προφητῶν καὶ ἀποστόλων καὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου, φάσκοντος ἀποστόλου Ἰωάννου ἐν τῇ ἐπιστολῇ ὅτι, Δοκιμάζετε τὰ πνεύματα, εἴ ἐστιν ἐκ θεοῦ· πάλιν δὲ λέγοντος ὅτι, Ἠκούσατε, ὅτι Ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ νῦν Ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν. Ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν· ἀλλ' ἵνα γνωσθῶσιν, ὅτι οὐκ εἰσιν ἐξ ἡμῶν, τούτου χάριν γράφω ὑμῖν τεκνία, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀληθῶς οὖν ὅτι οὐκ εἰσιν ἐξ αὐτῶν τῶν ἁγίων. Ἐξέβησαν γὰρ τῇ ἑαυτῶν φιλονεικίᾳ, προςανέχοντες καὶ πνεύμασι πλάνης καὶ μυθολογίας.

Κεφ. β'. Ἰδοὺ γὰρ, ἐξ αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἐλέγχονται μὴ δυνάμενοι πληροῦν τὰ ἑαυτῶν ἐν φιλονεικίᾳ ὑπισχνούμενα. Εἰ γὰρ δεῖ χαρίσματα δέχεσθαι, καὶ δεῖ ἐν ἐκκλησίᾳ [1] χαρισμάτων, πῶς οὐκέτι μετὰ Μοντανὸν καὶ Πρισκίλλαν καὶ Μαξιμίλλαν ἔχουσι προφήτας; Ἆρα ἤργησεν ἡ χάρις; Οὐκ ἀργεῖ δὲ ἡ χάρις ἐν ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, μὴ γένοιτο. Εἰ δὲ ἕως τινὸς προεφήτευσαν οἱ προφητεύσαντες, καὶ οὐκέτι προφητεύουσιν, ἀλλὰ οὔτε Πρισκίλλα, οὔτε Μαξιμίλλα προεφήτευσαν μετὰ τὰς προφητείας τὰς διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ δοκιμασθείσας. Κατὰ δύο οὖν τρόπους ἐλεγχθήσεται ἡ αὐτοῦ ἄνοια. Ἢ γὰρ δείξωσιν εἶναι προφήτας μετὰ Μαξιμίλλαν, ἵνα μὴ ἀργήσῃ παρ' αὐτοῖς λεγομένη χάρις, ἢ οἱ περὶ Μαξιμίλλαν ψευδοπροφῆται εὑρεθήσονται, μετὰ τὸν ὅρον τῶν προφητικῶν χαρισμάτων, τολμήσαντες οὐκ ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλ' ἀπὸ πλάνης δαιμόνων ἐνθουσιασθῆναι, καὶ φαντάσαι τοὺς ἀκούοντας αὐτῶν [2] καὶ ὅπως ἐξ αὐτῶν τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων ὁ ἔλεγχος πρὸς αὐτοὺς ῥηθήσεται. Φάσκει γὰρ ἡ παρ' αὐτοῖς λεγομένη Μαξιμίλλα, ἡ προφῆτις ὅτι, φησὶ, Μετ' ἐμὲ προφῆτις οὐκέτι ἔσται, ἀλλὰ συντέλεια. Ἰδοὺ δὲ πάντοθεν φαίνεται τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης; Ὅσα γὰρ οἱ προφῆται εἰρήκασι, καὶ μετὰ συνέσεως παρακολουθοῦντες ἐφθέγγοντο, καὶ ἐτελέσθησαν τὰ παρ' αὐτῶν εἰρημένα καὶ ἔτι

2. *Vulgata distinctio est* ἐκκλησίᾳ. ἀπέσχισαν δὲ ἑαυτοὺς προςέχουσι. *Unde Ios. Scaliger* ἀποσχίσαντες δὲ ἑαυτοὺς προςέχουσιν, *Petavius* ἀπέσχισαν δὲ ἑαυτοὺς καὶ προςέχουσιν *reponendum censebant.*

Cap. II. — 1. χαρίσματα *libri omnes; unde Ios. Scaliger* καὶ δεῖ εἶναι ἐν ἐκκλ., *Petavius* καὶ δεῖ εἶναι *vel* ἔχειν *supplendum censuerunt.*

Montanum quendam prophetam, cum Priscilla et Maximilla prophetissis praedicant quibus inhaerentes a recta via deflectunt. Nam de patre et filio, ac spiritu sancto eadem cum ecclesia catholica sentiunt. Sed ab eius se communione separarunt, quod erroris spiritus ac doctrinas daemonum sequantur. Nos enim, inquiunt, coelestia oportet dona recipere. Sua quidem et ecclesia catholica dona divinitus accipit, sed quae vera dona sunt, et spiritus sancti ac prophetarum et apostolorum dominique ipsius auctoritate comprobata. Ioannes siquidem apostolus sic in epistola sua nos admonet: *Probate spiritus, si ex deo sunt.* 1. Ioann. 4, 1. Et rursum: *Audistis quia Antichristus venit; et nunc Antichristi multi sunt. E nobis exierunt, sed non erant e nobis. Si enim e nobis fuissent, mansissent utique vobiscum: sed ut manifesti fiant, quoniam non sunt e nobis, idcirco scribo vobis, filioli etc.* 1. Ioann. 2, 18. Quocirca verum est illos e sanctorum grege non esse. Ab iis enim contendendi studio recesserunt, et erroris ac fabularum auctores spiritus consectati sunt.

Cap. II. Ecce tibi vel eo ipso, quod sibi propositum habent, aperte convincuntur nequaquam istud ipsum, quod contentiosa illa ambitione prae se ferunt, obtinere posse. Nam si coelestia illa dona recipienda sunt, iisque praeditam ecclesiam esse convenit, cur post Montanum ac Priscillam et Maximillam nullos habent amplius prophetas? Divinumne est munus exhaustum? At in ecclesia catholica minime id quidem est exhaustum. Absit. Quod si aliquo tenus prophetae vaticinati sunt, et vaticinari modo desinunt, consequens est, ne Priscillam quidem atque Maximillam, secundum apostolorum vaticinia quae in ecclesia recepta sunt, oraculum ullum edidisse. Quamobrem utrimque illorum insania constringitur. Nam aut prophetas post Maximillam aliquos ostendant, ne ea, quam illi iactitant, gratia extincta videatur, aut Maximilla cum suis falsae vatis nomine censendae sunt, quae post praescriptum prophetici doni officiique tempus non sancti spiritus, sed immissi a daemonibus erroris afflatum admittere non sunt veritae, ac suis auditoribus illudere. Enimvero ex iis ipsis, quae asserunt, eorum mendacia refelluntur. Sic enim vates illorum Maximilla praedicat: *Post me nulla amplius erit prophetissa, sed finis sequetur.* Vides ut undique se prodat erroris spiritus? Nam quaecumque prophetae locuti sunt, ea scientes intelligentesque dixerunt, planeque uti nuntiata sunt acciderunt, et hodie-

2. *Parum accurate haec verba converterunt interpretes. Verte:* et audientibus illudere, audientes utique etiam quomodo ex iis ipsis quae asserunt illorum mendacia refelluntur.

πληροῦται. Αὕτη δὲ εἶπε μετ' αὐτὴν εἶναι συντέλειαν, καὶ οὔπω συν-
ετελέσθη, μάλιστα τοσούτων βασιλέων γενομένων, καὶ τοσούτου χρόνου
pag. 404. ὑπερβεβηκότος. Ἔτη γάρ εἰσιν ἔκτοτε πλείω ἢ ἐλάσσω διακόσια [3] ἐν-
νεακαίδεκα ἕως τοῦ ἡμετέρου χρόνου, δωδεκάτου ἔτους Οὐαλεντινια-
νοῦ καὶ Οὐάλεντος καὶ Γρατιανοῦ βασιλείας, καὶ οὔτε ἡ συντέλεια κατὰ
τὴν ἡγήσασαν ἑαυτὴν προφήτιδα, μὴ γνοῦσαν μήτε τὴν ἡμέραν τῆς
αὐτῆς τελευτῆς. Καὶ ἰδεῖν ἔστι πῶς πάντες οἱ ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἑαυ-
τοὺς ἀλλοτριώσαντες οὐκ ἐν εὐσταθείᾳ τινὶ λόγου μεμενήκασιν, ἀλλ' ὡς
νήπιοι ὑπὸ τοῦ ἀεὶ πλανῶντος ὄφεως παραπεποιημένοι εἰς ἀπώλειαν
ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασι, καὶ εἰς τὸ γενέσθαι κατάβρωμα τοῦ λύκου, ἐκ
τῆς μάνδρας αἱρεθέντες παρελκυσθῆναι καὶ οὕτως ἀπολέσθαι, μὴ κρα-
τοῦντες τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ καταλείψαντες τὴν ἀλήθειαν, ἐν ναυαγίῳ
ἑαυτοὺς καὶ ἐν κλύδωνι τῆς πάσης πλάνης παραδεδώκασιν. Εἰ γὰρ
λέξει Μαξιμίλλα ὅτι προφήτης οὐκέτι ἔσται, ἄρα ἀναιρεῖ τὸ εἶναι παρ'
αὐτοῖς τὸ χάρισμα, καὶ εἰς ἔτι δεῦρο φέρεσθαι· εἰ δὲ ἕως αὐτῆς, ὡς
προεῖπον μὲν, τὸ χάρισμα, [4] ἄρα καὶ αὐτὴ οὐ μετέσχε τῶν χαρισμάτων.

Κεφ. γ'. Πεπλάνηται γάρ. Ἐσφράγισε γὰρ ὁ κύριος τὴν ἐκκλησίαν, καὶ
ἐπλήρωσεν [1] αὐτῇ τὰ χαρίσματα. Ὅτε γὰρ ἦν χρεία ἐν προφήταις, ἐν
ἀληθινῷ πνεύματι καὶ ἐρρωμένῃ διανοίᾳ καὶ παρακολουθοῦντι νῷ οἱ
αὐτοῦ ἅγιοι τὰ πάντα προεφήτευσαν, ἐμπιπλώμενοι πνεύματος ἁγίου
κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν ἐκ πνεύματος χαρισμάτων ἑκάστῳ διδομένων,
καὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως πρὸς τὸ συμφέρον. Τί οὖν συμ-
φέρον οὗτοι εἰρήκασιν; ἢ ποῖον ἀνάλογον τῆς πίστεως; Πῶς δὲ οὐχὶ
μᾶλλον οὗτοί εἰσι περὶ ὧν εἶπεν ὁ κύριος ὅτι, Προςέχετε ἀπὸ τῶν ψευ-
δοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσω-
θεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες; Συγκρίνοντες γὰρ τὰ παρ' αὐτῶν εἰρημένα
καὶ [2] κατὰ τὴν παλαιὰν διαθήκην καὶ καινὴν ἐν ἀληθείᾳ ὄντα καὶ ἐν
ἀληθείᾳ γενόμενα καὶ πεπροφητευμένα δοκιμάσωμεν ποία προφητεία
τυγχάνει, καὶ ποία ψευδοπροφητεία. Ὁ προφήτης μετὰ καταστάσεως
λογισμῶν καὶ παρακολουθήσεως ἐλάλει καὶ ἐφθέγγετο ἐκ πνεύματος
ἁγίου, τὰ πάντα ἐρρωμένως λέγων· ὡς Μωϋσῆς ὁ θεράπων τοῦ θεοῦ
pag. 405. καὶ πιστὸς ἐν οἴκῳ Ὁ βλέπων [3] ἐλέγετο. Ὁ προφήτης ἐν τῇ παλαιᾷ
διαθήκῃ, Ὅρασις, φησὶν, ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς ὁ προφήτης·
Εἶδον, φησὶ, τὸν κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ ἐπηρ-
μένου· καὶ εἶδον Σεραφὶμ καὶ Χερουβίμ· καὶ ἤκουσα φωνῆς κυρίου
λεγούσης πρός με, Βάδιζε, εἶπον τῷ λαῷ τούτῳ, Ἀκοῇ ἀκούσητε, καὶ

3. *Emendatio est Ios. Scaligeri, cum libri omnes (etiam cod. Venet.) habeant* διακόσια ἐννενήκοντα. *Petavius volebat* διακόσια εἴκοσι.

4. *In libris vulgatis et in cod. Rhedig. scriptum est* ἆρα.

Cap. III. — 1. αὐτῇ *emendatio est Petavii. Libri habent* αὐτὴ.

que perficiuntur. At illa post se rerum omnium exitum fore praedixit, quod hactenus nondum accidisse cernimus, praesertim cum tot sibi imperatores successerint, ac tantum sit temporis interlapsum. Anni siquidem ad hoc tempus, qui est Valentiniani ac Valentis et Gratiani imperationis annus XII., plus minus CCXC numerantur, et tamen hic ille praedictus ab inani seseque ostentante prophetissa nondum rerum exitus advenit; quae quidem diem obitus sui minime compertum habuit. Hinc illud videre licet, omnes qui se a veritate segregant, nullam in sermonibus habere constantiam, sed infantium more ab impostore serpente deceptos ultro se in exitium perniciemque committere. Nam cum, ut a lupo devorentur, a caula longius
aberrare ac perire voluerint, non *retento principio*, sed repudiata Coloss. 2. 19.
veritate, in naufragium errorumque omnium tempestatem sese coniecerunt. Nam si hoc Maximilla dixerit, prophetam amplius neminem futurum, divinum hoc illis munus funditus eripit, ut ad hodiernum tempus minime perseveret. Quod si ad illam usque, ut ante diximus, eadem propagata gratia est, ne ipsa quidem eiusmodi donorum compos est facta.

Sed nimirum vehementer errat. Etenim deus ecclesiam suam Cap. III.
velut obsignavit, ac divina illa munera complevit. Quamdiu enim prophetis opus fuit et veri spiritus instinctu, cum animi firmitate atque constantia et eorum quae loquerentur intelligentia sanctissimi viri sua omnia responsa et oracula dederunt, iidemque pro cuiusque concessorum a sancto spiritu donorum ac fidei ratione, communem ad utilitatem illo ipso spiritu repleti sunt. Quid igitur ab illis est ad hominum utilitatem praedictum, aut quae habita fidei ratio? Nonne eiusmodi potius habendi illi sunt de quibus locutus est dominus:
*Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium,* Matth. 7, 15.
*intrinsecus autem sunt lupi rapaces?* Age vero quae ab illis dicuntur cum iis quae in utroque Testamento revera continentur, quaeque certissime gesta ac praedicta sunt, comparantes, discernamus quae sit vera quaeque falsa prophetis. Verus quippe propheta cum sui compos, tum ea quae dicebat intelligens, futura nuntiabat, proque eo ac spiritus sanctus impulerat, praecipuo quodam animi robore
vaticinari solebat. Sic *servus ille dei Moyses, ac fidelis in domo.* Num. 12, 7.
Unde et *videns* in Vetere Testamento propheta dicitur. *Visio*, in- 1. Reg. 9, 9.
quit, *quam vidit Isaias filius Amos propheta. Vidi dominum sedentem* Isai. 1. 1. et 6, 1 sqq.
*super thronum excelsum et elevatum. Et vidi Seraphim et Cherubim; et audivi vocem domini dicentem ad me. Vade dic populo huic: Auditu*

2. *Repono* καὶ τὰ κατὰ τὴν *cell.*
3. *In libris perperam distinctum inveneram* ὁ βλέπων ἐλέγετο ὁ προφήτης ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ. ὅρασις *cell.*

οὐ μὴ μάθητε, καὶ βλέποντες βλέψητε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Καὶ ἀκούσας παρὰ τοῦ κυρίου ἐλθὼν πρὸς τὸν λαὸν ἔφη· Τάδε λέγει κύριος. Οὐχ ὁρᾷς ὅτι παρακολουθοῦντος ὁ λόγος, καὶ οὐκ ἐξισταμένου, οὔτε ὡς ἐξισταμένης διανοίας ἡ φθογγὴ ἀπεδίδοτο; ὡςαύτως δὲ καὶ Ἰεζεκιὴλ ὁ ἅγιος καὶ προφήτης ἀκούων παρὰ κυρίου ὅτι, Ποίησον σεαυτῷ ἄρτον ἐπὶ κόπρου ἀνθρωπείας, ἔλεγε· Μηδαμῶς, κύριε· οὐδέποτε κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον εἰςῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου. Γινώσκων γὰρ τὴν δι' ἀπειλὴν λεγομένην πρὸς αὐτὸν ῥῆσιν ὑπὸ κυρίου, καὶ οὐχ ὡς ἐν ἐκστάσει διανοίας φερόμενος ἐπεβάλλετο τοῦτο πράττειν, ἀλλ' [4] ἠξίου, ἐρρωμένην ἔχων τὴν διάνοιαν καὶ παρακολουθοῦσαν, καὶ ἔλεγε, Μηδαμῶς, κύριε. Ταῦτα γὰρ ἀληθῶς προφητῶν ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἐρρωμένην ἐχόντων τὴν διάνοιαν καὶ τὴν διδασκαλίαν καὶ τὴν διαλογήν. Ὁ δὲ Δανιὴλ οὐχ εὑρίσκεται πάσης συνέσεως ἔμπλεως, καὶ τοῖς φρονήμασι παρακολουθῶν; ὃς τὰ αἰνίγματα τοῦ Ναβουχοδονόσωρ ἐπέλυσε, καὶ ἃ ἐκεῖνος δι' ὀνειράτων ἐθεάσατο, καὶ ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἑωρακότος, οὕτως ὑπομιμνήσκει, καὶ τὴν ἐπίλυσιν εὐθὺς ἐπέφερεν ἐρρωμένῃ καταστάσει, καὶ ὑπερβολῇ χαρίσματος, περιττοτέρως τὴν φρόνησιν ἔχων ὑπὲρ πάντα ἄνθρωπον, διὰ τὸ χάρισμα τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸ σοφίζον ὄντως τὸν προφήτην, καὶ τοὺς διὰ τοῦ προφήτου τῆς διδασκαλίας τῆς ἀληθείας καταξιουμένους. Ἃ δὲ οὗτοι ἐπαγγέλλονται προφητεύειν, οὐδὲ εὐσταθοῦντες φανοῦνται, οὔτε παρακολουθίαν λόγου ἔχοντες. Λοξὰ γὰρ τὰ παρ' αὐτῶν ῥήματα καὶ σκαληνὰ, καὶ οὐδεμιᾶς ὀρθότητος ἐχόμενα.

Κεφ. δ'. Εὐθὺς γὰρ ὁ Μοντανός φησιν, Ἰδοὺ, ἄνθρωπος ὡςεὶ λύρα, κἀγὼ [1] ἵπταμαι ὡςεὶ πλῆκτρον· ὁ ἄνθρωπος κοιμᾶται, κἀγὼ γρηγορῶ· ἰδοὺ, κύριός ἐστιν ὁ [2] ἐξιστάνων καρδίας ἀνθρώπων, καὶ διδοὺς καρδίας ἀνθρώποις. Τίς τοίνυν τῶν παρακολουθούντων καὶ
pag. 406. μετὰ συνέσεως δεχομένων τὸν τῆς ὠφελείας λόγον καὶ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ἐπιμελομένων οὐ καταγνώσεται τῆς τοιαύτης παραπεποιημένης ὑποθέσεως καὶ τοῦ λόγου τοῦ αὐχοῦντος ἑαυτὸν ἐν προφήταις καταλέγεσθαι, μὴ δυναμένου τὰ ὅμοια λέγειν προφήταις; οὔτε γὰρ πνεῦμα ἅγιον ἐλάλησεν ἐν αὐτῷ. Τὸ γὰρ εἰπεῖν [3] Ἐφίπταμαι, καὶ Πλήσσω, καὶ [4] Γρηγορῶ, καὶ Ἐξιστᾷ κύριος καρδίας, ἐκστατικοῦ ῥήματα ὑπάρχει ταῦτα, καὶ οὐχὶ παρακολουθοῦντος, ἀλλὰ ἄλλον χαρακτῆρα [5] ὑποδεικνύοντος

4. *I. e.* deprecatus est.

Cap. IV. — 1. ἅπτομαι *volebat Gatakerus Opp. Critt. p.* 795. ἐφίπταμαι *cod. Venet.*

2. ἐξιστάνων *scripsi cum Ios. Scaligero et Gatakero pro* ἐκστάνων, *quod reperitur in cod. Rhedig. et in utraque editione. Cod. Regius, auctore Petavio, habet* ἐτάζων, *quod correctoris manus videtur esse. Scripturam* ἐξιστάνων *firmant ea quae infra leguntur* „καὶ ἐξιστᾷ κύριος καρδίας, καὶ ἐκστατικοῦ“ *cett.*

*audietis, et non intelligetis, et videntes videbitis, et non aspicietis.* Quae cum audisset a domino, tum ad populum accedens ita narrabat: *Haec dicit dominus.* Videsne intelligentis haec esse quae dicat, non eius qui extra potestatem exierit? Nam eiusmodi vox nullam fuisse mentis perturbationem significat. Ita sanctus Ezechiel propheta dicente domino, *Fac tibi panem in stercore humano*, respondit, Ezech. 4, 14. *Absit, domine: nihil unquam commune et immundum intravit in os meum.* Cum enim minitandi gratia sibi a domino dictum illud animadverteret, non velut e mentis statu deiectus statim facere istud aggressus est, sed constanti animi robore praeditus ac sibi praesens ita respondit, *Absit, domine.* Haec enim prophetarum revera propria sunt, qui firmam ac stabilem in spiritu sancto mentem retinent, ac docendi discernendique facultatem. Nam Daniel ipse nonne plenus omni sa- Dan. 2. pientia fuisse, quaeque animo conceperat plane intellexisse videtur? qui et Nabuchodonosoris aenigmata dissolvit, et quae ei per somnium oblata fuerant, sed illum ipsum qui viderat effugerant, non aliter in memoriam reduxit, et cum eadem animi firmitate ac coelesti illo dono uberrime perfusus citra ullam moram interpretatus est; cum prudentia, intelligentiaque ceteris hominibus antecelleret, ob eam scilicet qua praeditus erat spiritus sancti gratiam, quae non modo prophetam informat, sed et nos omnes, quibus illius adminiculo deus doctrinam veritatis impertit. At contra quae isti vaticinare se iactitant, neque certa cum animi firmitate praedicant, nec quae dicunt intelligentia consequuntur. Sed obliqua sunt illorum ac perplexa verba, nec recti omnino quicquam effutiunt.

Sic enim Montanus exempli gratia loquitur: *Ecce homo tan-* Cap. IV. *quam lyra, ego vero ceu plectrum volo. Homo dormit, ego vero vigilo. Ecce dominus est qui corda hominum in stuporem vertit, et corda dat hominibus.* Quis est igitur, qui si utilissimam fidei doctrinam percipiat, intelligentiaque comprehendat, ac vitae suae nonnullam curam habeat, non argumentum istiusmodi ab otioso homine confictum et arrogantiae plenam eius orationem condemnet, qui se prophetarum numero insolenter adscribet, cum interim eadem dicere quae olim prophetae nequeant? Non enim spiritus sanctus in illo locutus est. Atque haec ipsa verba: *Volo*, et *Percutio*, et *Vigilo*, et *Dominus corda in stuporem vertit*, furiosi hominis verba sunt, minimeque quae loquitur assequentis; in quo alia prorsus nota figura-

3. ἐφάπτομαι *corrigit Gatakerus l. l.* ἐφίσταμαι *habet cod. Venet. — Verbum* πλήσσω, *ne quid in verbis Montani supra adscriptis excidisse suspiceris, refer ad* πλῆκτρον.

4. ἐγρηγορῶ *cod. Venet.*

5. ὑποδεικνῦντος *cod. Venet.*

παρὰ τὸν χαρακτῆρα τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ ἐν προφήταις λελαληκότος.

Εἰ δὲ θελήσουσι παραπλέκειν τῇ ἀληθείᾳ τὸ ψεῦδος, καὶ ἀγνοεῖν τὸν νοῦν τὸν τῆς ἀκριβείας ἐπιμελόμενον, ἑαυτοῖς δὲ ἐπισωρεύειν λόγους δι' ὧν παραποιητεύονται τὴν ἑαυτῶν πλάνην ὁμοίαν τινὰ ἀποτελέσαι, [6] παραστήσουσιν ἀπὸ τοῦ τὴν ἁγίαν γραφὴν εἰρηκέναι, Ἐπέβαλεν ὁ θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ ὕπνωσε. Καὶ οὐκέτι ὅμοιον τοῦτο ἐκείνου. [7] Οὐ γὰρ καὶ ἐνταῦθα σῶμα ἔμελλε πλάσσειν ὁ θεὸς, ἀφ' οὗ εἰς ἔκστασιν ἔφερεν, ἵνα τὰ ὅμοια ἐπενέγκῃ, δι' ὑπερβολὴν τῆς φιλανθρωπίας· τῷ γὰρ Ἀδὰμ ἐπήνεγκε τὴν ἔκστασιν τοῦ ὕπνου, οὐκ ἔκστασιν φρενῶν. Ἔκστασις δὲ κατὰ διαφορὰς πολλὰς ἔχει τὸν τρόπον. Ἔκστασις δι' ὑπερβολὴν θαύματος λέγεται· ἔκστασις λέγεται ἡ μανία, διὰ τὸ ἐκστῆναι τοῦ προκειμένου. Ἐκείνη δὲ ἡ τοῦ ὕπνου ἔκστασις κατὰ ἄλλον τρόπον ἐῤῥέθη, κατὰ τὴν φυσικὴν ἐνέργειαν, μάλιστα δὲ τῷ βαθυτάτως αὐτὴν ἐπενηνέχθαι τῷ ἁγίῳ Ἀδὰμ, καὶ ἐν χειρὶ θεοῦ πεπλασμένῳ.

Κεφ. ϛ'. Καὶ γὰρ ἀληθῶς ἔστιν ἰδεῖν, ὡς δικαίως ἔκστασιν ταύτην ἡ θεία γραφὴ [1] κέκληκεν. Ἐν τῷ γὰρ ὑπνοῦν τὸν ἄνθρωπον μεθίστανται πᾶσαι αἱ αἰσθήσεις εἰς ἀνάπαυσιν τραπεῖσαι. Ὡς οἷον εἰπεῖν, παροῦσα ἡ διορατικὴ οὐχ ὁρᾷ· ἀποκέκλεισται γὰρ τὸ ὄμμα, ἡσυχάζει τὸ κινοῦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ πνεῦμα, εἴτ' οὖν ψυχή. Δυςοδμίας οὔσης ἐν οἴκῳ καὶ εὐοδμίας, καί τοί γε παρούσης τῆς ὀσφραντικῆς αἰσθήσεως, οὐκ ἀντιλαμβάνεται· ἐξέστη γὰρ ἡ τοιαύτη αἴσθησις εἰς ἀνάπαυσιν τραπεῖσα. Πικρῶν ὄντων χυμῶν ἐν τῷ στόματι, ἢ ἁλμυρῶν, ἢ γλυκέων, τὸ γευστικὸν οὐκ αἰσθάνεται, ἐπειδήπερ ἐν ἐκστάσει τῆς ἀναπαύσεως
pag. 497. κεῖται μὴ ἐνεργοῦν, ὅπερ ἐν τῷ ὕπαρ ἐνήργει. Ἀκοὴ πάρεστιν, ἀλλ' ἀργεῖ τὸ ἀκουστικὸν κατὰ τὴν αἴσθησιν, καὶ πολλάκις τῶν λαλούντων ἐν οἴκῳ, εἰ μή τι διυπνισθῇ ὁ ἄνθρωπος, οὐχ ὑπακούει τῶν παρά τινων ῥηθέντων, διὰ τὸ ἀποστῆναι τὴν ἐνέργειαν πρὸς τὴν ὥραν. Τινῶν κνωδάλων διερχομένων διὰ τοῦ ἡμετέρου σώματος οὐκ αἰσθανόμεθα τῆς αὐτῶν περὶ τὸ σῶμα ἡμῶν ἁφῆς, εἰ μή τι βαρέως ἐπιθῶνται ἡμῖν τὰ κνώδαλα, ὡς τοῦ παντὸς ὀργάνου διὰ τὴν ἀνάπαυσιν τοῦ ὕπνου ἐκστάντος ἀπὸ τῆς ἐνεργείας. Τὸ μὲν γὰρ ὄργανον φύσεως ὂν γηΐνης, καὶ [2] περιττὴν ψυχὴν ἔχον, διὰ τὸ οὕτως ἐκ θεοῦ τῶν χρησίμων ἡμῖν γεγενῆσθαι, ἀποδίδοται τῷ ὕπνῳ καιρὸς, μεθιστῶν αὐτὸ ἀπὸ τῆς ἐνεργεστάτης αἰσθήσεως εἰς μετάστασιν ἀναπαύσεως· αὐτὴ δὲ

6. *Male distinxerunt Cornarius et Petavius* πλάνην, ὁμοίαν τινὰ ἀποτελέσαι παραστήσουσιν, ἀπὸ *cett.*

7. *Verterim:* Neque enim, quod ad illum attinet, deus tum corpus figuraturus erat, ut illum in stuporem conicere opus haberet, et pariter eum, ut olim Adamum, afficiendo largae suae benignitati satisfaceret.

que cernitur quam quae spiritus sancti, qui per prophetas olim locutus est, germana videatur ac propria.

Quod si veritati mendacium admiscere voluerint, et accuratum sacrarum literarum dissimulare sensum, ac loca quaedam accumulare quibus errorem suum procudant et divinis oraculis quam simillimum reddant puta quod scriptura dixerit, *Misit deus ἔκστασιν, hoc est soporem, in Adam, et dormiit:* sciant longe aliam hic esse quam in illorum negotio rationem. Non enim, quod ad istos attinet, novum quoddam corpus a deo designabatur, cuius gratia, quod olim Adamo fecerat, pro sua benignitate stuporem immitteret. Nam Adami stupor ille somni quidam torpor extitit, non mentis insania. Stuporis porro vocabulum pluribus modis usurpari solet. Alius enim est, quem vehemens quaedam parit admiratio. Alias pro furore et insania sumitur, ex eo quod animus a proposito ἐκστῆναι, hoc est aberrare, dicitur. At ille somno stupor alio, nimirum ad naturales functiones, referendus est praesertim cum Adamo viro sancto ac dei manibus perpolito altissimus sit ille stupor iniectus. Gen. 2, 21.

Constat enim quam merito stuporis hoc nomen a scriptura fuerit usurpatum. Quandoquidem homine consopito sensus omnes ad quietem sese transferunt. Sic videndi facultas, exempli gratia, tametsi praesens adsit, clausis oculis nihil omnino discernit, propterea quod tum ille quo movemur spiritus sive anima requiescit. Sic quantavis domi fragrantia sit aut foetor, nihil tamen odoratu, qui sane praesens est, percipere possumus, eo quod sensui illi ad quietem composito velut quidam torpor obrepsit. Item licet amarus in ore sit sapor, aut salsus, aut dulcis, nihil gustatu sentitur, eo quod stupidus hic sensus ac sopitus functionem nullam exercet, cuiusmodi praestare vigilans solebat. Manet et auditus ipse, sed audiendi est facultas otiosa: adeo ut plerumque domi loquentibus nonnullis, nisi qui dormit expergefactus fuerit, quae ab iis dicuntur non audiat, quod omnis eo tempore intercepta sit actio. Postremo cum quaedam per corpus oberrent bestiae, harum contactus minime tum a nobis percipitur, nisi forte vehementius pupugerint. Cuius ea caussa est, quod sensus nostri domicilium in illa somni quiete ab omni actione cessaverit. Quod quidem sensus instrumentum, cum sit natura terrenum animaque nihilominus excellenti praeditum, quod ita deus utilitatis nostrae caussa constituit, suum habet somno tempus attributum, per quod ab acerrima sentiendi functione in quietem Cap. V.

Cap. V. — 1. κέκληκεν *correxi cum Petavio. Sic iterum cap.* 5 „ἐκεῖ δέ, *inquit,* περιττοτέρως ἐκείνην ἔκστασιν κέκληκεν.“ *Libri veteres habent* βέβληκεν.

2. περιττὴν *scripsi cum Petavio pro* περὶ τὴν, *quod cod. Rhedig. et liber Cornarii praebent.*

ἡ ψυχὴ οὐκ ἐξέστη τοῦ ἡγεμονικοῦ, οὐδὲ τοῦ φρονήματος. Πολλάκις γὰρ φαντάζεται ἑαυτὴν, ὡς ἐν γρηγορήσει, καὶ περιπατεῖ καὶ ἐργάζεται καὶ ποντοπορεῖ, καὶ ἐν πλείοσι καὶ μείζοσι τούτων δι' ὀνειράτων ἑαυτὴν θεωμένη, οὐ μὴν κατὰ τὸν ἀφραίνοντα καὶ ἐν ἐκστάσει γινόμενον ἐκστατικὸν ἄνθρωπον, τὸν τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ ἐγρηγορότα τὰ δεινὰ μεταχειριζόμενον καὶ πολλάκις ἑαυτῷ δεινῶς χρώμενον καὶ τοῖς πέλας. Ἀγνοεῖ γὰρ ἃ φθέγγεταί τε καὶ πράττει, ἐπειδήπερ ἐν ἐκστάσει γέγονεν ἀφροσύνης ὁ τοιοῦτος.

Κεφ. ϛʹ. Ταῦτα δὲ πάντα διὰ τὸ, Ἐπέβαλε κύριος ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ ὕπνωσεν, ἀνάγκην ἐσχήκαμεν, ὦ ἐπιπόθητοι, συναγαγεῖν τὰς διαφορὰς τῶν τρόπων τῆς ἐκστάσεως, καὶ ἐφράσαμεν δι' ἣν αἰτίαν ἐκεῖ παρὰ κυρίου ἔκστασις εἴρηται ἡ τοῦ ὕπνου μετοχὴ, ὅτι διὰ τὴν τοῦ θεοῦ φειδὼ καὶ φιλανθρωπίαν, ἣν πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ὁ αὐτὸς δεδώρηται εἰς τὸ μεταφέρεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ μερίμνης εἰς ἀνάπαυσιν ὕπνου, καὶ τῶν τῷ βίῳ χρειωδῶν πραγμάτων. Ἐκεῖ δὲ περιττοτέρως ἐκείνην ἔκστασιν κέκληκε, διὰ τὸ ποιῆσαι αὐτὸν πρὸς τὴν ὥραν μὴ αἰσθάνεσθαι πόνου, δι' ἣν ἔμελλε λαμβάνειν πλευρὰν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ πλάττειν αὐτὴν αὐτῷ εἰς γυναῖκα· ἀλλὰ οὐκ ἦν ἔκστασις φρενῶν καὶ διανοημάτων. Εὐθὺς γὰρ ἀναστὰς ἐπέγνω, καὶ εἶπε· Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου· αὕτη
pag. 408. κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὕτη. Καὶ ἐπίσταται γὰρ, ὡς ὁρᾷς, καὶ τὰ πρῶτα καὶ τὰ παρόντα, καὶ προφητεύει περὶ τῶν μελλόντων. Ἰδοὺ γὰρ, ἐπέγνω τὰ πρῶτα, ὅτε ἦν ἐν ὕπνῳ, λέγων ὅτι, Ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου· καὶ ἐπέγνω τὰ παρόντα, μετὰ τὸ πλασθῆναι τὴν γυναῖκα ἐπιγνοὺς αὐτὴν [1] ἀπὸ τοῦ σώματος ἠρμένην· καὶ προεφήτευσε περὶ τῶν ἐσομένων ὅτι, Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ταῦτα δὲ οὐκ [2] ἦν ἐκστατικοῦ ἀνδρὸς, οὐδὲ ἀπαρακολουθήτου, ἀλλὰ ἐρρωμένην ἔχοντος τὴν διάνοιαν.

Κεφ. ζʹ. Εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ, Ἐγὼ εἶπον ἐν τῇ ἐκστάσει μου, Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης, λεκτέον, ἑτέρα πάλιν αὕτη ἡ δύναμις, οὐχ ὃν τρόπον τινὸς ἀφραίνοντος ἀνθρώπου καὶ ἐκστατικοῦ, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ ὑπερθαυμάζοντος καὶ διανοουμένου [1] ὑπὲρ τῶν κατὰ τὴν συνήθειαν λογισμῶν τῶν συμμέτρως ὁρωμένων τε καὶ πραττομένων. Ἐπειδὴ γὰρ ἐθαύμασεν προφήτης, διὰ θαυμασμὸν ἐνταῦθα λέγει. Γεγόνασι δὲ ἐν ἐκστάσει οἱ προφῆται, οὐκ ἐν ἐκστάσει λογισμῶν. Γέγονε γὰρ καὶ Πέ-

Cap. VI. — 1. *Mallem* ἀπ' αὐτοῦ σώματος. 2. ἦν *correxi cum Petavio. Libri habent* οὐκ ἐν ἐκστατικοῦ ἀνδρὸς.

torporemque resolvitur. Interim animae pars illa praecipua intelligendique vis eiusmodi est stuporis expers. Saepe enim semetipsam sibi quasi vigilantem obiicit, ambulans, agens aliquid, navigans, atque in pluribus et maioribus negotiis versari per somnium existimat. Quamquam longe istud alio modo quam a furioso ac fanatico geritur, qui corpore animoque vigilans atrocia quaedam perpetrat, et cum sibi tum ceteris omnibus infestus est. Nescit enim quid dicat aut faciat, quoniam a rationis statu deiectus et in furorem versus est.

Haec nos omnia illius occasione loci: *Immisit deus stuporem in* Cap. VI.
*Adamum, et dormiit,* necessario disputavimus, ac diversos stuporis modos proposuimus, atque illud ipsum explicavimus, cuius rei gratia somnus ille iniectus a domino stupor appelletur. Nimirum hoc singulari dei cautione ac benignitate perfectum, quam generi hominum impertiit, quo se ad somni requiem a quotidiana negotiorum cura ac sollicitudine traduceret. Quamquam illic potiori iure stuporis vocabulum illud adhaeserit, eo quod aliquanto illum tempore ab omni sensu doloris exemit, cum ei costam detracturus esset quam in mulierem converteret. Non erat ille mentis aut animi stupor. Nam statim atque expergefactus est, quod gestum erat agnovit ac dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea: haec* Gen. 2, 21.
*vocabitur virago, quia ex viro suo sumpta est.* Vides, opinor, quemadmodum tam priora quam posteriora noverit, ac futura praedicat. Etenim priora quidem intellexit, quae dormiente se gesta fuerant, ut ex iis illius verbis colligitur: *Os ex ossibus meis.* Praesentia vero ac mulieris procreationem subsecuta cognovit, quippe de suo corpore translatam illam animadvertit. Postremo futura quoque vaticinatus est, cum ita pronuntiavit: *Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt ambo in carnem unam.* Haec igitur non fanatici hominis sunt, non quid dicat ignorantis, sed animi robore ac firmitate praediti.

Iam vero ut de loco illo: *Ego dixi in excessu meo, Omnis homo* Cap. VII.
*mendax,* aliquid dicamus, alia quaedam huius verbi notio est, non Ps. 115, 11.
ea videlicet quae amenti ac furioso tribuitur. Absit ut id in animum inducamus. Sed hominem incredibilem in modum obstupescentem significat, et usitatis ac quotidianis eorum quae videntur aut aguntur cogitationibus majora versantem. Cum enim propheta miraculo esset attonitus, prae admiratione ita locutus est. Quod vero prophetae extra se rapti leguntur, non sic accipiendum est, quasi

Cap. VII. — 1. ὑπὲρ τὸ κατὰ τὴν συνήθειαν *Petavius putabat scribendum.*

τρος ἐν ἐκστάσει, οὐχὶ μὴ παρακολουθῶν τῷ λόγῳ, ἀλλ' ὁρῶν τῆς καθημερινῆς ἀκολουθίας ἕτερα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ὁρώμενα. Εἶδε γὰρ ὀθόνην καθιεμένην, καὶ πάντα τὰ τετράποδα καὶ ἑρπετὰ καὶ τοῦ οὐρανοῦ τὰ πετεινὰ ἐν αὐτῇ. Ὅρα δὲ ὅτι [2] παρακολουθεῖ, καὶ οὐκ ἦν ἐν ἐκστάσει φρενῶν ὁ ἅγιος Πέτρος. Ὅτε γὰρ ἤκουσεν, Ἀνάστα, θῦσον καὶ φάγε, οὐχ ὡς μὴ τὸν νοῦν ἐρρωμένος ἐπείσθη, ἀλλά φησι πρὸς τὸν κύριον, Μηδαμῶς, κύριε· οὐδέποτε κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον εἰςῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου. Καὶ Δαβὶδ ὁ ἅγιος εἶπεν ὅτι, Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης· ὁ δὲ λέγων, Εἶπον ἐγὼ, ἰδίᾳ ἔλεγε, καὶ περὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅτι, ἔλεγε, ψεύδονται. Ἄρα αὐτὸς οὐκ ἐψεύδετο, ἐκπληττόμενος δὲ καὶ θαυμάζων τὴν [3] αὐτοῦ φιλανθρωπίαν καὶ τὰ αὐτῷ παρὰ τοῦ κυρίου κεκηρυγμένα ἐθαύμαζε καθ' ὑπερβολὴν, καὶ ὁρῶν πάντα ἄνθρωπον ἐνδεόμενον τοῦ ἐλέους τοῦ θεοῦ μόνῳ κυρίῳ τὸ ἀληθεύειν ἐπέδωκε, πάντα δὲ ἄνθρωπον ὑπὸ ἐπιτίμιον ἔγνω, ἵνα δείξῃ τὸ ἀληθινὸν πνεῦμα τὸ ἐν προφήταις λαλῆσαν, καὶ τὰ βάθη αὐτοῖς
pag. 409. ἀποκαλύψαν τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως καὶ ἀκριβείας. Ἐγένετο δὲ καὶ Ἀβραὰμ ἐν ἐκστάσει, οὐκ ἐν ἐκστάσει φρενῶν, ἀλλὰ ἐκστάσει φόβου. Ἔβλεπε γὰρ κλίβανον καὶ λαμπάδας περὶ τὴν τοῦ ἡλίου δύσιν. Καὶ ἄλλοι προφῆται ὁρῶντες τὰ ὁράματα ἐν διανοίᾳ ἐρρωμένῃ ἔλεγον· ὡς ὁ Μωϋσῆς φησιν, Ἔμφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος. Ἔγνω δὲ Ἀβραὰμ τὰ ὑπὸ τοῦ κυρίου λεγόμενα· Γινώσκων γνώσῃ ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ ἔτη τετρακόσια. Καὶ ὁρᾷς ὡς ἔστι τὰ πάντα ἐν ἀληθείᾳ ἰδεῖν παρὰ τοῖς προφήταις εἰρημένα, καὶ ἐν ἐρρωμένῃ διανοίᾳ, καὶ ἐν σώφρονι λογισμῷ, καὶ οὐκ ἐν παραπληξίᾳ.

Κεφ. η'. Εἰ δὲ καὶ πάλιν θελήσουσι λέγειν οὐχ ὅμοια τὰ πρῶτα χαρίσματα τοῖς ἐσχάτοις, πόθεν τοῦτο ἔχουσι δεῖξαι; ὁμοίως γὰρ ἀλλήλοις οἱ ἅγιοι προφῆται καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι προεφήτευσαν. Πρῶτον μὲν οὖν ἀνερχομένου τοῦ σωτῆρος εἰς τὸν οὐρανὸν [1] καὶ ἰδόντες τοὺς δύο τοὺς ἐν ἐσθήσεσι λευκαῖς οὐκ ἐν παραπληξίᾳ ὁρῶσιν, ἀλλὰ ἤκουον ἐρρωμένῃ τῇ διανοίᾳ ὅτι, Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε εἰς τὸν οὐρανὸν ἀτενίζοντες; οὗτος ὁ Ἰησοῦς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναληφθεὶς οὕτως ἐλεύσεται, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα δὲ καὶ ὁ Πέτρος, ὡς ἔφην, ὁρῶν καὶ ἀκούων καὶ ἀποκρινόμενος καὶ λέγων, Μηδαμῶς, κύριε, εὐσταθῶν ἦν τῇ διανοίᾳ. Ἀγαβὸς γὰρ προφητεύων ἔλεγε, καὶ κατὰ σχήματος θαυμαστοῦ αἰνιττόμενος λαβὼν τὴν ζώνην τοῦ Παύλου, καὶ δήσας

2. *Forlasse reponendum est* παρηκολούθει.

3. *Rescribo* θεοῦ φιλανθρωπίαν.

Cap. VIII. — 1. *Forlasse* κατιδόντες.

rationis usum amiserint. Nam et Petrus extra se raptus aliquando dicitur, non quod habitum ultro citroque sermonem ignorarit, sed quod praeter quotidianum usum nonnulla fieri inter homines animadverteret. *Vidit enim linteum demissum, et omnia quadrupedia ac* Act. 10, 11. *reptilia et coeli volucres in eo contineri.* Quam porro quae dicerentur animo perceperit, nec a statu rationis alienus fuerit, ex eo potes discernere quod, cum audisset: *Surge, occide et manduca,* non illico velut mentis minime compos obsequitur, sed ita domino respondet: *Absit, domine: nihil unquam commune vel immundum intravit in os meum.* Quod autem ad Davidem attinet, qui dixit, *Omnis homo mendax,* cum adiecit, *Ego dixi,* privatim et ex sua persona locutus est, ut mentiri homines affirmaret, mendacii ipse esset expers. Sed nimirum dei benignitatem vehementer admiratus est, tum quod numinis afflatu quamplurima olim ventura praedixisset, cumque universis hominibus necessariam esse dei misericordiam cerneret, soli domino veritatem attribuit, ac mortales omnes reprehensioni obnoxios esse pronuntiavit; ut verum in prophetis locutum esse spiritum ostenderet, cumque iis altissima divinae cognitionis accurataeque scientiae arcana communicasse. Abraamus itidem extra se fuisse raptus scribitur, non ut animi impotens esset, sed duntaxat timore perculsus. Vidit enim sub solis occasum clibanum cum lampadibus. Eodemque modo prophetae ceteri, cum obiecta sibi visa cernerent, in eodem mentis vigore perstiterunt. Sic enim Moyses dicebat: *Timore perculsus sum ac cohorrui.* Abraamus vero quae a Hebr. 12, 21. domino sunt dicta percepit: *Scito praenoscens, quod peregrinum fu-* Gen. 15, 13. *turum sit semen tuum in terra aliena annis quadringentis.* Iam illud animadvertere te puto, quae a prophetis pronuntiantur omnia et cum eadem animi praesentia et cum certa ac prudenti ratione proferri.

Quod si illud obiiciant, posterioribus donis priora non fuisse Cap. VIII. similia, quibusnam id argumentis efficient? Certe enim prophetae omnes, et apostoli non dissimili a se invicem ratione vaticinati sunt. Inprimis cum ascendente in coelum domino duos illos in vestibus albis aspicerent, non amentes furiosique viderunt, sed integro animi iudicio suique compotes audierunt: *Viri Galilaei, quid statis aspicien-* Act. 1, 11. *tes in coelum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in coelum, sic veniet, etc.* Quin et Petrus videns, uti dictum est, et audiens atque his verbis respondens: *Absit, domine,* eandem retinebat animi Act. 21, 11. constantiam. Agabus similiter afflatu prophetico instructus admirabili quodam habitu gestuque quod futurum erat adumbrare volens

*Quamquam illud* καὶ *apte possis interpretari* vel, etiam, *ut aliquid mutare vix opus sit.*

τοῖς ἰδίοις ποσί φησιν οὕτως· Τὸν ἄνδρα οὗ ἐστιν ἡ ζώνη αὕτη, δήσουσιν αὐτὸν, καὶ ἀποίσουσιν εἰς Ἱερουσαλήμ. Ἀλλὰ καὶ πάλιν ἐν Ἀντιοχείᾳ κατῆλθον προφῆται, καὶ κατήγγελλον λιμὸν ἔσεσθαι καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης· καὶ οὐ διέπεσεν ὁ τούτων λόγος. Ἀλλ' ἵνα δείξῃ αὐτοὺς ἀληθινοὺς προφήτας, ἡ γραφὴ εὐθὺς ἐπιφέρει λέγουσα, Ἥτις ἐγένετο ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος. Παῦλος δὲ ὁ ἁγιώτατος ἀπόστολος προφητεύων ἔλεγε, Τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, Ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποὶ, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ πάλιν ἄλλοτε ὅτι, Ἀποστήσονταί τινες τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας, προσέχοντες πλάνοις καὶ
pag. 410. διδασκαλίαις δαιμόνων, κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν ἡμῖν, τοῖς μετ' εὐχαριστίας· ὡς σαφῶς ἐφ' ὑμῖν καὶ τοῖς ὁμοίοις ὑμῖν πεπλήρωται ἐξ αὐτῶν τῶν προκειμένων Αἱ γὰρ πλείους τῶν αἱρέσεων τούτων τοῦ γαμεῖν κωλύουσιν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων παραγγέλλουσιν, οὐχ ἕνεκεν πολιτείας προτρεπόμενοι, οὐχ ἕνεκεν ἀρετῆς μείζονος καὶ βραβείων καὶ στεφάνων, ἀλλὰ βδελυκτὰ τὰ ὑπὸ τοῦ κυρίου γεγενημένα ἡγούμενοι.

Κεφ. Ѳ'. Ἡ δὲ ἁγία ἐκκλησία καὶ παρθενίαν δοξάζει καὶ μονότητα, καὶ ἁγνείαν καὶ χηροσύνην ἐπαινεῖ, καὶ γάμον σεμνὸν τιμᾷ καὶ δέχεται, πορνείαν δὲ καὶ μοιχείαν καὶ ἀσέλγειαν ἀπαγορεύει. Ὅθεν ἰδεῖν ἔστι τὸν χαρακτῆρα τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ τοὺς παραπεποιημένους τῶν ἄλλων τρόπους, καὶ τὰ δοκιμασθέντα ἀποδιδράσκειν ἀπὸ πάσης πλάνης καὶ σκολιᾶς ὁδοῦ καὶ τρίβου [1] ἐναντίως διακειμένης. Ἔφην γὰρ ἄνω ὡς ἀπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου προείρηται, καὶ πάλιν ἐρῶ, ὅτι ἀσφαλιζόμενος ἡμᾶς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ἁγίας ἐκκλησίας διαιρῶν ἀπὸ τῆς τῶν αἱρέσεων πλάνης ἔφη, ὡς τολμηρῶς τὰ ἐκ θεοῦ καλῶς τεταγμένα ἀπαγορεύοντες νομοθετοῦσι, φήσας περί τινων κωλυόντων γαμεῖν καὶ ἀπέχεσθαι βρωμάτων. Καὶ γὰρ συμμετρίᾳ τινὶ ὁ θεὸς λόγος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ φήσας, Θέλεις τέλειος γενέσθαι; Συγγνωμονῶν τῇ τῶν ἀνθρώπων πλάσει καὶ [2] ἀσθενείᾳ χαίρει ἐπὶ τοῖς τὰ δοκίμια τῆς θεοσεβείας δυναμένοις ἐνδείκνυσθαι, παρθενίαν ἀσκεῖν αἱρουμένοις, καὶ ἁγνείαν καὶ ἐγκρατείαν· τὴν δὲ μονογαμίαν τιμᾷ, εἰ καὶ μάλιστα τὰ χαρίσματα τῆς ἱερωσύνης διὰ τῶν ἀπὸ μονογαμίας ἐγκρατευσαμένων καὶ τῶν ἐν παρθενίᾳ διατελούντων κοσμήσας προετύπου, ὡς καὶ οἱ αὐτοῦ ἀπόστολοι τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα τῆς ἱερωσύνης εὐτάκτως καὶ ὁσίως διετάξαντο. Εἰ δέ τις κατὰ ἀσθένειαν ἐπιδεηθείη μετὰ τὴν τελευτὴν τῆς ἰδίας γαμετῆς συναφθῆναι δευτέρῳ γάμῳ, οὐκ ἀπαγορεύει τοῦτο ὁ κανὼν τῆς ἀληθείας, τουτέστι τὸν μὴ

Cap. IX. — 1. ἐναντίως διακειμένης *scripsi Petavium secutus. Cod. Rhedig. habet* ἄναντι διακειμένης, *editi libri* ἀνάντη διακειμένης. *Olim incideram in* ἀπέναντι (*vel* ἔναντα) διακ. *Cornarius vertit* „ab omni errore et obliqua atque acclivi calle refugiamus.“

2. *Editores distinxerunt post* ἀσθενείᾳ.

Pauli zonam arripuit eaque pedes suos alligans ita locutus est: *Virum cuius est haec zona, ligabunt illum et adducent in Hierusalem.* Ad haec Antiochiam prophetae quidam venisse narrantur, famemque nuntiasse toto terrarum orbe futuram. Nec vana praedictorum fides fuit. Atque ut veros illos prophetas fuisse monstraret, scriptura statim adiunxit: *Quae facta est sub Claudio Caesare.* At Paulus sanctissimus apostolus instinctu prophetico dixit: *Spiritus autem* 2. Tim. 3, 1. *manifeste dicit, In novissimis diebus instabunt tempora difficilia, etc.* Item alio in loco: *Discedent quidam a sana fide, attendentes spiritibus* 1. Tim. 4, 1. *erroris, et doctrinis daemoniorum, prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos deus creavit ad percipiendum nobis, qui cum gratiarum actione utimur;* id quod in vobis ac vestri similibus esse perfectum res ipsa declarat. Etenim pleraeque illarum haereseon nuptiis atque usu quorumdam ciborum interdicunt, non ut sanctioris vitae genus instituant, aut ad praestantiorem virtutem ac coelestia praemia et coronas comparent, sed quod detestanda quae a domino condita sunt existiment.

Cap. IX. At ecclesia catholica et virginitatem praedicat et coelibem vitam, ac castimoniam viduitatemque collaudat, et honestas nuptias colit et approbat; stupra vero, adulteria ac libidines prohibet. Ex quo veram ac germanam ecclesiae catholicae notam et adulterinos aliorum ritus licet intueri, ac quemadmodum sincerae religionis dogmata ab omni errore ac flexuosis ambagibus et abruptis ac salebrosis itineribus declinent. Hoc enim et ante monui ab apostolo esse praedictum, et iterum monebo: uti nos cautiores efficeret, ac sacrosanctam ecclesiam propriis quibusdam notis ab haereticorum errore discerneret, ita pronuntiasse: Quae a deo recte constituta sunt incredibili audacia prohibentes istos privata quaedam decreta sancire. Quod ad eos pertinet qui nuptias prohibent, et a cibis abstinere praecipiunt. Atqui deus ipse verbum in Evangelio moderationem ei rei quandam apposuit: *Vis*, inquit, *perfectus esse.* In Matth. 19, 21. quo se ad humanam conditionem et imbecillitatem accommodare voluit. Iis enim delectatur quidem qui eiusmodi pietatis specimen praestare potuerint, ut virginitatem, castimoniam continentiamque profiteantur: singulares porro nuptias commendat, cum sacerdotalia munera et ornamenta cum iis qui post unas nuptias continentiam servaverint, aut in virginitate perstiterint, communicanda esse velut in quodam exemplari monstraverit; id quod apostoli deinde ecclesiastica sacerdotii regula honeste ac religiose decreverunt. Quod si quis post uxoris obitum secundas nuptias pro sua imbecillitate desiderat, minime id quidem veritatis regula prohibet, in eo duntaxat

ὄντα ἱερέα. Οὗτοι δὲ κωλύουσι [3] κατὰ τὸ εἰρημένον, Κωλυόντων γαμεῖν· ἐκβάλλουσι γὰρ τὸν δευτέρῳ γάμῳ συναφθέντα, καὶ ἀναγκάζουσι μὴ δευτέρῳ γάμῳ συνάπτεσθαι. Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἀνάγκην ἐπιτιθέαμεν, pag. 411. ἀλλὰ παραινοῦμεν μετὰ συμβουλίας ἀγαθῆς προτρεπόμενοι τὸν δυνάμενον, οὐκ ἀνάγκην δὲ ἐπιτιθέαμεν τῷ μὴ δυναμένῳ, οὐκ ἐκβάλλομεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς ζωῆς. Ὁ γὰρ ἅγιος λόγος παντὶ ἐκήρυξε τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀσθενούντων βαστάζειν· ὡς καὶ αὐτὸς ὁ ἅγιος ἀπόστολος εὑρεθήσεται λέγων, καὶ ἐλέγχων τοὺς τοιούτους μὴ ὄντας τοῦ αὐτοῦ χαρίσματος ὅτι, νεωτέρας χήρας παραιτοῦ· μετὰ γὰρ τὸ καταστρηνιάσαι τοῦ Χριστοῦ γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. Αἱ γὰρ ἐπαγγειλάμεναι καὶ ἀθετήσασαι ἔχουσι κρίμα· αἱ δὲ μὴ ἐπαγγειλάμεναι, ἀλλὰ συναφθεῖσαι δι' ἀσθένειαν, κρίμα οὐκ ἔχουσιν. Εἰ δὲ καὶ κρίμα ἔμελλον ἔχειν, πῶς ἔλεγε· Γαμείτωσαν, οἰκοδεσποτείτωσαν;

Κεφ. ι'. [1] Πᾶς τοίνυν προφητεύων παρακολουθῶν εὑρίσκεται, κἄν τε ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ, κἄν τε ἐν τῇ καινῇ· ὡς καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ἐν τῇ Ἀποκαλύψει ἔλεγε, Τάδε ἀπεκάλυψε κύριος τοῖς αὐτοῦ δούλοις διὰ τοῦ δούλου αὐτοῦ Ἰωάννου, καί, Τάδε λέγει κύριος. Ὁ ταῦτα λέγων ἐρρωμένην εἶχε τὴν διάνοιαν, καὶ παρηκολούθει. Ἰδοὺ τοίνυν, Τάδε λέγει κύριος, καί, Ὅρασις ἣν εἶδεν. Ὁ δὲ Μοντανὸς οὗτος ὁ αὐχῶν ἑαυτὸν εἶναι προφήτην, καὶ πλανήσας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένους, ἀσύστατα κατὰ τὰς θείας γραφὰς διηγεῖται. Λέγει γὰρ ἐν τῇ ἑαυτοῦ λεγομένῃ προφητείᾳ· Τί λέγεις τὸν ὑπὲρ ἄνθρωπον σωζόμενον; λάμψει γὰρ ὁ δίκαιος, φησίν, ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἑκατονταπλασίονα, οἱ δὲ μικροὶ ἐν ὑμῖν σωζόμενοι λάμψουσιν ἑκατονταπλασίονα ὑπὲρ τὴν σελήνην. Ὁ δὲ κύριος ἐλέγχει τὸν τοιοῦτον, ὁ ἔχων τὴν ἐξουσίαν χαρίσασθαι τὸ λάμπειν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων, καὶ φαιδρύνας τὸ πρόσωπον τοῦ Μωϋσέως, καὶ μεταβαλὼν τοὺς ἁγίους ἐν τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ ἀναστάσει τῶν σωμάτων, τοὺς σπειρομένους ἐν τῇ ἀτιμίᾳ καὶ ἐγειρομένους ἐν δόξῃ, οὐκ ἄλλα σώματα παρὰ τὰ ὄντα, ἀλλὰ αὐτὰ τὰ ὄντα ἐγειρόμενα ὅλα, λαμβάνοντα δὲ δόξαν παρ' αὐτοῦ μετὰ ἀνάστασιν, παρὰ τοῦ τὴν δόξαν ἀφθόνως παρέχοντος τοῖς αὐτοῦ ἁγίοις, ἐπειδὴ ἔχει τὴν ἐξουσίαν δοῦναι καὶ χαρίσασθαι, ὡς θεὸς καὶ κύριος. Ἔχων δὲ τοῦ [2] χαρίσασθαι, οὐκ ἐπηγγείλατο κατὰ Μοντανόν, ἀλλά φησι,

3. κατὰ τὸ εἰρημένον *habet cod. Rhedig.; ut emendaverat iam Petavius. Editi libri illud* τὸ *non agnoscunt.*

Cap. X. — 1. *Libri habent* Πῶς, *quod vitium correxerunt Cornarius et Petavius.*

2. τοῦ χαρίσασθαι τὴν ἐξουσίαν οὐκ *coniecit Petavius; quamquam illud sub-*

qui sacerdos non fuerit. At isti prohibent, adeoque Pauli illa sententia comprehenduntur: *Prohibentium nubere.* Nam eum, qui secundis nuptiis illigatus fuerit, expellunt, ac ne facere istud audeat vim ac necessitatem adhibent. Nos autem neque necessitate ulla constringimus, sed suademus, nec aliter quam honestis praeceptis ac consiliis eum qui quidem possit ad id praestandum impellimus; eum vero qui minus potest nulla vi cogimus, nec a salute prorsus excludimus. Nam tenuiorum imbecillitatem ferendam cuilibet divino sermone praecipitur. Atque hoc sanctus apostolus non dixisse modo reperietur, sed et istos aperte refellere, et ab ea quam habebat gratia alienos ostendere: *Adolescentiores*, inquit, *viduas devita. Cum* 1.Tim. 5. 11. *enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Si quidem quae castitatem professae irritam eam professionem fecerint, damnationem habere dicuntur. Quae vero minime professae fuerint, sed pro infirmitate sua nupserint, damnationis sunt prorsus expertes. Si enim ulli essent obnoxiae, cur diceret: *Nubant, domui praesint?*

Omnis igitur propheta, tam in vetere quam in novo testamento, Cap. X. quae dicit intelligentia consequitur. Unde et Ioannes ita in Apocalypsi loquitur: *Haec revelavit dominus servis suis per servum suum* Apoc. 1, 1. *Ioannem*, et: *Haec dicit dominus.* Quae qui dixit, profecto firmo erat iudicio praeditus, ac quid loqueretur animo perceperat. Hinc illae formulae: *Haec dicit dominus*, et: *Visio quam vidit.* Montanus vero, qui se prophetam iactitat ac sectatoribus illudit suis, ea dicit quae sacris literis nequaquam consentanea videntur. Sic enim in ea quam appellant eius prophetia scriptum est: *Quid eum dicis, qui supra hominem cum sit, salutem adipiscitur? Iustus enim,* inquit, *centuplo quam sol splendidiori luce fulgebit. At qui inter vos exigui sunt, lunam centuplo superabunt.* Sed hunc domini ipsius auctoritas refellit, penes quem ius omne ac potestas est id sanctis suis tribuendi, ut eorum vultus splendore collustrentur. Qui Moysis faciem eiusmodi luce perfudit, qui eosdem sanctos in corporum resurrectione commutat, sanctos, inquam, illos, qui quadam velut cum ignominia sati cum gloria ac dignitate resurgunt, non ut alia praeterquam vera propriaque corpora, sed ut eadem, atque integra penitus excitentur, ita tamen ut ab eo secundum resurrectionem novum quoddam decus ac maiestatem accipiant, qui sanctis suis incredibilem gloriae ubertatem impertit, quandoquidem largiendi huius, utpote dominus ac deus, amplissima est potestate praeditus. Atqui tametsi summa, uti dixi, penes illum sit potestas, nihil tamen eiusmodi promisit

*intelligi commode possit. Sed quod silendum non est, post τοῦ χαρίσασθαι in cod. Rhedig. comparet sane rasura per spatium decem vel undecim literarum.*

pag. 412. Λάμψει ὑμῶν τὰ πρόσωπα ὡς ὁ ἥλιος. Εἰ τοίνυν ὁ ἔχων τὴν ἐξουσίαν καὶ ἀληθῶς ὑπάρχων δεσπότης καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὡς ὁ ἥλιος λέγει τὰ πρόσωπα τῶν δικαίων λάμψειν, πῶς Μοντανὸς ἐπαγγέλλεται περιττότερον ἑκατονταπλασίονα; εἰ μὴ ἄρα ὅμοιος εἶ ἐκείνῳ τῷ ἐπαγγειλαμένῳ τοῖς περὶ τὸν Ἀδὰμ ὅτι, [3]Ἔσεσθε ὡς θεοὶ, φήσαντι, καὶ ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης αὐτοῖς [4]δόξης καὶ παραδείσου τρυφῆς παρασκευάσαντι αὐτοῖς τὴν ἐκβολὴν γενέσθαι, καὶ εἰς φθορὰν θανάτου κατενεχθῆναι.

Κεφ. ιά. Ἔτι δὲ προστίθησιν ὁ αὐτὸς Μοντανὸς, οὕτω λέγων· Ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ καταγινόμενος ἐν ἀνθρώπῳ. Ἄρα οὖν καλῶς ἡμᾶς ἡ θεία γραφὴ ἐπασφαλίζεται, καὶ ἡ ἀκόλουθος τοῦ ἁγίου πνεύματος διδασκαλία, νουθετοῦσα ἡμᾶς, ἵνα γινώσκωμεν ποῖά ἐστι τὰ μιμηλὰ τοῦ ἀλλοτρίου πνεύματος, καὶ τὰ ἀντίθετα πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ὅτε γὰρ εὐθὺς τοῦτο εἶπε Μοντανὸς, ὑπόνοιαν ἡμῖν δέδωκεν ἀναμνησθῆναι τὰ ὑπὸ τοῦ κυρίου εἰρημένα. Οὕτω γάρ φησιν ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· Ἐγὼ ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ οὐκ ἐδέξασθέ με· ἄλλος ἐλεύσεται ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, καὶ δέξονται τὸν τοιοῦτον. Ἀσύμφωνος τοίνυν παντάπασιν ὁ τοιοῦτος τῶν θείων γραφῶν ηὑρέθη, ὡς παντί τῳ σαφές ἐστι τῷ νουνεχῶς ἐντυγχάνοντι. Εἰ τοίνυν ἀσύμφωνος ὑπάρχει, ἀλλοτριός ἐστι τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν αὐχοῦσα αἵρεσις προφήτας ἔχειν καὶ χαρίσματα, ἃ μὴ εἴληφεν, ἀλλὰ ἐκ τούτων ἀπέστη. Τίς τοίνυν τολμήσειε παρακολουθῶν τούτους προφήτας καλεῖν, καὶ μὴ μᾶλλον πλάνους εἶναι τοὺς τοιούτους; Χριστὸς γὰρ ἡμᾶς ἐδίδαξε λέγων ὅτι, Τὸ πνεῦμα τὸ παράκλητον ἀποστέλλω ὑμῖν· καὶ τὰ σημεῖα διδοὺς ἔλεγεν ὅτι, Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει· ὡς τὰ ἀληθῆ ἔστιν ἰδεῖν ὅτι οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι τὸ παράκλητον πνεῦμα λαβόντες Χριστὸν ἐδόξασαν, οὗτος δὲ ὁ Μοντανὸς ἑαυτὸν δοξάζει. Ὁ κύριος τὸν πατέρα αὐτοῦ ἐδόξασε, καὶ ὁ κύριος πάλιν ὁ Χριστὸς τὸ πνεῦμα ἐδόξασε, λέγων αὐτὸ πνεῦμα ἀληθείας, ὁ Μοντανὸς δὲ ἑαυτὸν δοξάζει μόνον, καὶ λέγει εἶναι πατέρα παντοκράτορα καὶ ἐν αὐτῷ ἐνοικῆσαι, ἵνα πανταχόθεν δειχθῇ οὐκ αὐτὸς ὢν, οὐδὲ ὑπ' ἐκείνου ἀπεσταλμένος, οὐδὲ παρ' αὐτοῦ λαμβάνων. Ἐν γὰρ τῷ κυρίῳ ηὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι
pag. 413. σωματικῶς, καὶ ἀπὸ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες οἱ προφῆται εἰλήφασι, κατὰ τὸν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου λόγον. Καὶ ὁρᾷς πῶς πάντες οἱ παλαιοὶ Χριστὸν κατήγγελλον, καὶ οἱ μετέπειτα Χριστὸν ἐδόξασαν καὶ αὐτὸν ὡμολόγησαν. Μοντανὸς δὲ εἰσέφρησεν ἑαυτόν τινα λέγων, ὅπως δειχθῇ ὅτι οὔτε ἔστιν, οὔτε ἀπ' αὐτοῦ ἀπέσταλται, οὔτε παρ' αὐτοῦ εἴληφεν.

3. ἔσεσθαι *cod. Rhedig.*

4. *Post vocabulum* δόξης *in edit. Cornarii asterisci nota conspicitur.*

quale Montanus finxit, sed hoc unum pollicetur: *Fulgebunt facies vestrae sicut sol.* Itaque cum is penes quem omnis est potestas, quique vere omnium dominus est, Christus, inquam, Iesus dominus noster, solis instar illustrandos esse iustorum vultus definiat, qua fronte centuplo clariores fore Montanus affirmat? Nisi forte illius es similis, qui id primis hominibus pollicebatur: *Eritis sicut dii,* quique ut ab ea quam consecuti fuerant gloria ac paradiso deiicerentur et in exitii corruptelam incurrerent calliditate sua perfecit. Matth. 13, 43. Gen. 3. 5.

Sed haec insuper Montanus adiicit: *Ego sum dominus deus, qui in homine versor.* Praeclare quidem nos scriptura sacra et consentanea sibi sancti spiritus doctrina commonitione sua comparat, ut quae alieni sunt spiritus ad veri imitationem conficta dogmata ac veritati contraria discernamus. Statim enim ac Montanus hoc dixit, ea nobis in memoriam revocavit quae a domino praenuntiata leguntur. Ita enim in evangelio testatus est: *Ego veni in nomine patris, et non suscepistis me: alius veniet in nomine suo, et talem suscipient.* Quocirca Montanum a sacris literis dissentire omnino demonstravimus, idque nemini non perspicuum est qui eius scripta cum iudicio revolverit. Quod si ita est, restat ut tam ipse ab ecclesia catholica alienus existimetur quam eius haeresis, quae prophetas ac coelestia illa dona penes se esse praedicat, quae nequaquam acceperit, sed ab iis potius desciverit. Ecquis igitur, si paululum quid dicat intelligat, prophetas istos, ac non planos et veteratores appellandos censeat? Christus enim nos docuit et: *Spiritum*, inquit, *paracletum mittam ad vos.* Nec non miraculis editis aiebat: *Ille me glorificabit.* Quod etiam reipsa contigisse cernimus, eo quod apostoli, cum paracletum spiritum accepissent, Christum glorificaverunt. Montanus vero suam ipse gloriam celebrat. Dominus patrem suum glorificavit. Idem ille spiritum quoque glorificavit, cum veritatis esse spiritum docuit. Montanus unum se glorificat, ac patrem esse dicit omnipotentem, qui in sese habitet, ut illud omnino constet, talem eum non esse qualem se videri voluerit, nec ab coelesti illo patre missum, nec a Christo quicquam accepisse. Nam in domino complacuit *omnem plenitudinem divinitatis habitare corporaliter;* et de plenitudine eius prophetae omnes acceperunt, ut Ioannes affirmat. Vides sane quemadmodum Christum veteres omnes praedicarint, tum qui postea secuti sunt Christum praeconio suo et confessione celebrarint. At Montanus violenter irrupit, mirificum quendam hominem se esse iactitans, ut vel hoc ipso nec eiusmodi esse, nec ab illo missus, nec ab eo quicquam accepisse monstretur. Cap. XI. Ioann. 5. 43 Ioann. 16, 14. Col. 2, 9.

*Εἶτα πάλιν φησὶ τὸ ἐλεεινὸν ἀνθρωπάριον Μοντανὸς ὅτι, Οὔτε ἄγγελος, οὔτε πρέσβυς, ἀλλὰ ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς πατὴρ ἦλθον. Ταῦτα δὲ λέγων φωραθήσεται ἀλλότριος ὤν, Χριστὸν μὴ δοξάζων, ὃν πᾶν χάρισμα ἐκκλησιαστικὸν ἐν ἐκκλησίᾳ τῇ ἁγίᾳ δοθὲν ἐν ἀληθείᾳ ἐδόξασεν. Εὑρεθήσεται γὰρ ἐκτὸς εἶναι σώματος ἐκκλησίας καὶ κεφαλῆς τοῦ σύμπαντος, καὶ μὴ κρατῶν τὴν κεφαλὴν ἐξ ἧσπερ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον αὔξει, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ὁ γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἑαυτὸν ἔδειξεν ὄντως ὢν υἱὸς ἐν ἀληθείᾳ, Μοντανὸς δὲ ἑαυτὸν καὶ πατέρα λέγει.*

Κεφ. ιβ'. *Πῶς τοίνυν, ὦ Φρύγες, ἡμῖν πάλιν ἐπαναστάντες πολέμιοι καὶ μεμορφωμένοι εἰς Χριστιανικὴν ἐπίκλησιν, βαρβάρων δὲ ἐπανῃρημένοι μάχην καὶ τῶν Τρώων καὶ Φρυγῶν μιμούμενοι τὸ πολέμιον, πῶς πεισθῶμεν ὑμῖν, λέγουσι διὰ χαρίσματα ἀφεστάναι τῆς ἐκκλησίας; οὐκέτι γὰρ χαρίσματα εἴη τὰ ἀλλότρια χαρισμάτων ὄντα, καὶ παρὰ τὸν χαρακτῆρα τὸν ὑπὸ κυρίου ὑπισχνούμενα, ὡς οἱ καθ' ὑμᾶς προφῆται λέγουσιν. [1] Εἰςάγετε ἡμῖν πάλιν καὶ Μαξιμίλλαν· καὶ γὰρ καὶ τὰ ὀνόματα ἡμῶν διηλλαγμένα καὶ φοβερώτατα, καὶ οὔτε προςηνές τι καὶ γλυκύτατον ἔχοντα, ἀλλὰ ἄγριον καὶ βαρβαρικόν. Εὐθὺς γὰρ αὕτη ἡ Μαξιμίλλα ἡ παρὰ τοῖς τοιούτοις κατὰ Φρύγας οὕτω καλουμένοις, ἀκούσατε, ὦ παῖδες Χριστοῦ, τί λέγει· Ἐμοῦ μὴ ἀκούσητε, ἀλλὰ Χριστοῦ ἀκούσατε. Καὶ ἐν οἷς ἔδοξε Χριστὸν δοξάζειν πεπλάνηται. Εἰ γὰρ ἦν τοῦ Χριστοῦ, ἔλεγεν ἂν κατὰ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, ὡς ἕκαστος λέγει. Πέτρος μὲν πρῶτος λέγων ὅτι, Ἡμεῖς παρ' αὐτοῦ ἠκούσαμεν· καὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος· Ὁ ὑμῶν ἀκούων ἐμοῦ ἀκούει· καὶ τοῦ Παύλου λέγοντος· Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς*
pag. 414. *κἀγὼ Χριστοῦ. Αὕτη δὲ ἀληθεύει ψευδομένη καὶ μὴ βουλομένη. καλῶς δὲ λέγει φάσκουσα, Ἀλλὰ Χριστοῦ. Πολλάκις γὰρ τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα ἀναγκάζεται ἑαυτὰ καθαιρεῖν, οὐκ ὄντα τῆς ἀληθείας, καὶ ὑποφαίνειν τὸν κύριον αὐτῶν, θέλοντα καὶ μὴ θέλοντα, δι' ἀνάγκην. Ὡς ἡ παιδίσκη, ἡ ἔχουσα πνεῦμα Πύθωνος, ἔλεγεν, Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι τοῦ θεοῦ δοῦλοι τοῦ ὑψίστου εἰσί· καὶ τὸ, Τί ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ. Ὡς καὶ αὕτη ἀναγκαζομένη ἔλεγεν αὐτῆς μὴ ἀκούειν, ἀλλὰ Χριστοῦ. Πῶς οὖν τοῦτο οἱ παρ' αὐτῆς ἀκηκοότες καὶ αὐτῇ πεπιστευκότες βούλονται αὐτῆς ἀκούειν παρ' αὐτῆς μαθόντες μὴ αὐτῆς ἀκούειν, ἀλλὰ κυρίου. Καὶ γὰρ ἀληθῶς ἐπίγεια φθεγγομένης αὐτῆς, εἰ παρῆν αὐτοῖς σύνεσις, οὐκ ἔδει αὐτὴν ἀκούεσθαι· καὶ μὴ λέγε ὅτι παρηκολούθει. Οὐ*

Cap. XII. — 1. εἰςάγετε *correxit Petavius. Libri tam scripti quam editi habent* εἰςάγεται.

Pergit Montanus infelix homuncio: *Non angelus*, inquit, *non legatus aliquis, sed egomet deus pater accessi.* Qua sua voce alienus esse deprehenditur, qui Christum minime praedicatione sua celebraverit, quem coeleste omne donum divinitus ecclesiae collatum vere semper ac magnifice praedicavit. Quare extra corpus ecclesiae, totiusque corporis caput esse reperietur, nec cum illo, inquam, cohaerere capite, *ex quo totum corpus coagmentatum crescit*, ut scriptura loquitur. Col. 2, 19. Quippe dominus noster Iesus Christus ita semetipsum declaravit, revera ut germanum esse parentis filium ostenderet. Montanus contra vel parentem se esse gloriatur.

Cap. XII. Quae cum ita sint, quo tandem pacto, Phryges, qui contra nos novi iterum hostes consurgitis, et externa quadam specie Christianum ad nomen usurpandum illuditis, ac Troianorum et Phrygum hostile in nos odium imitamini, qui nos, inquam, habere fidem vobis possumus, cum ob coelestia dona vos ab ecclesia discessisse iactatis? Non enim coelestia esse dona possunt quae tantopere sunt ab eiusmodi donis aliena, quaeque praeter institutam a domino formam ac rationem ostenditis, quemadmodum prophetae vestri profitentur. Sed Maximillam nescio quam nobis obtruditis; quippe vel ipsa nomina vestra a communi usu remota sunt et ad terrorem composita, neque mite quicquam illis inest aut iucundum, sed barbarum et agreste. Haec igitur Maximilla, quam Phryges isti praedicant, audite, Christi filii, quemadmodum loquitur: *Me quidem non audite, sed Christum audite.* Quibus verbis, licet Christo honorem habere videatur, iisdem tamen ipsis errorem suum demonstrat. Nam si Christi foret, eandem in loquendo formulam adhiberet, qua apostoli omnes singillatim usi sunt. Imprimis Petrus, *Nos*, inquit, *ab illo audivimus.* Act. 4, 20. 2. Petr 1, 18. Sed et dominus ipse dixit, *Qui vos audit, me audit.* Luc. 10, 16. Paulus item: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* 1. Cor. 11, 1. At illa mentiendo vel invita verum dicit: recteque istud adiicit, *sed Christum.* Saepe enim impuri spiritus semetipsos coguntur evertere, cum a veritate abhorreant, ac dominum suum, velint nolint, necessario declarant. Quemadmodum puella illa Pythonico spiritu praedita clamabat, *Homines isti dei altissimi servi sunt.* Quo et illud pertinet: Act. 16, 16. *Cur venisti ante tempus torquere nos? Novimus qui sis, sanctus dei.* Matth. 8, 29. Ita Maximilla vi quadam impulsa audiri se minime vult, sed Christum. Qui igitur hoc ab illa audierint eique crediderint, cur eam diutius audiunt, cum non ipsam, sed Christum audiendum ab illamet ipsa didicerint? Et vero cum nonnisi terrena quaedam effutiat, si ullus in eis sensus inesset, audire illam nequaquam oporteret. Nec est quod obiicias hanc intellexisse quid diceret. Non enim intelli-

pag. 437. ἡμᾶς τοῦτον εἶναι οὗ τὸ ὄνομα οὐκ εἴρηκε διὰ τὸ ὁμόχωρον, διὰ τὸ σύσκηνον, διὰ ὁμότεχνον, διὰ τὸ ὁμοεργὲς, ἢ τὸν Ἰωάννην εἶναι, ἢ τὸν Ἰάκωβον, ἕνα τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου. Ἔδει γὰρ τούτους πρῶτον κληθῆναι· ἔπειτα τὸν Φίλιππον, κατὰ τὴν ἀκολουθίαν, ὡς τέτακται ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· Πέτρος πρῶτος, ἔπειτα Ἀνδρέας, εἶτα Ἰάκωβος, εἶτα Ἰωάννης, μετὰ τούτους Φίλιππος. Ἀλλὰ περὶ τούτων τὰ νῦν ἐάσθω λέγειν. Πολλὴ γάρ ἐστιν ἡ τῆς πραγματείας ταύτης ἀκολουθία.

Κεφ. ιε'. Εἰς δὲ τὸ ζητούμενον ἀνακαμπτέον, ὅπερ ἔστι κατανοῆσαι, ὅτι καθάπερ τῷ Ἰωάννῃ ἤδη μαθητευόμενοι καὶ τῇ μαθητείᾳ προσανέχοντες ὡσαύτως καὶ παρὰ τῷ Ἰησοῦ ποιήσαντες πρώτην ἡμέραν, τῇ ἑξῆς ἀπελθόντες, πάλιν ἐν τῇ ἁλίᾳ ἐσχόλαζον, ὡς ἔρουσιν αἱ ἀκολουθίαι τῶν ἑτέρων εὐαγγελίων. Μετὰ γὰρ τὸ τὴν αὔριον ἐξελθεῖν τὸν Ἰησοῦν εὐθὺς ἡ ἀκολουθία φάσκει ὅτι, Τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦν ἐκεῖ ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ. Ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον. Ἀπὸ δὲ ἑκατέρων τῶν τῆς λεπτολογίας ῥημάτων καὶ ὑποθέσεων ἰστέον ἐστὶν ὅτι καὶ ἑτέρους συμπαρείληφε μαθητὰς οἵτινες σὺν αὐτῷ ἔμειναν, τάχα δὲ οἱ περὶ Ναθαναὴλ καὶ Φίλιππον, καὶ ἄλλοι τινές. Οἱ γὰρ περὶ Ἀνδρέαν ἀνεχώρησαν. Οἱ δὲ παρ' αὐτῷ μεμενηκότες ἐκλήθησαν καὶ αὐτοὶ εἰς τοὺς γάμους. Καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι τοῦτο πρῶτον σημεῖον κατελ-

monstraret. Non enim repente post baptismum ad Ioannem accessit, sed primum in Galilaeam, inde ad Iordanem, hoc est ad Ioannem, perrexit. Unde dixit, *Hic est quem dixi vobis.* Ad haec cum evangelium ita narrat: *Et testimonium perhibuit Ioannes, quia vidi,* aliquanto id ante tempore contigisse declarat.

Post haec vocationis Petri atque Andreae initium describitur. Cap. XIV. Ad Christum enim Andreas adiit, unus ex ambobus qui eum secuti sunt, quique Ioannis erant discipuli et adhuc in Galilaea manebant ac Ioanni interim operam dabant. Deinde postquam illo die cum Christo moratus est Andreas, ac iam hora decima esset, forte accidit ut eadem die in Simonem fratrem incideret, eaque diceret quae paulo ante commemoravimus, *Quia invenimus Messiam,* sicque illum ad Christum perduceret, etc. Secuta sunt illa deinceps, ut ei diceret, *Tu vocaberis Cephas. In crastinum voluit,* inquit, *exire in Galilaeam, et invenit Philippum, et dicit ei Iesus, Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida, civitate Andreae et Petri.* Vides quemadmodum cogitandum nobis illud relinquat, ex duobus illis Ioannis discipulis qui Christum secuti sunt, quorum unius nomen, Andreae scilicet, expressit, alterius tacuit, hunc ipsum esse Philippum, cuius nomen est omissum, quod et popularis eius esset, et contubernalis, et eandem artem atque opificium exerceret. Nisi forte Ioannem mavis, aut Iacobum Zebedaei filium. Primos enim vocari illos oportuit, tum deinceps Philippum, quo in evangeliis ordine numerantur. Petrus primus, deinde Andreas, tum Iacobus, inde Ioannes, postea Philippus. Sed de iis hactenus. Longius enim patet ista disputatio.

Nunc ad id quod erat in quaestione redeundum est, nimirum Cap. XV. observandum illud esse, quemadmodum illi cum Ioannis essent discipuli, eique navarent operam, apud Iesum prima die manserunt. A quo postridie digressi iterum ad piscandum reversi sunt, uti ceterorum evangelistarum narratio continet. Etenim ubi Iesus postera luce discessit, statim evangelica illud historia subiicit: *Die tertia* Ioann. 2, 1. *nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, et erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem et Iesus, et discipuli eius ad nuptias.* Ubi ex enucleatis utrimque minutisque verbis ac sententiis colligitur Christum alios secum adduxisse discipulos, qui cum eo remanserant. Cuiusmodi forte Nathanaël fuit et Philippus, aliique nonnulli. Nam Andreas cum suis recesserat. Qui vero apud illum manserant, cum eo ad nuptias invitati sunt. Postea cum primum illud prodigium fecisset,

θὼν εἰς τὰ μέρη τῆς Καφαρναοὺμ [1] κατῴκισε, καὶ λοιπὸν σημεῖα ἐκεῖ ἄρχεται ἐργάζεσθαι ἕτερα, ὅτε τὴν τοῦ ξηρὰν ἔχοντος χεῖρα ἰάσατο, ἀλλὰ καὶ τὴν πενθερὰν τοῦ Πέτρου, τοῦ μὲν ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ ὄντος, γήμαντος δὲ ἀπὸ Καφαρναοὺμ, [2] οὐ μακρὰν ὄντων τῶν τόπων τούτων τῷ διαστήματι· ταύτην ἀπὸ τοῦ πυρετοῦ διασώζει, καὶ θεραπευθεῖσα διηκόνει, [3] ὥςτε εἶναι ταύτην ἀκολουθίαν. Καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν αὐτοῦ ἀναστρέψαντος εἰς τὴν Ναζαρὲτ, ὅπου ἦν ἀνατεθραμμένος, τότε ἀνέγνω τὸ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· αὐτοῦ λοιπὸν [4] προλαβόντος αὐτοὺς, καὶ λέγοντος ὅτι, Πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν, Ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν· ὅσα ἠκούσαμεν σημεῖα γενόμενα ἐν Καφαρναοὺμ, ποίησον καὶ ὧδε ἐν τῇ πατρίδι σου. Καὶ ὁρᾷς ὡς ἔστι τῆς ἀληθείας ἡ ἀκολουθία; Καὶ οὐκ ἐποίησε διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, φησὶν, οὐδέν. Κἀκεῖθεν παρελθὼν εἰς τὴν Καφαρναοὺμ πόλιν κατῴ-
pag. 438. κισε, καὶ ἐλθὼν εἰς τὰ μέρη τῆς θαλάσσης, ὥς φησιν ὁ Ματθαῖος, εἶδε Σίμωνα Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ βάλλοντας τὰ δίκτυα, καὶ πάλιν Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην υἱοὺς Ζεβεδαίου, καὶ τὸ τέλεον αὐτοὺς ἐκάλεσε, καὶ ῥίψαντες λοιπὸν τὰ δίκτυα ἠκολούθησαν αὐτῷ. Ὁ δὲ Λουκᾶς καὶ τὴν ἀκρίβειαν σημαίνει τοῦ πράγματος, [5] διὸ καὶ ἠκολούθησαν λοιπὸν ἀμετάτρεπτοι, [6] μηκέτι ἀναβαλλόμενοι, τῆς κλήσεως, φήσας ὅτι, Ἐλθόντος αὐτοῦ ἐπὶ τὴν λίμνην Γεννησαρὲθ, εἶδε Σίμωνα καὶ Ἀνδρέαν καταρτίζοντας τὰ δίκτυα, καὶ ἀνέβη εἰς τὸ πλοῖον, ὃ ἦν Σίμωνος, φησὶ, Πέτρου καὶ Ἀνδρέου. Τοῦτο δὲ σημαίνει, ὡς ἤδη ὄντος [7] αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐν γνώσει. Διὸ διὰ τὴν συνήθειαν καὶ προςήκαντο, καὶ ἀνελθὼν ἐκάθισεν. Εἶτα λέγει τῷ Πέτρῳ μετὰ τὴν διδασκαλίαν, Ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα. Οἱ δὲ εἶπον, Ἐπιστάτα. Ἤδη γὰρ διὰ τὴν τοῦ Ἰωάννου μαρτυρίαν ἐπιστάτην αὐτὸν ἐκάλουν, οἱ πρότερον αὐτοῦ ἀκούσαντες ὅτι, Ἰδοὺ ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ ὅτι παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν, καὶ εἰς τὴν δευτέραν ἐξῆλθον, μετέπειτα ἐν τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων θαυμασάντων αὐτῶν, καὶ Πέτρου λέγοντος, Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, κύριε. Τάχα γὰρ καὶ μετεμέλετο διὰ τὸ πρότερον αὐτὸν κεκλῆσθαι, καὶ στρέψαι ἐπὶ τοὺς ἰχθύας καὶ τὴν ἀνεργασίαν τῆς [8] ἁλείας. Ὁ δὲ εἶπε, Μὴ φοβοῦ, παραθαρσύνων αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀπηγορεύθη, ἀλλ' ὅτι δύναται τῆς κλήσεως ἔχεσθαι, ὅτι, φησὶν, Ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν· ὅτε καὶ [9] τοῖς συμμετόχοις τοῖς ἐν τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ ἔνευσαν εἰς σύλληψιν ἥκειν τῆς αὐτῆς ἄγρας. Ἦσαν γὰρ κοινωνοὶ, ὥς φησι τῷ Σίμωνι,

Cap. XV. — 1. *Delevi vocem* ἐλθὼν *quae vulgo extat ante* κατῴκισε.

2. *Negationem* οὐ *non agnoscunt libri. Addidi eam, postulante sententia, suasore Petavio. Evanuit scilicet in terminationem vocabuli praegressi. Sed pro* ὄντων *fortasse etiam reponendum est* ἀπόντων.

3. *H. e.* Adeo ut quae apud evangelistas narrantur haec omnia bene constent.

in Capharnaïticum agrum profectus ibidem habitavit, ex quo tempore alia deinceps miracula coepit edere; ut cum aridam hominis manum sanitati restituit. Tum Petri socrum curavit. Hic enim Marc. 3. Luc. 6.
Bethsaida oriundus ex oppido Capharnaum uxorem duxerat, quae Matth. 8, 14. Marc. 1, 30.
duo oppida haud procul a se invicem dissita sunt. Socrus igitur Luc. 4, 38.
Petri a febribus liberata repente ministravit. Sic enim narrationis ordo pertexitur. His ista gestis Nazaretum, ubi educatus fuerat, denuo revertitur. Tum demum Isaiae prophetae librum legit, quando Luc. 4, 17.
et occupatione quadam sic illos allocutus est: *Utique dicetis mihi hanc parabolam: Medice, cura teipsum. Quanta audivimus signa facta in Capharnaum, fac hic in patria tua.* Viden' quam sit veritatis conserta continuataque series? Ceterum nullum ibi propter illorum incredulitatem signum edidit. Inde Capharnaum profectus in eo oppido resedit. Post ad maritima loca digrediens, auctore Matthaeo, *vidit Simonem Petrum et Andream fratrem eius mittentes retia:* tum Iacobum et Ioannem filios Zebedaei, ac perfecte demum illos evocavit: *Qui retibus abiectis secuti sunt ipsum.* Quam rem accuratis- Matth. 4, 18. Luc. 5, 3.
sime Lucas expressit, cur ita secuti sint, nunquam ut amplius discesserint, nec vocati distulerint. Ita quippe scripsit: *Cum ad lacum Genesareth venisset, vidit Simonem et Andream reficientes retia, et ascendit in navim, quae erat Simonis Petri et Andreae.* Quod quidem declarat iam inter ipsos aliquam intercessisse notitiam. Hunc igitur propter familiaritatem accipiunt, et is conscenso navigio sedit. Tum ut docere populum desiit, Petrum ita compellat: *Reduc in altum, et laxate retia. At illi dixerunt: Praeceptor.* Iam enim ob Ioannis testimonium praeceptorem illum vocabant, cum ab eo primum audiissent, *Ecce agnus dei, qui tollit peccatum mundi,* et eadem die Ioann. 1, 29.
cum eo commorati postridie recessissent. Post haec in piscatu vehementer illum admirantibus, ac dicente Petro, *Discede a me, quia* Luc. 5, 8.
*homo peccator sum* (fortassis enim poenitebat ipsum, quod ab illo vocatus initio ad piscaturam denuo rediisset), ita dominus alloquitur: *Noli timere;* ut illum ab eo metu confirmaret, nec se repudiatum omnino putaret esse, sed pristinae vocationi inhaerere posse confideret. Quare, *Ex hoc,* inquit, *eris iam homines capiens.* Quo tempore sociis, qui in altera navi erant, innuerunt, ut ad convehendum piscatum sibi auxilium ferrent. Erant enim Simoni socii,

4. *Cornarius:* ipso de cetero praeoccupante ipsos ac dicente.
5. δι' ὃ *volebat Petavius.*
6. *Transponenda suspicor haec esse ita:* ἠκολούθησαν μηκέτι ἀναβαλλόμενοι, λοιπὸν ἀμετάτρεπτοι τῆς κλήσεως.
7. αὐτοῖς *coniectabat Petavius.*
8. ἀλείας *cod. Rhedig. Initio capitis legimus* ἐν τῇ ἄλλῃ ἐσχόλαζον.
9. *Ita correxi. Nam libri habent* σὺν τοῖς μετόχοις. *Apud Lucam* 5, 7. *legitur* Καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις.

καθάπερ ἄνω κἀμοὶ προδεδήλωται ἐκ τῆς ὑποθέσεως ταύτης· δύο μὲν ἀκολουθησάντων αὐτῷ παρὰ Ἰωάννου ἀκηκοότων, ὧν δύο εἷς ἦν ὁ Ἀνδρέας, ἐφ' ἡμῖν δὲ [10] διανενοημένοις καλλίστως τὸν ἕτερον εἶναι τάχα ἕνα τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, διὰ τὸ συνεργὸν καὶ μέτοχον καὶ κοινωνικόν. Καὶ λοιπὸν μετὰ ταῦτα πάντα καταλείψαντες οἱ τέσσαρες, τά τε πλοῖα, εἰς τὴν γῆν ἠκολούθησαν, ὡς ἔχει ἡ τοῦ Λουκᾶ μαρτυρία. Ὥστε ἐξάπαντος δείκνυσθαι ὅτι οὐδεμία σκολιότης, οὔτε ἐναντιότης ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις, οὔτε παρὰ τοῖς ἁγίοις εὐαγγελισταῖς εὑρίσκεται, ἀλλὰ πάντα σαφῆ, χρόνων δέ εἰσι διαστάσεις. Ἐντεῦθεν γὰρ καὶ ἐπέκεινα, τῶν περὶ Πέτρον καὶ Ἰωάννην λοιπὸν συναφθέντων καὶ
pag. 439. ἀκολουθούντων, ἐγένετο διδάσκων ἐν πάσῃ τῇ Γαλιλαίᾳ, καὶ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ λοιπὸν πλατυνομένου τοῦ κηρύγματος τὰ ἑξῆς τῶν θεοσημείων ἐπετέλει. Ὥστε εἶναι τὴν ἀκολουθίαν ἐξάπαντος οὕτως.

Κεφ. ιϛ'. Πρῶτον μὲν βαπτισθέντος αὐτοῦ κατ' Αἰγυπτίους, ὡς ἔφημεν, Ἀθὺρ δωδεκάτῃ πρὸ ἓξ εἰδῶν Νοεμβρίων, τουτέστι πρὸ ἑξήκοντα ἡμερῶν [1] πλήρων τῆς ἡμέρας τῶν Ἐπιφανίων, ἥ ἐστιν ἡμέρα τῆς αὐτοῦ γεννήσεως κατὰ σάρκα, ὡς ἔχει ἡ μαρτυρία τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου, ὅτι, Ἦν Ἰησοῦς ἀρχόμενος εἶναι ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο, τοῦ Ἰωσήφ. Ἦν γὰρ τῷ μὲν ὄντι εἰκοσιεννέα ἐτῶν καὶ μηνῶν δέκα, ὅτε ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἧκε, τριάκοντα μὲν ἐτῶν, ἀλλ' οὐ πλήρης· διὸ λέγει, Ἀρχόμενος ὡς ἐτῶν τριάκοντα. Ἀπεντεῦθεν αἱ τεσσαράκοντα τοῦ πειρασμοῦ, καὶ αἱ δύο ἑβδομάδες μικρῷ πλεῖον αἱ ἐν Ναζαρὲτ ἀπὸ τῶν ἡμερῶν τοῦ πειρασμοῦ, καὶ πρώτη ἡμέρα πρὸς Ἰωάννην, καὶ δευτέρα, καὶ πάλιν ἀπὸ Ἰωάννου πρώτη καὶ δευτέρα, ὅτε ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ περὶ Ἀνδρέαν, ἔπειτα Σίμων Πέτρος. Καὶ τῇ ἄλλῃ ἡμέρᾳ, ὡς ἔφημεν καὶ ἔχει ἡ ἀκολουθία τοῦ εὐαγγελίου, Φιλίππου κλῆσις καὶ τοῦ Ναθαναὴλ, καὶ λοιπὸν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, μετὰ τὰς δύο τὰς προειρημένας· ὅπερ πρῶτον σημεῖον καὶ πλήρωμα τριάκοντα ἐτῶν ἀπὸ γεννήσεως τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας. Ἐν αὐτῇ γὰρ εὑρίσκεται τῇ ἡμέρᾳ τῆς αὐτοῦ κατὰ σάρκα γεννήσεως πεποιηκὼς τὸ πρῶτον πάλιν σημεῖον τοῦ ὕδατος εἰς οἶνον, ἐν τῷ πληρῶσαι αὐτὸν τριάκοντα ἔτη, ὡς πολλάκις εἶπον, ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ γεννήσεώς τε καὶ παρουσίας, ὡς ὑποτίθεται ἡμῖν συνιέναι καὶ καταλαμβάνειν ἡ τῶν εὐαγγελίων ἀκρίβειά τε καὶ ἀκολουθία. Καὶ λοιπὸν ἀπὸ τοῦ πρώτου σημείου τούτου τά τε ἄλλα σημεῖα, καὶ τὸ κήρυγμα λοιπὸν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τῆς θαυμαστῆς αὐτοῦ πληρώσεως τῆς φιλανθρωπίας καὶ εὐαγγελικῆς θαυματουργίας τε καὶ διδασκαλίας, ὡς πολλάκις ἔφην, καὶ ἀναγκάζομαι

10. *Correxi* διανενοημένοις. *Vulgo extat* διανενοημένοι. *Cornarius vertit:* ita ut nobis cogitandum reliquerit evangelista, alterum *cett.*

quemadmodum paulo ante diximus, cum ita disputavimus: Duos illos Ioannis audita voce Christum secutos, quorum unus erat Andreas. Alterum verum unum e Zebedaei liberis fuisse, propter artis societatem ac communionem rectissima coniectura suspicati sumus. Quamobrem relictis deinceps omnibus, adeoque navigiis ipsis, ad terram quatuor illi secuti sunt; quod Lucae testatur historia. Ex quibus omnibus efficitur nihil in sacris evangeliis eorumque scriptoribus perplexum esse vel repugnans, sed plana et expedita esse omnia, si temporum intervalla distinguas. His ita gestis, cum iam Petrus ac Ioannes ceterique penitus adhaesissent ac sequerentur, per totam Galilaeam ac Iudaeam docere coepit. Atque ita longe lateque dissipata evangelii praedicatione cetera prodigia perfecit: ut Matth. 4, 23.
hic subductis omnibus rerum gestarum ordo, ac series instituenda sit.

Inprimis baptizatus est, si Aegyptiorum mensium rationem ha- Cap. XVI.
beas, Athyr XII. a. d. VI. Id. Novemb., hoc est LX. ante festum Epiphaniorum die, qua is secundum carnem natus est, id quod ex evangelio Lucae constare potest. Sic enim scribit: *Erat Iesus* Luc. 3, 23.
*incipiens esse quasi annorum XXX, filius, ut putabatur, Iosephi.* Nam si accuratam temporis rationem ineas, nonnisi XXIX annorum erat ac X mensium, cum ad baptismum sese contulit, ut triginta annorum, non tamen plenorum, fuisse dicatur. Ideoque scriptum est, *Incipiens quasi annorum XXX.* Deinceps XL tentationis dies secuti sunt. Tum hebdomades plus minus duae, quas Nazareti post tentationem exegit: tum, apud Ioannem prima alteraque dies, ac, postquam a Ioanne discessit, totidem, cum Andreas illum una cum socio secutus est, deinde Simon Petrus. Altera vero die, ut et nos diximus et evangelicae narrationis ordo postulat, Philippus vocatus ac Nathanael. Tertio postea die nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, Ioann. 2, 1.
post biduum illud, idque primum prodigiorum omnium extitit, ac tum annorum XXX numerus ab eius natali completus est. Eadem quippe die, qua secundum carnem natus fuerat, primum illud conversae in vinum aquae miraculum edidisse creditur, cum triginta iam annos solidos ab ortu suo secundum carnem adventuque clausisset; id quod saepe commemoravimus, et ut ad eum modum accipiamus evangelicae narrationis exacta series postulare videtur. Iam post primum illud miraculum reliqua prodigia subsecuta, nec non et coelestis doctrinae praedicatio, et id genus cetera quae ad singularem in nos humanitatem evangeliique mirificam vim ac doctrinam praestandam ac demonstrandam pertinent. Quod cum a me est non

Cap. XVI. — 1. *Ita correxi. Libri scripti et editi habent* πλήρης, *quo vocabulo quid faciendum esset dubitasse videtur Petavius; uncinis enim illud notavit.*

πλειστάκις λέγειν, [2] διὰ τὴν ἄτην τῶν ἀπατωμένων καὶ προφασιζομένων, θηρᾶσθαι ἑαυτοῖς τὰ τῆς ἀπιστίας καὶ τοῦ ἀντιλέγειν τῷ ἁγίῳ πνεύματι καὶ τῇ θαυμαστῇ τῶν εὐαγγελίων ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. ιζ. pag. 440. Πάντῃ γὰρ τοὺς ἐναντιουμένους τῷ ἁγίῳ εὐαγγελίῳ προλήψεται ἡ τοσαύτη ἀκριβολογία, δηλοῦσα ὅτι ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἡ ἀρχὴ τῆς λοιπῆς πραγματείας, [1] ὡς ἔχει οὕτως. [2] Ὅ τι ἕπεται κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ βαπτίσματος ἐν τῷ πειρασμῷ γενομένου αὐτοῦ τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, [3] παρὰ θεοῦ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ διὰ Ἰωάννου οὐ πεφρόντισται σημᾶναι· ἤδη γὰρ ἦν τοῦτο διὰ τῶν τριῶν εὐαγγελιστῶν σημανθέν. Καὶ πάλιν τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς περὶ τῶν ἄλλων οὐ πεφρόντισται, διὰ τὸ ἕκαστον ἀφ' ἑκάστου βοηθεῖσθαι καὶ παρὰ πάντων συλλεγομένη ἡ ἀλήθεια δείκνυται μία τις οὖσα, καὶ πρὸς ἑαυτὴν μὴ στασιάζουσα. Ἐκεῖθεν γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ, ὡς ἔφην, εἰς τὴν Ναζαρὲτ ἔρχεται, καὶ μένει ἐκεῖ οὔπω τινὸς μαθητοῦ μετ' αὐτοῦ ὄντος. Κἀκεῖθεν κατέρχεται πρὸς Ἰωάννην, ὅτε εὐθὺς διὰ τοῦ Ἀνδρέου καλεῖται ὁ Πέτρος, εἶτα Φίλιππος, καὶ διὰ Φιλίππου ὁ Ναθαναήλ. Μηδεὶς δὲ καὶ τοῦτο ἀμφιβάλλων περιεργαζέσθω, ὁρῶν ὅτι Ἀνδρέας πρῶτος ὑπήντησε τῷ Ἰησοῦ, ἔπειτα Πέτρος, καὶ δι' αὐτοῦ ἐκλήθη, καὶ ἄρξηται καὶ περὶ τούτου ἀσχάλλειν. Ἡ μὲν γὰρ συνάντησις τῷ Ἀνδρέᾳ πρώτη γεγένηται, μικροτέρου ὄντος τοῦ Πέτρου τῷ χρόνῳ τῆς ἡλικίας. Ὕστερον γὰρ πάλιν, ὅτε ἡ τελεία αὐτοῖς ἀπόταξις γεγένηται, ἀπὸ τοῦ Πέτρου γεγένηται· ἐπειδὴ γὰρ καὶ αὐτὸς ἀφηγεῖτο τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ, καὶ ἔτι δὲ κατὰ τοῦτο, ὅτι θεός ἐστιν εἰδὼς τὰς [4] κλήσεις τῶν καρδιῶν, καὶ γινώσκων τίς ἐν πρώτοις ἄξιος τάττεσθαι. Καὶ ἐξελέξατο τὸν Πέτρον ἀρχηγὸν εἶναι τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, ὡς πάντῃ σαφῶς ἀποδέδεικται. Μετέπειτα γὰρ ἐλθόντων αὐτῶν παρ' αὐτῷ, καὶ μεινάντων τὴν πρώτην ἡμέραν, ὡς ἔφην, τῇ [5] δὲ δευτέρᾳ ὁδευσάντων, τῇ τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ τοῦ θεοσημείου τοῦ πρώτου γενομένου, καί τινων συνόντων αὐτῷ, οὐ τοῦ Ἀνδρέου, [6] οὔτε τοῦ Πέτρου, οὐδὲ τοῦ Ἰωάννου, οὐδὲ τοῦ Ἰακώβου, ἑξῆς μετὰ τὸ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς Καφαρναοὺμ, καὶ ἀνελθεῖν πάλιν εἰς Ναζαρὲτ, κἀκεῖθεν πάλιν εἰς Καφαρναοὺμ, καὶ ποιῆσαι μέρος τι τῶν σημείων, τοῦ τὴν ξηρὰν χεῖρα ἔχοντος καὶ τῆς πενθερᾶς Πέτρου τὴν ἴασιν, ἀνελθεῖν πάλιν εἰς Ναζαρὲτ, καὶ ἀναγνῶναι τὸ βιβλίον Ἡσαΐου, καὶ κατελθεῖν πάλιν εἰς Καφαρναοὺμ, [7] τότε ἡ τελεία κλῆσις τῶν περὶ Πέτρον καὶ Ἰωάννην γεγένηται. Καὶ οὕτως ἡ πᾶσα ἀκολουθία ἀναλογεῖται, οὐ-

2. *Libri habent* διὰ τὴν τῶν. *Revocavi voculam* ἄτην *in* διὰ τὴν *delitiscentem. Petavius sat habuit adscripsisse in margine editionis suae: deest nonnihil. Cornarius vertens* propter erroneos illos qui sibimet ipsis venantur *cett., illud* τὴν *plane induxisse videtur. Galakerus Opp. Crit. p.* 810. *haec verba tentavit, et voculam* καὶ *ante* ἀναγκάζομαι *delendam esse statuit.*

Cap. XVII. — 1. *Istud* ὡς *mihi suspectum est, ne aut ex terminatione* ᾶς

semel dictum, tum ob caecorum hominum, qui infidelitatis asserendae atque et sancto spiritui et evangeliorum constantissimo ordini contradicendi occasionem undique captant, cogor saepe repetere.

Etenim tam enucleata accurataque ratio illos omnes occupando summovet qui adversus evangelium pugnare non dubitant, cum idipsum demonstrat, secundum baptismum ceterarum rerum gestarum initia hunc in modum secuta: deinde quae post baptismum in illa XL dierum tentatione ac deserto contigerunt, non sine sancti spiritus afflatu a Ioanne praetermissa, quod a tribus evangelistis antea memoriae essent prodita. Quemadmodum alia alii evangelistae praetereunda putarunt, quod alterius alter velut subsidio niteretur; ita tamen, ut una sit ex omnibus collecta ac subducta veritas, nec a se ipsa dissentiat. Nam post baptismum statim illinc Nazaretum, uti dixi, proficiscitur, ibique sine ullis adhuc discipulis mansit. Hinc ad Ioannem contendit; quo tempore Petrus Andreae vocatus est opera, tum Philippus, et per Philippum Nathanael. Nec est quod ista scrupulosius exquirens dubitet quispiam, quod Andream primum occurrisse Iesu videat, deinde Petrum, qui per illum sit vocatus, ob eamque caussam succenseat. Etenim Andreas prior in dominum incidit, quod Petrus erat aetate iunior. Postea vero, cum absoluta illa suscepta est omnium rerum abdicatio, initium est a Petro factum. Tunc enim et ipse fratri suo praeivit. Accedit quod deus humanorum cordium nutus ac propensiones animadvertit, ac qui sit primo loco dignus intelligit. Quare Petrum discipulorum suorum principem elegit, uti perspicue declaratum est. Secundum haec igitur, cum ad Christum illi venissent, ac prima, ut diximus, die commorati postera discessissent, ac deinde alii se quidam adiunxissent, ab Andrea, Petro, Ioanne ac Iacobo diversi, quibuscum Capharnaum abiens inde Nazaretum perrexit, indidemque rursus Capharnaum rediit, ac miracula quaedam edidit, cuiusmodi est arefactae manus ac socrus Petri curatio: inde Nazaretum denuo reversus Isaiae volumen legit, et Capharnaum sese iterum recepit. Tum demum perfecte Petrus Ioannesque vocati sunt. Atque hic tandem

Cap. XVII.

Ioann. 1.

*eius quod praecedit vocabuli succreverit, aut corruptela sit voculae* πως.

2. ῞Ο τι ἕπεται *scripsi meo periculo. In libris est* ὅτι ἔπειτα.

3. παρὰ θεοῦ *ego correxi. Libri habent* περὶ θεοῦ. *Pro quo Petavius* πέρι *(quod videlicet ad* τεσσαρ. ἡμερῶν *referendum esset)* θεοῦ τῷ πνεύματι *vel* περιττοῦ τῷ πν., *vel* περὶ οὗ τῷ πν., *restituendum censuit.*

4. κλίσεις *placebat Petavio.*

5. δὲ *particulam, quae desideratur in libris, revocavi ex prima syllaba vocis* δευτέρᾳ.

6. *An* οὐδὲ?

7. *Delevi* ὅτε *quod libri ante* τότε *inserunt. Olim placuerat* Καφαρναοὺμ τότε, τότε ἡ τελεία: *sed rectius illud* ὅτε *pro glossemate habendum nunc quidem suspicor magistri alicuius de sententiae ordine aberrantis.*

pag. 441. δενὸς ἀντιθέτου ὑπάρχοντος, ἀλλὰ πάσης τῆς ἀληθείας τηλαυγεστάτης οὔσης, καὶ ἐν ἀληθείᾳ κεκηρυγμένης. Φασὶ γὰρ οὕτως οἱ ἄλλοι εὐαγγελισταὶ, ὅτι φυγὰς ᾤχετο ἀπὸ προσώπου Ἡρώδου, καὶ μετὰ τὴν φυγὴν ἐλθὼν κατέμενεν εἰς Ναζαρὲτ, καὶ μετὰ τὴν Ναζαρὲτ λαβὼν τὸ βάπτισμα ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον, καὶ μετὰ ταῦτα ἀνέκαμψε, καὶ μετὰ τὸ ἀνακάμψαι ἤρξατο κηρύττειν.

Κεφ. ιη'. Τὸ δὲ εὐαγγέλιον τὸ εἰς ὄνομα Ἰωάννου, φασὶ, ψεύδεται. Μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν ὅτι, Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ὀλίγα ἄλλα, εὐθὺς λέγει ὅτι, Γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας. Καὶ οὐ μέμνηνται οἱ ἀφροσύνην ἑαυτοῖς ἐπισπώμενοι, ὡς Ἰωάννης μετὰ τὸ εἰπεῖν, Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, λέγει, Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, τουτέστιν ἄνθρωπον γεγονέναι, καὶ ὅτι ἦλθε πρὸς τὸν Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπ' αὐτοῦ, Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ μαρτυροῦντος, μετὰ τὴν πάλιν ἐπάνοδον ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ, ὡς τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου λέγοντος ὅτι, Οὗτός ἐστι περὶ οὗ εἶπον ἡμῖν· καὶ πάλιν, ὅτι, Τεθέαμαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καταβαῖνον ἐν εἴδει περιστερᾶς, καὶ μένον ἐπ' αὐτόν· καὶ, Οὗτός ἐστιν ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Καὶ ὁρᾷς ὅτι οὐδὲν κατὰ λησμονὴν ὑφηγεῖται· παρέλειψε δὲ τὰ τῷ Ματθαίῳ πραγματευθέντα. Οὐ γὰρ ἦν χρεία ἐκείνων οὐκέτι, ἀλλὰ τῆς θείας φράσεως πρὸς ἀντίρρησιν τῶν νομιζόντων ἀπὸ Μαρίας καὶ δεῦρο Χριστὸν αὐτὸν καλεῖσθαι, καὶ υἱὸν θεοῦ ψιλὸν ἄνθρωπον, κατὰ προκοπὴν δὲ ἡκέναι εἰς τὸ καλεῖσθαι υἱὸν θεοῦ. Διὸ τῶν ἀναγκαίων ἐπιμελεῖται, πάντων μὲν οὖν μεγάλων ὄντων καὶ ἀναγκαίων, περιττότερον δὲ ποιούμενος τῶν ἐπουρανίων τὴν ἄνωθεν οἰκονομίαν. Λέγουσι δὲ τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον, ἐπειδὴ μὴ τὰ αὐτὰ ἔφη, ἀδιάθετον εἶναι, καὶ μὴ δέχεσθαι αὐτοὺς αὐτὸ, κατὰ πάντα πεπλανημένοι, καὶ τυφλώττοντες τὴν διάνοιαν.

Κεφ. ιθ'. Τέταρτος γὰρ κατὰ διαδοχὴν ἐλθὼν ὁ μακάριος, πρῶτος μὲν ὤν, ὕστερος δὲ τοῖς ἔτεσιν εὐαγγελισάμενος, τὰ πρὸ αὐτοῦ καλῶς τεταγμένα οὐκ ἐμερίμνησεν ἐκθέσθαι, ἀλλὰ προλαμβάνει τῶν ῥηθέντων τὰ μὴ ῥηθέντα. Ὁ Ματθαῖος γὰρ ἄρχεται ἀπὸ Ἀβραὰμ, μετὰ δὲ τὴν ἀρ-
pag. 442. χὴν καὶ μετὰ δύο ἔτη τῆς γεννήσεως πάλιν ποιεῖται τὴν ὑφήγησιν. Μάρκος δὲ ἄρχεται ἀπὸ πεντεκαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου, [1] μεσότητι τῶν μετὰ τὴν ἀρχήν. Λουκᾶς δὲ ἀρχὴν πρὸ τῆς ἀρχῆς ἐπήνεγκε τὴν πρὸ τῆς γεννήσεως ἐν τῇ συλλήψει τῆς γαστρὸς Μαρίας καὶ τῆς Ἐλισάβετ [2] γεγονυῖαν. Ἰωάννης δὲ ἔτι πρότερον, ὕστερος ἐλθὼν, ἐπα-

Cap. XIX. — 1. μεσότητι (*vel etiam* μεσαίτατα) *reponendum erat pro vulgata* μεσότητα. *Petavius locum mutilum esse iudicavit.*

2. γεγονυῖαν *non habet cod. Rhedig.*

totius historiae nexus est, secum ipse consentiens, nec ulla parte dissidens; ut et clarissima sit gestarum rerum veritas et certissime praedicatur. Ita enim evangelistae ceteri testantur, metu illum Herodis fugisse, ac post fugam venientem haesisse Nazareti. Unde baptismi caussa digressus post hunc secessit in desertum. Deinde rediens praedicare est aggressus.

Atenim, inquiunt, mendax est editum nomine Ioannis evangelium. Cap. XVIII. Postquam enim ista dixit: *Verbum caro factus est, et habitavit in nobis*, Ioann. 2, 1. aliaque nonnulla, statim adiicit: *Nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae.* Nec intelligunt isti, qui eam sibi ultro insaniam arcessunt, Ioannem post illas voces, *Et verbum caro factum est,* addidisse, Ioann. 1. 14. *Et habitavit in nobis*, quod idem est, atque hominem extitisse: praeterea ad Ioannem baptistam et Iordanem accessisse, ab eoque baptizatum, ut idem ille evangelista commemorat, cum post illam tentationem discessisset, cum et istud Ioannes baptista pronuntiavit: *Hic est de quo dixi vobis.* Item: *Vidi spiritum sanctum* Ib. 30. *descendentem in specie columbae, et manentem super ipsum*, et: *Hic est qui tollit peccatum mundi.* Animadvertis igitur nihil ab eo per oblivionem esse praeteritum, sed ea duntaxat relicta quae iam Matthaeus exposuerat. Quibus cum nihil opus erat amplius, tum divina illa adhibenda vox, qua eorum iugulari posset error qui Christum a Maria tantum, atque ex illo primum tempore nominatum crederent, quique dei filium nudum hominem fuisse dicerent, eundemque certis accessionibus et incrementis eo progressum, ut filii dei appellationem obtineret. Ob id Ioannes eam sibi partem deposcendam putavit quae necessaria videretur. Licet enim magna omnia sint ac necessaria, tamen in divinis potissimum explicandis ac coelesti illa administratione defixus est. Quod igitur Ioannis evangelium ob id a novo testamento repudiant nec admittunt, quod non cum aliis haud satis consentiat, summo in errore ac mentis caecitate versantur.

Etenim sanctissimus hic evangelista ordine ac successione quar- Cap. XIX. tus, ac, tametsi primus esset omnium, scribendi tamen tempore postremus, quae ante se praeclare erant aliorum opera digesta repetere noluit, sed ante ea, quae iam dicta fuerant, quae non erant dicta proposuit. Matthaeus quidem ab Abraamo scribendi initio facto post incunabula Christi et alterum a natali eius annum narrationem pertexit. Marcus vero ab a. XV. Tiberii, circumscriptis medii temporis rebus gestis, exorsus est. At Lucas altius ista repetens ab eo tempore coepit quod Christi ortum antecessit, et tam huius quam Ioannis in Mariae atque Elizabeth utero conceptum exposuit. Ioannes denique postremus accedens altissime omnium nar-

σφαλίζεται τὴν πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας πραγματείαν. Πνευματικὰ γὰρ ἦν τὰ πλεῖστα ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα, τῶν σαρκικῶν ἤδη ἐπασφαλισθέντων. Διὸ πνευματικῶς τὴν ὑφήγησιν ποιεῖται τῆς ἄνωθεν ἀπὸ πατρὸς ἀνάρχου δωρεᾶς ἡμῖν ἐλθούσης κατὰ εὐδοκίαν πατρὸς ἐν τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ ἐν μήτρᾳ παρθενικῇ οἰκονομηθείσης. Καὶ οἱ λοιποὶ δὲ τὰ ἴσα τούτοις συμφώνως εἰπόντες ὧν ἦν χρεία ἐπεμελήσαντο· ὁ δὲ Ἰωάννης [3] κατὰ τὴν πρόθεσιν, ἵνα ἀπὸ τεσσάρων εὐαγγελιστῶν τὴν πᾶσαν κατά τε τὴν σάρκα καὶ κατὰ τὴν θεότητα ἀκρίβειαν κατάσχωμεν.

Κεφ. κ'. Τελειωθέντων γὰρ τῶν πάντων τῶν κατὰ τὸ βάπτισμα, καὶ κατὰ τὸν πειρασμὸν αὐτοῦ, εὐθὺς ἐλθόντος καὶ συμπαρειληφότος τοὺς μαθητὰς, τοῦτο πρῶτον σημεῖον πεποίηκε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τοῦ κηρύγματος ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας· οὔτε γὰρ πρὸ τοῦ πειρασμοῦ ἐν γάμῳ φάσκει τὸν Χριστὸν ἡκέναι. Οὐ γὰρ ὅλως τι τῶν θεοσημείων καὶ τοῦ κηρύγματος πρὸ τοῦ πειρασμοῦ ὁ Χριστὸς εἰργάσατο, εἰ μή τι ἃ ᾄδεται περὶ αὐτοῦ ἐν παιδὶ πεποιηκέναι, ὡς ἐν παιγνίῳ, [1] ὥς τινες φάσκουσι. Καὶ ἔδει τῷ μὲν ὄντι καὶ παιδαρικὰ αὐτὸν ἔχειν, ἵνα μὴ πρόφασις γένηται ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι, ταῖς λεγούσαις ὅτι ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου ἦλθε Χριστὸς εἰς αὐτὸν, ὅπερ ἐστὶν ἡ περιστερά. Διὸ καὶ ἐν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει σαφῶς δείκνυσιν ὁ Λουκᾶς ὅτι προσδιαλεγόμενος τοῖς ἱερεῦσι καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἔφη τῇ Μαρίᾳ ὅτι, Οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ με εἶναι; ἵνα πέσῃ ὁ λόγος τῶν λεγόντων ὅτι ἀπὸ τοῦ χρόνου τοῦ βαπτίσματος κατέβη εἰς αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ σαφῶς γνωσθῇ ὅτι ἄνωθεν ἐπεδήμησεν ὁ λόγος, καὶ ἐσαρκώθη ἀπὸ Μαρίας, καὶ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ κατῆλθεν ἐπ' αὐτὸν τὸ
pag. 443. πνεῦμα· ἵνα σημανῇ τίς ἐστιν ὁ μαρτυρούμενος ἀπὸ τοῦ πατρὸς ὅτι, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε, καὶ ἵνα γένηται τοῦτο ὑπόδειγμα τοῖς μέλλουσιν ἐν αὐτῷ φωτίζεσθαι, ὅτι καταξιωθήσονται πνεύματος ἁγίου ἐν τῷ λουτρῷ τῆς δωρεᾶς καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν χάριτος τῆς ὑπ' αὐτοῦ δοθείσης.

Κεφ. κα'. Ἀφ' ὅτου δὲ τὰ τέλεια ἤρξατο ποιεῖν θεοσήμεια ἐν τῷ καιρῷ τοῦ κηρύγματος, τοῦτο πρῶτον σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, φησὶν, ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας· οὐχὶ πρὸ τοῦ βαπτίσματος, ὡς πολλάκις ἔφην, ἀλλ' ὅτε ἀνέκαμψεν ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὰς δύο ἅςπερ ἔμειναν παρ' αὐτῷ οἱ δύο μαθηταὶ τοῦ Ἰωάννου, οἱ ἀκούσαντες

3. κατὰ τὴν πρόθεσιν *emendatio est Petavii; nam vulgo extat* καὶ τὴν πρόθεσιν. *Cornarius vertit:* Ioannes vero etiam priorum (sc. curam habuit).

rationem accessit, et quae Christi temporaria illa generatione priora sunt, stabilire ac munire instituit. Spiritalia enim ferme sunt quae ille memoriae commendavit, cum quae ad corpus attinerent abunde essent aliorum scriptis corroborata. Quamobrem spiritalem de divino illo dono narrationem aggreditur, quod initio carens omni ab coelesti in nos patre transfusum est, et de huius consilio ac voluntate in beatam virginem illapsum, atque in virgineo eius gremio cum carne coniunctum. Ceteri porro ita iisdem illis consentanea dixerunt, ut id, quod erat necesse, potissimum spectarent. Ioannes vero eius quod sibi proposuerat rationem habuit. Ita fit ut ex IV evangeliis eorum quae ad Christi carnem et ad divinitatem attinent accurata nobis veritas ac certissima constet.

Etenim toto illo baptismi tentationisque negotio perfunctus venit, ac discipulis adiunctis primum illud in Cana Galilaeae miraculum fecit, tertia quam praedicare coeperat die. Non enim ante tentationem Christus nuptiis interfuisse dicitur, nec ullum omnino prodigium ante illud tempus edidit: nisi si quae forsan ludicra fecisse in pueritia dicitur, quod a nonnullis affirmari video. Atqui nonnulla puerilis aetatis argumenta praebere illum oportuit, ne qua haeresibus aliis occasio daretur, quae Christum ad Iordanem fluvium in illum descendisse columbae specie praedicant. Quare duodecimo aetatis anno manifeste Lucas id expressit, disputantem illum cum sacerdotibus, ac senioribus Mariae dixisse, *Nesciebatis quod in his quae* Luc. 2, 49.
*patris mei sunt oportet me esse?* ut eorum rationem excluderet qui ab eo primum tempore quo baptizatus est spiritum sanctum in illum putant esse delapsum, e contra vero homines intelligerent verbum ipsum e coelo descendens carnem e Maria traxisse, cumque ad Iordanem accessisset sanctum se in illum infudisse spiritum; quo et illud declarari posset, quis esset ille de quo pater tam insigne testimonium dedisset: *Hic est filius meus dilectus: ipsum audite.* Illud vero prae- Matth. 3, 16.
terea exemplo esse ac documento voluit iis qui divina per illum luce perfunderentur futurum omnino ut et ipsi spiritum sanctum, nec non coeleste beneficium ac peccatorum veniam et communicatam ab eodem gratiam in baptismo consequerentur.

Sed ubi maiora illa perfectioraque miracula praedicationis suae Cap. XXI.
tempore est aggressus, *Hoc*, inquit, *primum signum fecit Iesus in* Ioann. 2. 11.
*Cana Galilaeae.* Non ante baptismum, ut saepe dixi, sed tum primum id accidit, postquam a tentatione reversus est, tertia die post biduum illud quo ambo apud ipsum haesere Ioannis discipuli, qui et

Cap. XX. — 1. *Evangelium de infantia Iesu significari observavit Petavius.*

καὶ ἀκολουθήσαντες αὐτῷ. Ὡς εὐθὺς μετὰ τὰς δύο ἡμέρας, ἃς ἐποίησαν παρ' αὐτῷ, ἐπεισάγει λέγων, Καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὑρὼν Φίλιππον, εἶπεν, Ἀκολούθει μοι. Εἶτα εὐθὺς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας· ἔδει γὰρ αὐτὸν ἀπελθόντα εὐθὺς γάμων τελουμένων εἰς τὴν τιμὴν αὐτοῦ κληθῆναι, ἐπ' εὐλογίᾳ τοῦ γάμου. Καί φησι, Γάμος ἐγένετο τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ· ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ οἱ μετ' αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον· καὶ ὑστερήσαντος οἴνου λέγει ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ, Οἶνον οὐκ ἔχουσι· καὶ λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου. Μετὰ τὸ ἐλθεῖν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ καὶ διελθεῖν διὰ τῆς θαλάσσης καὶ τοῦ Ἰορδάνου, τὴν ὁρμὴν ἐσχηκότος ἐπὶ τὰ οἰκεῖα, ἀπελθὼν ἔνθα ἀνετράφη πρὸς τὴν μητέρα ἐν Ναζαρὲτ, καὶ παραμείνας δύο [1] ἡμέρας, λοιπὸν ἐπειγομένου εἰς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων τοῦ κηρύγματος ἄρξασθαι ἐπιμελεῖσθαι. Καὶ ἔμεινε μὲν δύο ἡμέρας διὰ τὸ διὰ χρόνου ἡκέναι, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ οὓς ἤδη παρείληφε μαθητὰς, ἀπολύσας τοὺς δύο τοὺς ἀκολουθήσαντας αὐτῷ, εὐθὺς ἐπὶ τὴν Γαλιλαίαν ἐξελθεῖν διὰ τὸ κήρυγμα καὶ τὸ ἔργον τοῦ θεοσημείου, τοῦ ἐν τῷ γάμῳ ἐπιτελεσθέντος. Βλέπε γὰρ πῶς ἐπασφαλίζεται ὁ λόγος, ὡς Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς μαρτυρεῖ, λέγων, ὡς παρῳχηκότος ἤδη τοῦ λόγου, ὅτι, Κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν, εἶπέ μοι, Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐρχόμενον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν. Ἀποστέλλων γὰρ ὁ πατὴρ τὸν Ἰωάννην βαπτίζειν, τοῦτο αὐτῷ
pag. 444. τὸ σημεῖον ἐδωρήσατο, ἵν' ὅταν ἴδῃ ἐπιγνῷ τὸν ἄνωθεν ἐν τῷ κόσμῳ ἀποσταλέντα σωτῆρα καὶ εὐεργέτην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Ἀνατρέπονται τοίνυν οἱ τοιοῦτοι ἀπὸ τῆς ἀληθείας τῶν τοιούτων γραφῶν, καὶ τῆς ἀκριβείας, μάλιστα ἀπὸ τῆς συμφωνίας τῶν τεσσάρων εὐαγγελιστῶν. Οὐ γάρ τις τῶν εὐφρονούντων ἀποβάλλοι τὰ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις ἀκριβῶς πάντῃ πεπραγματευμένα.

Κεφ. κβ'. Κατηγοροῦσι δὲ πάλιν οἱ αὐτοὶ τοῦ ἁγίου εὐαγγελιστοῦ, μᾶλλον δὲ τοῦ αὐτοῦ εὐαγγελίου, ὅτι, [1] φασὶν, ὁ Ἰωάννης ἔφη περὶ δύο Πασχῶν τὸν σωτῆρα πεποιηκότα, οἱ δὲ ἄλλοι εὐαγγελισταὶ περὶ Πάσχα ἑνός. Καὶ οὐκ οἴδασιν οἱ ἰδιῶται, ὅτι οὐ μόνον δύο Πάσχα ὁμολογεῖ τὰ εὐαγγέλια, ἀλλὰ δύο μὲν πρῶτα λέγει καὶ αὐτὸ δὲ ἐν ᾧ πέπονθεν ὁ σωτὴρ, τρία Πάσχα τῶν ἐν τῷ κηρύγματι πεπραγματευμένων. Εὐθὺς γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου, ὡς ὁ Λουκᾶς φησιν, ἦν ὁ Ἰησοῦς ἀρχόμενος εἶναι ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο, τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἠλὶ, καὶ ἐπὶ τὰ ἀνωτέρω. Γεννᾶται μὲν γὰρ ὁ σωτὴρ τῷ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ ἔτει Αὐγούστου βασιλέως τῶν Ῥωμαίων, ὅπερ ἦν

Cap. XXI. — 1. *Ita emendavit Petavius. Libri habent* ἡμερῶν.

audierunt illum, et secuti sunt. Statim enim post biduum, quo apud illum isti commorati sunt, subiicit, *Et abiit in Galilaeam, et inveniens* Ioann. 1. 43. *Philippum dixit, Sequere me:* deinde, *Tertia die nuptiae factae sunt* Ioann. 2. 1. *in Cana Galilaeae.* Siquidem par erat illum, cum discederet, commodumque nuptiae celebrarentur, honoris caussa ad easdem invitari, uti nuptiis benediceret. Quare ita scribit: *Nuptiae factae sunt tertia die in Cana Galilaeae: et erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem et Iesus, et discipuli eius ad nuptias: deficiente autem vino dicit mater Iesu, Vinum non habent: dicit ei Iesus, Quid mihi et tibi, mulier? nondum venit hora mea.* Quae tum gesta sunt, cum post tentationem, mari ac Iordane traiecto, iter in patriam convertit, Nazaretum scilicet, ubi educatus a matre fuerat. Ubi cum biduum haesisset, humanae salutis studio curaque succensus praedicandi munus obire coepit. Biduum igitur ibidem manens, quod longo intervallo redierat, discipulorum aliquot quos iam adsciverat comitatu septus, duobus qui secuti erant remissis, statim in Galilaeam praedicandi caussa profectus est, simul ut prodigium illud ederet quod in nuptiis ab eo factum legimus. Vide quanta cum circumspectione istud ipsum scriptura declaraverit; quemadmodum Ioannes tanquam facto iam sermone testetur his verbis: *Et ego nesciebam illum, sed qui misit* Ioann. 1, 33. *me baptizare dixit mihi, Super quem videris spiritum in specie columbae descendentem, hic est.* Ioannem quippe baptizandi gratia mittens pater hoc ei signum praebuerat, ex quo salvatorem illum de animis nostris optime meritum agnosceret, qui de coelo missus in hunc orbem venisset. Quamobrem ex istiusmodi veritate scripturarum accurataque ratione id genus homines redargui possunt, ac praesertim ex IV evangelistarum consensu. Nemo enim, qui quidem recte sentiat, reiicienda illa sibi persuadebit quae a spiritu sancto in sacrorum evangeliis exactissime sunt peracta.

Cap. XXII. Ceterum ex alio praeterea capite sanctum evangelistam, vel ipsius potius evangelium, accusant, quoniam, inquiunt, Ioannes duo ab Christo celebrata Paschata commemorat, cum unius duntaxat ceteri mentionem fecerint. Nec illud ineptissimi homines animadvertunt, non duo solum in evangeliis Paschata comprehendi, sed ad priora illa duo tertium accedere, in quo salvator est passus: ut omnino tria sint toti illi praedicationis tempori tribuenda. Etenim statim ut a Iordane digressus est, *Erat*, ut a Luca scriptum est, *Iesus incipiens esse quasi annorum XXX, filius, ut putabatur, Ioseph,* Luc. 3. 23. *qui fuit Eli, etc.* Anno quippe Augusti Imperatoris XLII. natus est

Cap. XXII. — 1. φησὶν vulgata scriptura est.

Ῥωμαίων πρὸς Ἰουδαίους συναφείας εἰκοστὸν ἔνατον ἔτος. Βασιλεύει μὲν γὰρ Αὔγουστος τρισκαίδεκα ἔτη πρινὴ τὴν Ἰουδαίαν συναφθῆναι τελείως Ῥωμαίοις. Ἦν δὲ καὶ ἐξότε ἐβασίλευσεν Αὔγουστος μετὰ ἔτη τέσσαρα τῆς αὐτοῦ βασιλείας πλείω ἢ ἐλάσσω φιλία μὲν Ῥωμαίων πρὸς Ἰουδαίους, καὶ συμμαχία πεμπομένη, καὶ ἐπίτροπος καθιστάμενος, καὶ μέρη φόρων ἐπὶ πέντε ἔτεσι πλείω ἢ ἔλασσω· ἕως ὅτου τέλεον παρεδόθη ἡ Ἰουδαία καὶ ὑπὸ φόρον γεγένηται τελειότατα, ληξάντων τῶν ἀπὸ Ἰούδα ἀρχόντων, καὶ Ἡρώδου ἐξ ἐθνῶν κατασταθέντος, προσηλύτου μέν τοί γε· εἶτα Χριστοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐλθόντος τε ἐπὶ τὸ κήρυγμα, ληξάντων καὶ Χριστῶν ἡγουμένων, διαρκεσάντων ἕως Ἀλεξάνδρου ἡγουμένου καὶ Σααλίνας τῆς καὶ Ἀλεξάνδρας· ἅτινα ταῦτα πάντα ἐτελεῖτο, ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς γεννήσεως τῆς ἐν Βηθλεὲμ ἐν τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς πάσης βασιλείας Αὐγούστου, ὃς ἦν ἔνατος ἐνιαυτὸς ἀπὸ τῆς ἐπιτροπῆς Ἀντιπάτρου τοῦ πατρὸς Ἡρώδου, ὅτε φιλία ἦν Ῥωμαίων πρὸς Ἰουδαίους
pag. 445. καὶ μέρη δομάτων, καὶ τέταρτον ἔτος [2] κατασταθέντος ὑπὸ Αὐγούστου, μετὰ δὲ τὸ τέταρτον ἔτος Ἡρώδου, ἐπιτροπῆς τε πέντε ἐτῶν πλείω ἢ ἐλάσσω Ἀντιπάτρου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, λοιπὸν παραδοθείσης τῆς Ἰουδαίας τελείως, ἕως τριακοστοῦ τρίτου ἔτους Ἡρώδου, τεσσαρακοστοῦ δευτέρου ἔτους Αὐγούστου πληρώσαντος, κρατηθείσης τῆς πάσης Ἰουδαίας, ὡς ἔφην, μετὰ τὸ ποιῆσαι αὐτὴν εἰκοσιεννέα ἔτη ὑπόφορον Ῥωμαίοις, καὶ μετὰ τὸ κατασταθῆναι ἐπίτροπον τὸν Ἀντίπατρον Ἡρώδου πατέρα, μετ' αὐτὸν δὲ, Ἡρώδην βασιλέα κατασταθῆναι ὑπὸ Αὐγούστου ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας. Ταῦτα δὲ ἐπραγματεύθη ἐν ὑπατείᾳ Ὀκταυΐου Αὐγούστου τὸ τρισκαιδέκατον καὶ Σιλανοῦ ὑπάτου, [3] ἥντινα ὑπατείαν διεδέξαντο αἱ ὑποτεταγμέναι ὑπατείαι ἀκολούθως οὕτως·

β'. [4] Λεντούλου καὶ [5] Πίσωνος τὸ δεύτερον.
γ'. Λουκίου [6] Καίσαρος καὶ Παύλου.
δ'. [7] Οὐϊνδουκίου καὶ Οὐάρου.
ε'. [8] Λαμίου καὶ Σερουϊλίου.
ς'. [9] Μάγνου καὶ [10] Οὐαλερίου.
ζ'. Λεπίδου καὶ Ἀρρουντίου.
η'. [11] Καίσαρος καὶ Καπίτωνος.
θ'. [12] Κρητικοῦ καὶ Νερούα.
ι'. Καμίλλου καὶ Κυϊντιλλιανοῦ.

2. Ἡρώδου κατασταθέντος *supplevit Ios. Scaliger.*
3. ὡς πολλάκις ἔφην ἥν τινα *cod. Venetus.*
4. *Pro* Λεντούλου *ed. princ. habet* Λεντούλλου.
5. *Ita cod. Venetus. Vulgo* Πίσσωνος. *Verba* τὸ δεύτερον *absunt a cod. Veneto.*
6. *Vox* Καίσαρος *desideratur in cod. Veneto. Gaium, quem Epiphanius* Lucium, *Fasti Siculi appellant* Publium.

Christus, qui erat XXIX., ex quo Romani sibi Iudaeos adiunxerant. Siquidem Augustus XIII annis imperavit, antequam Iudaea penitus esset Romanis adiuncta. Quamquam post annos fere quam imperare coeperat plus minus quatuor foedus inter Romanos ac Iudaeos initum fuerat, auxiliaque submissa. Quin et procurator in Iudaea constitutus, ac nonnihil tributorum quinque propemodum annis indictum, donec Romanorum ditioni cessit penitus, et omnino vectigalis est facta, cum iam principes e tribu Iudae defecissent, et Herodes ex gentibus, sed tamen proselytus, regnum obtineret. Postea vero Christus Bethleemi Iudaeae natus est, et ad auspicandam praedicationem prodiit; quo tempore Christi duces plane desierant, qui quidem ad Alexandrum usque principem et Saalinam, quae et dicta est Alexandra, perstiterunt. Ea vero cuncta ab eo tempore coepere quo Christus Bethleemi natus est, anno totius imperii Augusti XLII., qui erat nonus a procuratione Antipatri Herodis parentis, cum Romanos inter ac Iudaeos amicitia foret ac nonnulla tributa penderentur, et quarto iam anno Herodes esset ab Augusto praepositus. Qui cum annos in ea administratione quatuor exegisset, Antipater vero illius pater quinque fere procuratione perfunctus esset, tandem Iudaea prorsus Romanorum potestati cessit, ad Herodis annum XXXIII., Augusti vero XLII.; cum, ut diximus, Iudaea esset omnis occupata, ac iam XXIX annis Romanis facta vectigalis, postquam et Antipater Herodis parens procurationem gessit, et Herodes post illum Iudaeae rex ab Augusto creatus est. Acta haec sunt Octavio Augusto XIII. et Silano coss. Secundum quos hi deinceps extitere consules:

II. Lentulus et Piso II.
III. L. Caesar et Paulus.
IV. Vinucius et Varus.
V. Lamia et Servilius.
VI. Magnus et Valerius.
VII. Lepidus et Aruntius.
VIII. Caesar et Capito.
IX. Creticus et Nerva.
X. Camillus et Quintillianus.

7. Οὐϊνδικίου καὶ Οὐμίρλου *cod. Venet.*
8. *Sic cod. Venet. Reliqui libri:* Λαμία καὶ Σερουϊλίου Νομμίου.
9. Μάγνου καὶ *cod. Ven. Reliqui libri* Μάγνου Πομπηΐου καὶ.
10. Οὐαλερένου *cod. Venet.*
11. *De hoc consulatu v. adnott. Petavii.*
12. *Pro* Κρητικοῦ *cod. Venet. habet* Κρητίου.

ια'. [13] Καμηρίνου καὶ Σαβίνου.
ιβ'. Δολαβέλλα καὶ Σιλουανοῦ.
ιγ'. Λεπίδου καὶ Ταύρου.
ιδ'. [14] Καίσαρος καὶ Σκιπίωνος.
ιε'. [15] Φλάγκου καὶ Σιλανοῦ.
ις'. [16] Τῶν δύο Σέκστων, Πομπηΐου καὶ Ἀπουληΐου.
ιζ'. [17] Βρούτου καὶ Φλάγκου.
ιη'. Ταύρου καὶ [18] Λίβωνος.
ιθ'. Φλάκκου καὶ Ῥούφου.
κ'. Τιβερίου Καίσαρος [19] τὸ δεύτερον, καὶ Δρούσου [20] Γερμανικοῦ τὸ δεύτερον.
κα'. [21] Σιλανοῦ καὶ [22] Βάλβου.
κβ'. Μεσσαλᾶ καὶ Γράτου.
κγ'. Τιβερίου Καίσαρος [23] τὸ τρίτον, καὶ [24] Δρούσου Γερμανικοῦ τὸ τρίτον.
κδ'. Ἀγρίππου καὶ [25] Γάλβου.
κε'. Πολλίωνος καὶ [26] Οὐέτερος.
κς'. Κεθήγου καὶ Οὐάρου.
κζ'. Ἀγρίππου τὸ δεύτερον, καὶ [27] Λεντούλου Γάλβου.
pag. 446. κη'. [28] Γαιτουλικοῦ καὶ Σαβίνου.
κθ'. Κράσσου καὶ Πείσωνος.
λ'. [29] Σιλανοῦ καὶ Νερούα.

Κεφ. κγ'. Καὶ ὁρᾷς ὅτι τριακονταέτης ἐστὶ χρόνος. Διὸ ἐφιλοτιμησάμεθα τὰς καθεξῆς ὑπατείας ἀκριβῶς θέσθαι, εἰς τὸ τοὺς διερχομένους ἰδεῖν ὅτι οὐκ ἔστι τι παραπεποιημένον ἐν τῷ θείῳ δόγματι τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβείας τὰ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ κεκήρυκται. Τίς [1] γὰρ ἀριθμήσας τὰς μὴ δυναμένας σφαλῆναι καθ' εἱρμὸν ὑπατείας οὐ καταγνώσεται τῶν νομιζόντων διαφωνίαν εἶναι ἐν τῷ τῶν ἐτῶν ἀριθμῷ, τῷ παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς ᾀδομένῳ; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ [2] ἔπεσαν [3] αἱ πρότερον αἱρέσεις, αἱ μυθωδῶς ἀναγραψάμεναι τοὺς τριάκοντα

13. *Reposui* Καμηρίνου *pro vulgata* Καμήρου, *vel* Καμίρλου, *ut est in cod. Veneto.*

14. *Unus cod. Venetus hunc h. l. consulatum servavit.*

15. *Vulgo* Φλάκκου καὶ Σιλουανοῦ. *Cod. Venet.* φλάγκου καὶ σιλανοῦ. *Fortasse rescribendum* Πλάγκου καὶ Σιλίου.

16. *Vulgo extat:* ιε'. Τῶν δύο Σέκστων. ις'. Πομπηΐου Μάγνου καὶ Ἀπουληΐου. *Mendose. Nam illi duo Sexti sunt Sextus Pompeius Sex. f. Sex. n., et Sextus Apuleius Sex. f. Sex. n., qui fasces tenuerunt a. u. 766. Voc.* Μάγνου *delevi auctoritate cod. Veneti.*

17. *Fortasse scribendum* Δρούσου *pro* Βρούτου (Βρούττου *cod. Venet.*), *quod in libris obtinuit omnibus.*

18. λίβονος *cod. Venet.*

19. *Immo* τὸ τρίτον.

20. Γερμανικοῦ *non habet cod. Venetus. Reliqui libri habent* Γερμανοῦ.

21. *Libri omnes praeter cod. Venetum habent* Σιλουανοῦ.

XI. Camerinus et Sabinus.
XII. Dolabella et Silvanus.
XIII. Lepidus et Taurus.
XIV. Caesar et Scipio.
XV. Flaccus et Silvanus.
XVI. Sexti duo, Pompeius et Apuleius.
XVII. Brutus et Flaccus.
XVIII. Taurus et Libo.
XIX. Crassus et Rufus.
XX. Tiberius Caesar II. et Drusus Germanicus II.

XXI. Silanus et Balbus.
XXII. Messala et Gratus.
XXIII. Tiberius Caesar III. et Drusus Germanicus III.

XXIV. Agrippa et Galba.
XXV. Pollio et Vetus.
XXVI. Cethegus et Varus.
XXVII. Agrippa II. et Lentulus Galba.
XXVIII. Gaetulicus et Sabinus.
XXIX. Crassus et Piso.
XXX. Silanus et Nerva.

Annos habes absolutos XXX. Nos autem consulatus istos singillatim ideo percensere studuimus, ut lectores intelligant, nihil in sacro veritatis dogmate commentitium esse, sed ab ecclesia quam accuratissime universa praedicari. Quis enim ad hanc coss. seriem, qua nihil certius est, oculos adiiciens non eos condemnet qui in annorum numero ab evangelistis expresso discrepantiam esse ullam existimant? Propterea nimirum et priores illae haereses interciderunt, quae illas Aeonum triginta fabulas confinxerant, ceteraque id genus Cap. XXIII.

22. *Cod. Venetus* γάλβου.

23. *Immo* τὸ τέταρτον.

24. Δρούσσου Γερμανοῦ *cod. Venet.* δρουγερμανοῦ *cod. Rhedig.*

25. Γάλβου *cod. Venet.* Βάλβου *reliqui libri.*

26. βίκτορος *cod. Venet.*

27. λεντούλλου *codd. Venet., Rhedig. et edit. princ. Voc.* Γάλβου *de primo Agrippae cum Galba consulatu per errorem huc irrepsisse videtur.*

28. γετουλικοῦ *cod. Venet. et edit. Petav.* γετουλλικοῦ *cod. Rhedig. et edit. princ.*

29. *Sic cod. Venet. Reliqui libri* Σιλουανοῦ. *Post* Σιλανοῦ καὶ Νερούα *in cod. Ven. additus est consulatus* Τῶν δύο Γεμηνῶν.

Cap. XXIII. — 1. γὰρ *om. cod. Venet.*

2. ἔπεσον *cod. Venet.*

3. *Cod. Venetus plenius* αἱ πρότερον περὶ Οὐαλεντίνου καί τινας ἄλλους αἱ-

*αἰῶνας, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν τοῦ σωτῆρος παρ' αὐτῶν ἀλληγορηθέντα· ἵνα δῆθεν δυνηθῶσι τῶν παρ' αὐτοῖς αἰώνων καὶ ἀρχῶν ἀναγράφειν τὴν μυθοποιΐαν. Εὑρίσκεται γὰρ ἐν τῷ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ [4] ἐνσάρκου παρουσίας πάσχων ὁ μονογενὴς, ἀπαθὴς ὢν ἄνωθεν θεὸς λόγος· σάρκα δὲ ἀναδεξάμενος ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν [5] κατεδέξατο, ἵνα [6] τοῦ θανάτου τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον λύσῃ. Μετ' ἐκείνην γὰρ τὴν [7] ὑπατείαν [8] τὴν ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει [9] αὐτοῦ σημαινομένην ἄλλη ὑπατεία [10] γέγονε, λεγομένη τῶν δύο Γεμηνῶν· εἶτα ἄλλη ὑπατεία Ῥούφου καὶ Ῥουβελλίωνος, καὶ οὕτως [11] μεσαζούσης τῆς ὑπατείας τῆς μετὰ τὴν ὑπατείαν Ῥουβελλίωνος, ἥτις ὕστερον ἦλθεν [12] Οὐϊννικίου καλουμένη καὶ Λογγίνου Κασσίου, πάσχει ὁ σωτὴρ ἐν [13] τῇ πρὸ ιγ' Καλανδῶν Ἀπριλλίων. Καὶ ἐλήλεγκται τούτων ἁπάντων ἡ πλάνη, εὑρισκομένης σαφῶς τῆς κατὰ τὴν ἀλήθειαν διδασκαλίας, ὡς οὐ μόνον δύο χρόνων [14] περίοδος Πασχῶν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις [15] ἐμφέρεται, ἀλλὰ καὶ τριῶν.*

Κεφ. κδ'. *Γεννηθέντος γὰρ αὐτοῦ [1] περὶ τὸν Ἰαννουάριον μῆνα, τουτέστι πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Ἰαννουαρίων, ἥτις ἐστὶ κατὰ Ῥωμαίους [2] ἕκτη [3] τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς, [4] κατὰ Αἰγυπτίους Τυβὶ ἑνδεκάτη, κατὰ Σύρους, εἴτουν Ἕλληνας, [5] Αὐδυναίου ἕκτη, κατὰ Κυπρίους, εἴτουν Σαλαμινίους, πέμπτου πέμπτη, κατὰ Παφίους [6] Ἰούλου τεσσαρεσκαιδεκάτη, κατὰ Ἄραβας [7] Ἀλεὼμ κα', κατὰ Καππαδόκας Ἀταρτᾶ ιγ', κατὰ Ἀθηναίους [8] Μαιμακτηριῶνος ς', κατὰ Ἑβραίους Τηβὶθ πέμπτῃ· ἔδει γὰρ καὶ ἐνταῦθα πληρωθῆναι τὸ ὑπὸ τοῦ προφήτου εἰρημένον, Εἰσῆλθεν πρὸς ἡμᾶς ἡ κίβωτος τοῦ θεοῦ· λέγει δὲ τὴν Χριστοῦ τελείαν ἐνανθρώπησιν τῇ πέμπτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ πέμπτου, ὡς τότε παρ' Ἑβραίοις ἐτελέσθη· [9] ὃ πρῶτον μὲν τῇ ψήφῳ τῶν Ἑβραίων ἐχρῆν πληρωθῆναι, [10] ᾗ καὶ πολλοὶ τῶν ἐθνῶν ἀκολουθήσαντες, φημὶ δὲ Ῥωμαῖοι, πέμπτην αὐτὴν ἑσπερινὴν εἰς ἕκτην ἐπιφώσκουσαν ἐπιτελοῦντες, Κύπριοι δὲ [11] πέμπτην αὐτὴν τὴν ἡμέραν τοῦ μηνὸς ἄγουσιν, Αἰγύπτιοι δὲ φύσει καὶ [12] Σαλαμίνιοι καὶ αὐτὸν τὸν μῆνα πέμπτον ἄγουσιν, ὡς καὶ οἱ Ἑβραῖοι ἀπὸ τοῦ παρ' αὐτοῖς ἀγο-*

ρέσεις, μυθώδους ἀναγραψαμένους τοὺς τεσσάρας Αἰῶνας, οὓς ἐνόμισαν ἀπεικάζειν τοῖς τοῦ σωτῆρος ἔτεσιν· ἵνα δῆθεν δύνωνται τοῖς παρ' αὐτοῖς *cett.*

4. ἐνσάρκου *cod. Ven. Vulgo* ἐνσαρκώσεως.

5. κατεδέξατο *om. cod. Ven.*

6. τὸ τοῦ θανάτου καθ' ἡμῶν *cod. Ven.*

7. ὑπατίαν *cod. Rhedig. Neque aliter in iis quae sequuntur.*

8. τὴν, *quod vulgo abest, reposui ex cod. Veneto. Cod. Venet.* δὲ *pro* γὰρ.

9. αὐγούστου *pro* αὐτοῦ *habet cod. Venet.*

10. γέγονεν, ὑπατεία λεγομένη *cod. Venet.*

11. ἐνεστώσης *cod. Ven.*

12. οὐεννικάου καὶ λογγίνου. Ὀκτωκαιδέκατον Τιβερίου καίσαρος πάσχει *plenius legitur in cod. Veneto.*

13. τῇ *om. cod. Rhedig.*

14. περιόδοις ἑορτῆς πασχῶν *cod. Venet.*

ex tricenario salvatoris annorum numero allegorice deduxerant, quibus ad Aeonum ac Principatuum nugas illas describendas abuterentur. Anno quippe ab incarnatione adventuque suo XXXIII. constat unigenam dei filium esse passum. Qui tametsi pati per sese nihil posset, utpote verbum dei de coelo delapsum, nihilominus suscepta pro nobis carne mortem perpeti voluit, ut mortis adversum nos chirographum solveret. Col. 2, 14. Quocirca post eos coss. qui in annum illius XXX. incidunt par aliud coss. sequitur, Geminorum duorum, deinde Rufi ac Rubellionis. Quibus successere coss. Vinicius ac Longinus Cassius, sub quibus salvator passus est a. d. XIII. Cal. Apr. Ex quo illorum omnium convincitur error, et certissima veritatis doctrina monstratur, non duo solum in scripturis Paschata, sed et tria reperiri.

Cap. XXIV.

Cum enim Ianuario mense natus esset VIII. id. Ian., qui est apud Romanos Ianuarii dies VI., Aegyptiis porro Tybi XI., Syris sive Graecis Audynaei VI., Cypriis sive Salaminiis Quinti mensis dies V., Paphiis Iulii XIV., apud Arabes vero Aleom XXI., Cappadocibus Atartae XIII., [Hebraeis Tebeth XIII.] Atheniensibus Maemacterionis VI., Hebraeis V. Tebith: oportebat enim etiam hic impleri quod a propheta erat pronuntiatum, *Introivit ad nos arca dei*; 2. Paral. 8, 11. quo videlicet significat Christum perfecte hominem indutum quinto quinti mensis die, quomodo tum apud Hebraeos factum est: id autem Hebraeorum potissimum calculo debebat impleri, quem dein etiam ex gentilibus multi sunt secuti, ut Romani, qui quintam ipsam nocturnam in sextam illucescentem celebrare solent; Cyprii vero ipsum quintum mensis diem feriantur, et Aegyptii sane ac Salaminii item quintum mensem amplexantur, quemadmodum Hebraei quoque

15. ἐμφέρονται *cod. Venet.*

Cap. XXIV. — 1. ἐν τῷ Ἰαννουαρίῳ μηνὶ *cod. Ven.*

2. ἕκτῃ *reposui pro* πέμπτῃ, *quod vulgo extat, cum Ios. Scaligero. V. infra cap. 27. Cod. Venet. habet:* πέμπτη Ἰαννουαρίου ἑσπέρα εἰς ἕκτην ἐπιφώσκουσα, κατ᾽ *cett.*

3. τοῦ *om. cod. Ven.*

4. „κατ᾽ Αἰγυπτίους, errat“ *sui exempli margini adscripsit Ios. Scaliger.*

5. αὐδυνέου *habent libri. V. Clintoni Fast. Hellen. III, p.* 356. *Pro* ἕκτῃ, *quod restitui ex auctoritate cod. Veneti, vulgo extat* ἕκτου.

6. ἰουναῖ *cod. Venet.*

7. ἀλλεώμ *cod. Rhedig. In cod. Veneto legitur:* ἀλσῶμ μία καὶ εἰκάσ κατὰ καππαδόκας ἀταρταμὰ ιγ′, κατὰ ἀθηναίους, *verbis* κατὰ Ἑβραίους Τιβιὴθ ιγ′, *quae vulgo sequuntur post* Ἀταρτᾶ ιγ′, *eiectis.*

8. μεμακτηριῶνος *cod. Rhedig. et ed. princ. Pro numero* ς *cod. Venetus habet* πέμπτη. *Verba* κατὰ Ἑβραίους – – – – αὐτὸν τάττουσι *adieci ex cod. Veneto. In libris reliquis desiderantur.*

9. ὁ *habet cod. ms.*

10. ἢ καὶ *cod. ms.*

11. πεμπτέτην *cod. ms.*

12. σαλμήνιοι *cod. ms.*

*μένου νέου ἔτους πέμπτον αὐτὸν τάττουσι,* [13] *παρῆλθε τὰς προειρημένας ὑπατείας εἰκοσιεννέα πλήρεις, εἰς δὲ τὴν τριακοστὴν ὑπατείαν,*
locis constituunt. Neque solum virtutem illum esse quandam asserunt, sed ipso etiam Christo maiorem esse dictitant. Christum vero simpliciter advenisse, atque illius ordine dignatum esse narrant, ex illo videlicet Davidis dicto: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* Ps. 109, 4. Qua re Melchisedeco dignitate sit inferior. Nisi enim secundum ab eo existimationis locum haberet, nequaquam ordine illius indigeret. Iam de eodem illo Melchisedeco ferunt, sine matre illum, ac patre, et genealogia fuisse, idque ex Pauli ad Hebraeos epistola affirmare conantur. Hebr. 7, 1. Praeterea commentitios quosdam libros ac confictos habent, quibus sibimetipsis illudunt. Verum ex ipsis scripturae verbis facile est istorum errorem convincere. Quod enim de domino a Davide pronuntiatum est, cum sacerdotem illum secundum ordinem Melchisedech fore praedixit, una et Christi sacerdotium iisdem est illis literis consignatum. Ac statim illud a divo Paulo subiectum legitur: *Assimilatus filio dei manet sacerdos in perpetuum.* Hebr. 7, 3. Iam vero si dei filio Melchisedec assimilatur, aequalis eidem esse non potest. Quomodo enim servus domino esse possit aequalis? Nam Melchisedec homo utique fuit. Patris vero ac matris expers dicitur, non quod ambobus illis caruerit, sed quod nulla sit illorum in divinis literis expressa mentio. Sane quam plurimos scripturarum profunda illustriaque quaeque humanae naturae mentem omnem ac cogitationem superant, in errorem adduxerunt. Siquidem Arabiae Petraeae incolae, quae regio Rochom et Edom appellatur, Moysem propter edita ab illo prodigia pro deo venerantur, et eius imaginem adorant, qua efficta in errorem delapsi sunt. Cuius quidem caussam non vir ille iustus sustinet, sed horum dementia potius, quae illius occasione veri opinionem numinis per ignorantiam excitavit. Sebaste vero, quae olim Samaria dicebatur, Iephtae filiam divinis honoribus consecrarunt, in cuius memoriam solenne quotannis festum celebrant. Sic haeretici isti, cum sapientiae ac dignitatis plenas scripturae voces audiissent, ad vecordiam traducti sunt, ac mente insolentius elati veritatis viam dereliquerunt, adeoque nihil illos sibi praeter fabulas finxisse planissime convincemus.

Enimvero nonnulli utriusque Melchisedecis parentum nomina Cap. II. commemorarunt, sed ea nusquam expressis scripturae verbis et in utroque testamento declarantur. Sunt qui Heraclam patrem illius appellatum, matrem vero Astaroth, sive Asteriam, dicant. Porro filius ille cuiusdam ex indigenis temporis illius fuit, qui tum in Sabae planitie degebant. Urbem ipsam Salem nominabant, de qua aliter est ab aliis traditum. Ac nonnulli eam esse censent, quae

αὐτὴν τὴν νῦν Ἱερουσαλὴμ καλουμένην, ποτὲ δὲ Ἰεβοὺς λεγομένην, ἄλλοι δὲ ἔφασαν ἄλλην τινὰ Σαλὴμ εἶναι ἐν τῷ πεδίῳ Σικίμων, κατ' ἀντικρὺς τῆς νυνὶ Νεαπόλεως καλουμένης. Εἴτε οὖν ἐντεῦθεν, ἢ καὶ ἐκεῖθεν (οὐ μακρὰν ἀλλήλων διεστήκασιν οἱ τόποι), [1] ὅμως ἡ ὑπόθεσις δηλοῖ τὸ ἔργον. Ἐξήνεγκε γάρ, φησὶ, τῷ Ἀβραὰμ ἄρτους καὶ οἶνον, καὶ ἦν ἱερεὺς τοῦ ὑψίστου κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ὃς ηὐλόγησε τὸν Ἀβραὰμ, καὶ δεκάτην ἔλαβε παρ' αὐτοῦ. Ἔδει γὰρ τὸν ἱερέα τοῦ ὑψίστου παρὰ δούλου θεοῦ τιμηθῆναι, καὶ πρῶτον μὲν τὸν Ἀβραὰμ προσενέγκαι τῷ ἐν ἀκροβυστίᾳ ἱερεῖ ἱερουργοῦντι, καὶ ἐπειδὴ ἐξ αὐτοῦ ἤμελλεν ἐκ περιτομῆς γίνεσθαι ἡ ἱερωσύνη, ἵνα πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ διὰ τῆς γνώσεως καθαιροῖτο, πρὸς τὸ μὴ αὐχοῦσαν τὴν περιτομὴν περὶ ἱερωσύνης δύνασθαι ἀντιλέγειν τῇ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἱερωσύνῃ. Εἰ γὰρ Ἀβραὰμ τῷ Μελχι-
pag. 470. σεδὲκ προσήνεγκε δεκάτην, οἱ δὲ ἀπὸ Ἀβραὰμ τῷ Λευὶ προσφέρουσι καὶ τῷ Ἀαρὼν, μετὰ χρόνον δὲ τοῦ πάλιν εἶναι τὴν ἱερωσύνην ἐκ περιτομῆς διὰ Ἀαρὼν, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ καθεξῆς, φάσκει ἡ γραφὴ διὰ τοῦ Δαβὶδ, μετὰ γενεὰς δεκαδύο τῆς τοῦ Λευὶ γεννήσεως, ἑβδόμης δὲ ἀπὸ τῆς Ἀαρὼν διαδοχῆς, φύσει ἔδοξεν οὐκ ἐν τῇ παλαιᾷ ἱερωσύνῃ τὸ ἱερατικὸν ἵστασθαι, μετατιθεμένης [2] δὴ εἰς τὴν πρὸ τοῦ Λευὶ καὶ πρὸ Ἀαρὼν κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ τῆς ἱερωσύνης· ὅπερ νυνὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πολιτεύεται, ἀπὸ Χριστοῦ καὶ δεῦρο μηκέτι τοῦ σπέρματος κατὰ διαδοχὴν ἐκλεγομένου, ἀλλὰ τοῦ κατὰ ἀρετὴν τύπου ζητουμένου.

Κεφ. γ΄. Πρώτη γὰρ ἱερωσύνη ἐν ἀκροβυστίᾳ διὰ τοῦ Ἄβελ τελεῖται, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑξῆς διὰ τοῦ Νῶε, [1] τρίτη δὲ διὰ τοῦ Μελχισεδὲκ, [2] τοῦ οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλὰ ἐν δικαιοσύνῃ μὲν, τελειότητι καὶ ἀρετῇ, ἐν ἀκροβυστίᾳ δὲ σαρκὸς θεῷ ἱερατεύσαντος. Καὶ ὅτι μὲν ὁ Μελχισεδὲκ ἄνθρωπος ἦν, αὐτὸς [3] ὁ ἅγιος θεοῦ ἀπόστολος ἐν τῇ ἐπιστολῇ δηλώσει. Φάσκει δὲ οὕτως· Ὁ δὲ [4] μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν δεδεκάτωκε τὸν πατριάρχην. Δῆλον [5] οὖν ὅτι [6] ἐξ αὐτῶν οὐ γενεαλογεῖται, [7] ἐξ ἄλλων δὲ γενεαλογεῖται. Πόσοι δὲ ἄλλοι οὐ γενεαλογοῦνται κατὰ τὸ φανερώτατον; Δανιὴλ, Σεδρὰχ, Μισὰκ, Ἀβδεναγὼ, Ἠλίας ὁ Θεσβίτης· καὶ ἐν πάσαις ῥηταῖς βίβλοις οὐδαμοῦ ἐμφέρονται τούτων οἱ πατέρες τε καὶ μητέρες. Ἵνα δὲ μὴ κατὰ τοῦτο πλάνη τις γένηται, οὐδὲν λυπήσει ἃ καὶ ἐν παραδόσεσι κατειλήφαμεν λέγειν. Εὑρήκαμεν γὰρ τοῦ Δανιὴλ τὸν πατέρα Σαβαάν τινα καλούμενον· τοῦ δὲ Ἠλία

Cap. II. — 1. *Fortasse* ὁμῶς. 2. *Reposui* δὴ *pro* δὲ, *quod libri tuentur.*

Cap. III. — 1. τρίτον *cod. Venet.*

2. *Verba* τοῦ οὐκ -- ἱερατεύσαντος *vulgo non extant. Adieci ea ex cod. Veneto.*

3. *Edidi haec verba secundum auctori-*

nunc Ierusalem, olim Iebus vocabatur. Alii Salem alteram in agro Sicimitico esse putant, quae Neapolim ex adverso respicit. Sed sive hinc, sive illinc venisse dicatur, non longe ambo haec loca a se invicem distant. Ac nihilominus quid ab eo gestum sit ipsa historiae expositio declarat. *Protulit* enim, inquit, *Abrahamo panes* Gen. 14, 18.
*et vinum: Et erat sacerdos altissimi per illud tempus.* Qui Abrahamo benedixit, et ab eo decumam accepit. Ita enim fieri decebat, ut a dei famulo altissimi sacerdos honoraretur, utque primus Abraamus praeputiato sacerdoti sacra celebranti munus offerret, quandoquidem futurum erat aliquando ut circumcisionis proprium sacerdotium originem ab illo ipso duceret, quo sublimitas omnis adversus dei cognitionem elata cognitione deprimeretur, ac ne circumcisio gloriosius sese iactitans de sacerdotio posset cum ecclesiae sanctae sacerdotio contendere. Cum enim Abrahamus Melchisedeco decumam obtulerit, illiusque posteri Levi et Aaroni deinceps offerrent, ac nihilominus postea, cum attributum circumcisioni sacerdotium adhuc penes Aaronem eiusque stirpem maneret, divina per Davidem scri- Ps. 109, 4.
ptura, duodecim ab origine Levi generationibus evolutis, ab Aaronis vero successione septem, oraculum illud ediderit, argumento illud fuit sacerdotii dignitatem in testamento vetere perpetuo non esse mansuram, sed in eum ordinem esse transferendum qui Levi et Aaronem antecessit. Quod ipsum a Christo ad hodiernum usque diem in ecclesia factum et administratum cernimus, ubi sacerdotalis generis non ex ipsa stirpe, sed ex virtutis forma ac ratione delectus instituitur.

Etenim primum in praeputio sacerdotium per Abelem perfectum Cap. III.
est, inde per Noëmum, ac tertio demum per Melchisedecum [, dei sacerdotem, non in circumcisione, sed quamquam in iustitia, in perfectione atque virtute, tamen in praeputio]. Quod autem Melchisedec homo fuerit, sanctus apostolus in eadem epistola declarat his verbis: *Cuius vero genealogia narratur ex illis, decimavit patriar-* Hebr. 7, 6.
*cham.* Apparet itaque generationem eius non illis adnumerari [, sed aliis]. Verum quam multi sunt quorum origines aperte non produntur, puta Daniel, Sidrac, Misac, Abdenago, Elias Thesbites, quorum qui parentes fuerint, nusquam in scripturis commemoratum legimus. Sed ne cuiquam erroris ex ea re occasio praebeatur, non gravabor ea hoc loco referre, quae nonnullorum traditione didicimus. Igitur Danielis patrem Sabaam fuisse quendam accepimus.

*tatem cod. Venet. Vulgo extat* ὁ ἅγιος ἀπόστολος ἐν τῇ Ἐπιστολῇ φάσκει οὕτως.

4. μὴ *desideratur in editis.*

5. οὖν ὅτι *desideratur in cod. Veneto.*

6. *Pro* ἐξ αὐτῶν οὐ *Petavius volebat* ἐξ ἑτέρων.

7. *Verba* ἐξ ἄλλων γενεαλογεῖται *vulgo non extant. Restitui ea ex auctoritate cod. Veneti.*

φύσει καὶ τὴν πατριαρχίαν ὡςαύτως εὕρομεν· ἥντινα καθ' εἱρμὸν ὑφηγήσομαι οὕτως. Ἠλίας ὁ Θεσβίτης ἀδελφὸς γέγονεν Ἰωδαὲ τοῦ ἱερέως, ἐξ ἱερέων δῆλον καὶ αὐτὸς ὑπάρχων, υἱὸς δὲ τοῦ Ἀχιμαὰμ, Ἀχιμαὰμ δὲ υἱὸς τοῦ [8] Σαδὼκ, Σαδὼκ δὲ τοῦ Ἀχιτὼβ, τοῦ Ἀμωρία, Ἀμωρίας υἱὸς τοῦ [9] Μωρία, Μωρίας τοῦ Ζαρᾶ, τοῦ Ἀζία, Ἀζίας τοῦ Φινεὲς, Φινεὲς υἱὸς τοῦ Ἐλεάζαρ, Ἐλεάζαρ υἱὸς τοῦ Ἀαρὼν, τοῦ ἱερέως δηλονότι, Ἀαρὼν υἱὸς τοῦ Ἀμρὰμ, Ἀμρὰμ τοῦ Καὰθ, Καὰθ τοῦ Λευὶ, Λευὶ τρίτος υἱὸς τοῦ Ἰακὼβ, Ἰακὼβ δὲ ἀδελφὸς μὲν Ἡσαῦ, παῖς δὲ τοῦ Ἰσαὰκ, Ἰσαὰκ υἱὸς τοῦ Ἀβραάμ. Ἐν δὲ ταῖς [10] ῥηταῖς βίβλοις οὐ πάνυ σαφῶς αἱ τούτων γενεαλογίαι ἐμφέρονται, ἢ μόνον ἐν ταῖς Παραλειπομέναις τῆς κατὰ τὸν Ἠλίαν ὑποθέσεως μέρη. Φύσει δὲ τῶν
pag. 471. τριῶν παίδων Σεδρὰχ, Μισὰκ, Ἀβδεναγὼ οὔτε ἐν ἀποκρύφοις, οὔτε ἐν παραδόσεσιν εὕρομέν [11] τι. Τί οὖν ἐροῦμεν; Ἄρα κἀκεῖνοι, οἱ περὶ Σεδρὰχ λέγω, φαντασιάσουσιν ἡμᾶς λογίζεσθαι ἃ μὴ χρὴ, καὶ ὑπερόγκως θαυμάζειν ὑπὲρ τὸ μέτρον τὰ ἑκάστης ὑποθέσεως; Ἀλλὰ μὴ γένοιτο. Καὶ ὅροι γὰρ ἐτέθησαν ἡμῖν, καὶ θεμέλιοι, καὶ οἰκοδομὴ τῆς πίστεως, καὶ ἀποστόλων παραδόσεις, καὶ γραφαὶ ἅγιαι, καὶ διαδοχαὶ διδασκαλίας, καὶ ἐκ πανταχόθεν ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ ἠσφάλισται, καὶ μηδεὶς ἀπατάσθω καινοῖς μύθοις.

Κεφ. δ'. Ἐπανελεύσομαι δὲ πάλιν εἰς τὰ προκείμενα, ὡς οὗτοι φαντάζονται περὶ τοῦ Μελχισεδέκ. [1] Ὅτι μὲν γὰρ δίκαιος ὑπῆρχε, καὶ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ, καὶ βασιλεὺς τῆς Σαλὴμ, ἀλλ' οὐκ ἐν οὐρανῷ ὑπάρχων καὶ ἀπ' οὐρανοῦ καταβεβηκώς. Οὐδεὶς γὰρ ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, φησὶν ὁ ἅγιος καὶ ἀψευδὴς θεὸς λόγος. Τὴν δὲ τάξιν τοῦ Μελχισεδὲκ κρατύνουσα ἡ θεία γραφὴ καὶ τὸ πνεῦμα ῥητῶς διδάσκον τὴν μετάθεσιν ἔδειξε τῆς ἱερωσύνης ἀπὸ τῆς παλαιᾶς συναγωγῆς καὶ τοῦ ἔθους εἰς ἔθος κάλλιστον καὶ ὑπέρτατον, καὶ οὐ μέτοχον σαρκικῆς διαδοχῆς [2] ἢ ἡνωμένον. Ὁ γὰρ Μελχισεδὲκ ὁ ἅγιος οὗτος οὐκέτι μετ' αὐτὸν διαδοχὴν ἔσχηκεν, ἀλλ' οὔτε ἀφαίρεσιν τῆς ἱερωσύνης. Ἔμεινε γὰρ αὐτὸς ἱερεὺς τὸν πάντα χρόνον τῆς αὐτοῦ ζωῆς, καὶ ἔτι ἐν τῇ γραφῇ ᾄδεται ἱερεὺς, μηδενὸς [3] αὐτῶν διαδεξαμένου, ἢ ἀνατρέψαντος τὴν κατὰ τὸν χρόνον αὐτοῦ ὑπηρεσίαν τῆς ἱερωσύνης. Οὕτω καὶ ὁ κύριος ἡμῶν οὐκ ὢν ἄνθρωπος, ἀλλὰ ἐκ θεοῦ ἅγιος θεὸς λόγος, υἱὸς θεοῦ γεννηθεὶς ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως, ἀεὶ σὺν πατρὶ ὢν, γενόμενος δι' ἡμᾶς ἐκ Μαρίας ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρός. Τὴν δὲ

8. σαδοὺκ *edit. princ.*
9. Μορία *editi libri.*
10. ῥητοῖς *editi libri.*
11. τι *abest a libris.*
Cap. IV. — 1. „Deest verbum" *Petavius annotavit.*

Quod ad Eliam attinet, eiusmodi illius stemma ac prosapiam reperimus, quam ordine hunc in modum percenseo. Fuit Elias Thesbites Iodaae sacerdotis frater, proindeque ex sacerdotali stirpe, filius Achimaami, Achimaamus Sadoci, Sadocus Achitobi, hic Amoriae, Amorias Moriae, Morias Zazae, iste Aziae, Azias Phineesi, Phineesus Eleazari, hic Aaronis sacerdotis, Aaron Amrami, hic Caathi, Caathus Levi, qui tertius Iacobi filius fuit. At Iacobus Esau frater, Isaaci filius, Isaacus Abrahami. At vero in sacris literis non omnino perspicue istorum origines indicantur; nisi forte quod in libris Paralipomenon nonnulla quae ad Eliam pertinent comprehensa sunt. Quod autem ad tres pueros spectat Sidrach, Misach, et Abdenago, nihil de iis neque in apocryphis, neque in traditionibus invenimus. Quidnam ergo dicemus? An et illi tres pueri nos in eum errorem coniicient, ut quod nefas est de illis cogitemus, et unamquamque rem supra quam par est et impensius admiremur? Absit ut id unquam in animum inducamus. Nam et termini praescripti nobis sunt, et fundamenta posita, et fidei structura, et apostolorum traditiones, et sacrae literae, et coelestis doctrinae propagata successio, ac denique divina veritas ex omni parte munita est, et constituta. Proinde nemo se inanibus fabulis in errorem abduci patiatur.

Redeo iam ad id quod mihi proposueram, ea videlicet, quae Cap. IV.
de Melchisedeco ineptissime confingunt. Fuit enim iustus ille quidem ac dei sacerdos et rex Salem, sed neque in coelo fuit, nec e coelo descendit. *Nemo enim ascendit in coelum, nisi qui de coelo de-* Ioann. 3, 13.
*scendit, filius hominis*, ait sanctissimus verissimusque deus idem et verbum. Illum vero Melchisedecis ordinem cum scriptura sacra confirmat ac sanctus spiritus expressis verbis asserit, sacerdotii translationem ostendit, quod ab vetere synagoga rituque egregium ac praestantissimum in ritum, neque carnali successione devinctum, postea transiit. Etenim sanctus ille Melchisedec nullum neque post se successorem habuit, nec ei sacerdotium est abrogatum, sed sacerdos toto vitae suae tempore mansit. Quare adhuc in sacris literis eadem sacerdotii dignitate celebratur, cum nemo ei successerit, aut illam sacerdotii functionem, quam suo tempore nactus est, everterit. Eodem plane modo dominus noster non nudus homo, sed ex deo deus verbum deique filius, ab eodem nullo initio aut tempore genitus, qui est cum patre perpetuo, sed homo tamen de Maria nostra caussa factus est, nec ex virili semine procreatus. Qui quidem

2. ἢ *ut adiceretur sententia postulavit. Desideratur autem in libris omnibus.* 3. *Repono* αὐτὸν.

ἱερωσύνην τῷ πατρὶ προσφέρει, ἐξ ἀνθρωπότητος τὸ φύραμα λαβὼν, ἵνα ὑπὲρ ἡμῶν ἱερεὺς καταστῇ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, τὴν μὴ ἔχουσαν διαδοχήν. Μένει γὰρ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν εἰς τὸ διηνεκὲς δῶρα προσφέρων, πρῶτον μὲν ἑαυτὸν προσενέγκας, ἵνα λύσῃ θυσίαν παλαιᾶς διαθήκης, τὴν ἐντελεστέραν ζῶσαν ὑπὲρ παντὸς κόσμου ἱερουργήσας, αὐτὸς ἱερεῖον, αὐτὸς θῦμα, αὐτὸς ἱερεὺς, αὐτὸς θυσιαστή-
pag. 472. ριον, αὐτὸς θεὸς, αὐτὸς ἄνθρωπος, αὐτὸς βασιλεὺς, αὐτὸς ἀρχιερεὺς, αὐτὸς πρόβατον, αὐτὸς ἀρνίον, τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος, ἵνα ἡμῖν ζωὴ κατὰ πάντα τρόπον γένηται, καὶ τῆς ἱερωσύνης αὐτοῦ τὸ ἀμετάστατον ἑδραίωμα εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπεργάσηται, οὐκέτι κατὰ σπέρμα τὰς διαδοχὰς μερίζων, ἀλλὰ κατὰ τὸ δικαίωμα φυλάττεσθαι ἐν πνεύματι ἁγίῳ δωρούμενος.

Κεφ. ε'. Φαντάζουσι δὲ [1] ἄλλοι περὶ τούτου τοῦ Μελχισεδὲκ λέγοντες. Σαρκικῶς γὰρ οἱ τοιοῦτοι ἀνεκρίθησαν, πνευματικῶς μὴ νενοηκότες τὰ ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Ἑβραίους εἰρημένα. Καὶ ὁ μὲν Ἱέραξ τοῦτον νομίζει Μελχισεδὲκ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὸ ἀφομοιούμενον, φησὶ, τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, μένει γὰρ ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές· ὡς ἀπὸ τῆς λέξεως ἧς εἶπεν ὁ ἅγιος ἀπόστολος, Τὸ δὲ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. Ὁ δὲ ἐπιστάμενος τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος οἶδεν ὅτι ὑπὲρ ἐκλεκτῶν ἐντυγχάνει τῷ θεῷ. Ἐξέπεσε δὲ καὶ οὗτος παντελῶς τοῦ προκειμένου. Οὐ γὰρ σάρκα ἐνεδύσατο τὸ πνεῦμά ποτε, σάρκα δὲ μὴ ἐνδυσάμενον, οὐκ εἶχεν εἶναι βασιλεὺς τῆς Σαλὴμ, καὶ ἱερεὺς τόπου τινός. Καιρῷ δὲ ὅτε περὶ τούτου τοῦ Ἱέρακος καὶ τῆς αὐτοῦ αἱρέσεως τὴν ἀνατροπὴν ποιήσομαι, τότε ἐν πλάτει περὶ τούτων διηγήσομαι, τῆς δὲ ἀκολουθίας τὰ νῦν ἐπιλήψομαι. Πόσα δὲ περὶ τούτου τοῦ Μελχισεδὲκ ἄλλοι φαντάζονται;

Κεφ. ϛ'. Σαμαρεῖται μὲν γὰρ τοῦτον νομίζουσιν εἶναι τὸν [1] υἱὸν τοῦ Νῶε Σήμ. Καταγέλαστοι δὲ καὶ αὐτοὶ εὑρεθήσονται. Ἀσφαλιζομένη γὰρ ἡ θεία γραφὴ πάντα μετὰ εὐταξίας κατὰ πάντα ἀλήθειαν ὠχύρωσεν, οὐκ εἰς μάτην τοὺς χρόνους τάξασα καὶ τὰ ἔτη. Ὅτε γὰρ Ἀβραὰμ ὑπῆρχεν ὀγδοηκονταοκτὼ ἐτῶν, ἢ καὶ ἐνενήκοντα, πλείω ἢ ἐλάσσω, ὁ Μελχισεδὲκ αὐτῷ ἀπήντα τότε καὶ [2] ἐξέβαλεν αὐτῷ ἄρτον καὶ οἶνον, προτυπῶν τῶν μυστηρίων τὰ αἰνίγματα ἀντίτυπα τοῦ κυρίου ἡμῶν, λέγοντος ὅτι, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, καὶ ἀντίτυπα τοῦ αἵματος τοῦ ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ νυχθέντος [3] καταρρεύσαντος εἰς κάθαρσιν τῶν κεκοινωμένων καὶ ῥαντισμὸν καὶ σωτηρίαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Ὁ

Cap. V. — 1. *Rescribendum videtur* ἄλλα.
Cap. VI. — 1. υἱὸν τοῦ Νῶε Σὴμ *scripsi Cornarium secutus, qui vertit:* Samaritae equidem hunc putant esse filium Noë ipsum Sem. *Desideratur*

sacerdotale patri suo munus offert, accepta ex natura hominum massa, ut pro nobis sacerdos secundum ordinem Melchisedec successione omni carentem constituatur. Manet enim, et assidue dona pro nobis offert. Inprimis quippe semetipsum obtulit, ut perfectiore vivaque pro totius mundi salute mactata hostia veteris testamenti sacrificium aboleret. In quo idem ipse victima fuit, ipse sacrificium, ipse sacerdos, ipse altare, ipse deus, ipse homo, ipse rex, ipse pontifex, ipse ovis, ipse agnus, adeoque omnia in omnibus propter nos est factus, ut modis omnibus nobis vita suppeteret ac sacerdotii sui constantem et immutabilem firmitatem in sempiternum statueret, ut non iam stirpis habita ratione successiones distribueret, sed ex iustificatione conservari propagarique in spiritu sancto singulari beneficio vellet.

Aliud praeterea nonnulli de eodem Melchisedeco somniant. Cap. V.
Eiusmodi enim homines carnaliter examinati sunt, cum spiritaliter 1.Cor. 2, 14.
ea quae ab apostolo in epistola ad Hebraeos dicta sunt nequaquam intellexerint. Quamobrem Hierax Melchisedecum spiritum esse sanctum existimat; quod ita de eo scriptum sit, *Assimilatus filio dei:* Hebr. 7. 3.
*manet enim sacerdos in perpetuum.* Quod et aliis apostoli verbis illustratur, cum dicit: *Spiritus vero pro nobis postulat gemitibus in-* Rom. 8. 26.
*enarrabilibus.* At qui spiritus sancti interiores sensus novit, non ignorat illum deo pro electis supplicare. Sed et iste nihilominus a proposito penitus aberravit. Non enim unquam spiritus sanctus carnem induit. Qua quidem si caruit, rex esse Salem, aut illius loci sacerdos non potuit. Verum opportuniori tempore, cum Hieracis illius haeresin refellam, de iis ipsis uberius disputabo. Nunc ut ordine cetera pertexam, quas de Melchisedeco alii fabulas serant, hoc loco proponam.

Igitur Samaritani Sem esse illum arbitrantur. In quo ridiculi Cap. VI.
plane sunt. Siquidem divina scriptura consentanee cuncta ac congrue stabiliens corroborandae in omnibus veritati studuit, neque frustra temporum annorumque seriem expressit. Cum itaque Abrahamus octuagesimum octavum, vel nonagesimum plus minus, aetatis annum ageret, ei Melchisedecus occurrit, ac panem ipsi vinumque Gen. 14, 18.
protulit. Quo facto mysteriorum significationes adumbravit, quae domini figuram exprimebant, qui dixit, *Ego sum panis vivus.* Sed Ioann. 6, 51.
et sanguinis illius figuram, qui e perforato ipsius latere ad eorum qui inquinati erant expiationem aspersionemque manavit. Iam vero

*enim in libris vetustis vocabulum* Νῶε. *Aliter placuit Petavio, qui verba* υἱὸν τοῦ *expungenda censebat.*

2. *Reposuerim* ἐξέφερεν *vel* ἐξήνεγκεν. *Sed etiam infra cap. 9. reperitur* ἐξέβαλεν.

3. καταρρεύσαντος *ego correxi. Libri habent* καὶ ῥεύσαντος.

δὲ τοῦ Ἀβραὰμ πατὴρ Θάῤῥα ἑβδομηκοστὸν κατάγων ἔτος τὸν Ἀβραὰμ
pag. 473. ἐγέννησε, καὶ γέγονεν ἔτη ρξ´ πλείω ἢ ἐλάσσω. Ναχὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν Θάῤῥα ἑβδομηκονταεννέα ἐτῶν ὑπάρχων, καὶ γέγονε σλθ´ ἔτη. Σεροὺχ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναχὼρ, ρλ´ ἐτῶν ὑπάρχων, καὶ γεγόνασιν ἔτη τξθ´. Ῥαγαὺ δὲ ἐγέννησε τὸν Σεροὺχ, ὑπάρχων ρλβ´ ἐτῶν, καὶ γέγονε πεντακοσιοστὸν πρῶτον ἔτος. Φαλὲκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥαγαὺ, ὢν ἐτῶν ρλ´, καὶ γέγονεν χλα´ ἔτος. Ἔβερ δὲ γεννᾷ τὸν Φαλὲκ, ἐν ἔτει [4] ρλδ´ τῆς αὐτοῦ ζωῆς, καὶ γεγόνασι ψξε´ ἔτη. Σάλα δὲ γεννᾷ τὸν Ἔβερ, ρλ´ ἔτος κατάγων τῆς αὐτοῦ ἡλικίας, καὶ γέγονεν ωϛε´ ἔτη. Ἀρφαξὰδ δὲ ρλε´ ἐτῶν ὢν ἐγέννησε τὸν [5] Σαλὰ, καὶ γέγονε αλ´ ἔτη. Σὴμ δὲ ἑκατοστῷ ἔτει ὁ προειρημένος, ὁ καὶ φαντασιαζόμενος παρὰ τοῖς Σαμαρείταις εἶναι Μελχισεδὲκ, ἐγέννησε τὸν Ἀρφαξὰδ, καὶ ὁμοῦ γέγονεν ἔτη αρλ´, ἕως τοῦ χρόνου τοῦ Ἀβραὰμ καθ᾽ ὃν συνήντησε τῷ Μελχισεδὲκ, ἐπανιὼν ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν περὶ Χοδολλογομὸρ καὶ Βάρσα καὶ Συμοβὸρ καὶ Ἀμαρφὰλ τῶν βασιλέων. Οὐκ ἔζησε δὲ Σὴμ τοσαῦτα ἔτη, κατὰ τὴν τούτων ληρώδη φαντασίαν, ἀλλὰ ρε´ ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Ἀρφαξὰδ, ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει μετὰ τὸν κατακλυσμόν. Καὶ ἔζησε μετὰ ταῦτα φ´ ἔτη, ὥς φησιν ἡ θεία γραφὴ, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἀπέθανε. Τοίνυν αὐτοῦ ζήσαντος ἑξακόσια πέντε ἔτη, καὶ τελευτήσαντος, πῶς ἠδύνατο φθάσαι εἰς αρλ´ ἔτη, ἵνα ὁ Σὴμ ὁ υἱὸς τοῦ Νῶε πρὸ δέκα γενεῶν καλούμενος Μελχισεδὲκ παρὰ τούτοις μετέπειτα μετὰ δέκα γενεὰς καὶ αρλ´ ἔτη νομισθείη; Καὶ ὢ τῆς πολλῆς τῶν ἀνθρώπων πλάνης. Κατὰ δὲ ψῆφον ἄλλων ἀντιγράφων ἀπὸ τῆς τοῦ Σὴμ ἡλικίας, ἐξότε γεγέννηται ὁ αὐτὸς Σὴμ, ἕως τοῦ προδεδηλωμένου χρόνου τῆς τε τοῦ Ἀβραὰμ συναντήσεως [6] τῷ Μελχισεδὲκ, ἥτις ἦν ἐν ὀγδοηκοστῷ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἢ ἐνενηκοστῷ, γίνεται χκη´ ἔτη πλείω ἢ ἐλάσσω, ὥϛτε ἐξάπαντος μὴ δύνασθαι εἰς τὸν προδεδηλωμένον τοῦ Ἀβραὰμ χρόνον τὸν Σὴμ φθάνειν, ἵνα καὶ Μελχισεδὲκ νομισθείη. Καὶ διέπεσε πανταχόθεν ἡ τῶν Σαμαρειτῶν χυδαιολογία.

Κεφ. ζ´. Ἰουδαῖοι πάλιν φάσκουσι τὸν τοιοῦτον δίκαιον μὲν εἶναι καὶ ἀγαθὸν, καὶ ἱερέα τοῦ ὑψίστου, ὡς ἔχει ἡ θεία γραφὴ, διὰ δὲ τὸν υἱὸν
pag. 474. εἶναι πόρνης, φασὶ, τὴν μητέρα αὐτοῦ μὴ γεγράφθαι, μηδὲ τὸν πατέρα αὐτοῦ γινώσκεσθαι. Ἐξέπεσε δὲ καὶ τούτων ὁ ληρώδης λόγος. Καὶ Ῥαὰβ πόρνη ὑπῆρχε καί ἐστι γεγραμμένη, καὶ [1] Ζαμβρὴ πορνεύσας γέγραπται καὶ [2] Χασβιθὴ μετ᾽ αὐτοῦ, καίπερ ἀλλοτρία οὖσα, καὶ οὐκ ἀπὸ γένους Ἰσραὴλ ἀναγομένη. Καὶ πᾶς ὁ μὴ διὰ θύρας εἰϛερχόμενος, ὡς ἔφη τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, ληστὴς, καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν ὑπάρχει. Ἐν δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ φύσει τινὲς διαφόρως τοῦτον τὸν Μελχισεδὲκ ὁρίζονται. Οἱ μὲν γὰρ [3] αὐτὸν νομίζουσι φύσει τὸν υἱὸν τοῦ

4. *Libri vulgo corrupte* ρδ´.
5. Σαλὰκ *edit. princ.*
6. *Libri habent* τοῦ *pro* τῷ.
CAP. VII. — 1. *H. e.* Ζαμβρί.

Tharre septuagesimo aetatis anno Abrahamum genuit. Colliguntur anni fere centum sexaginta. Nagor vero Tharre genuit annum agens septuagesimum nonum. Ita fiunt anni CCXXXIX. Seruch Nachor genuit anno aetatis CXXX. Colliguntur anni CCCLXIX. Rhagau genuit Seruch anno vitae suae CXXXII. Consurgunt anni DI. Phalec Rhagau genuit anno aetatis CXXX. Fiunt anni DCXXXI. Heber porro genuit Phalec anno vitae suae CXXXIV. Fiunt anni DCCLXV. Sale genuit Heber, cum aetatis annum ageret CXXX. Efficiuntur anni DCCCXCV. Arphaxad anno CXXXV genuit Sale. Fiunt anni MXXX. Porro Sem, quem antea diximus a Samaritanis pro Melchisedeco haberi, genuit Arphaxad, aetatis anno centesimo. Summa annorum MCXXX ad Abrahami tempus quo Melchisedeco obviam venit reversus a caede Chodollogomor et Barsa et Symobor et Hamarphal regum. Verum tot annos, quot illorum somnia ferunt, Sem minime vixit, sed centesimo quinto Arphaxad genuit, altero post diluvium anno. Secundum quod, ut scriptura testatur, quingentos insuper vixit, *Genuitque filios et filias et mortuus est.* Qui igitur post sexcentos et quinque aetatis annos mortuus est, quomodo ad MCXXX usque pervenit, ut qui ante generationes decem Sem Noemi filius vocaretur, iis demum exactis, hoc est MCXXX annorum intervallo, Melchisedecus illorum opinione censeretur? O singularem hominum amentiam! Ceterum ex aliorum exemplarium supputatione ab ortu Sem ad illud tempus quo Abrahamo Melchisedecus occurrit, id quod octuagesimo vel nonagesimo vitae illius anno contigit, consurgunt anni plus minus DCXXVIII. Adeo ut quocumque se demum convertant, ad Abrahami tempus illud, quod diximus, pervenire Sem non potuerit, ut Melchisedecus habeatur. Eoque modo Samaritanorum undique vanitas convincitur.

Gen. 11. | Gen 11, 11.

Sed Iudaei iustum eundem ac probum fuisse, et sacerdotem altissimi, fatentur, ut est in sacris literis proditum, quod autem meretricis filius esset, neque matris nomen esse scriptum, neque patris ullo modo cognitum. Atqui nec illorum ineptissimus sermo procedit. Nam et Rahab meretrix fuit, et eius nihilominus scriptura meminit. Sed et Zambri et Chasbithae adulterium ibidem expressum, tametsi alienae stirpis haec esset, nec Israelitarum ex genere originem traheret. Enimvero *Omnis qui per ostium non intrat, fur est, non pastor,* ut in evangelio scriptum est. Quod ad catholicos attinet, non uno modo de Melchisedeco statuitur. Quidam enim dei

Cap. VII. | Ios. 2, 1. | Num 25, 15. | Ioann. 10, 2.

2. *H. e.* Χασβί. 3. *Ita correxerunt Cornarius atque Petavius. Libri habent* αὐτοῦ.

θεοῦ ἐν ἰδέᾳ ἀνθρώπου τότε τῷ Ἀβραὰμ πεφηνέναι· ἐκπίπτουσι δὲ καὶ αὐτοὶ τοῦ προκειμένου. Οὐ γάρ τις ἑαυτῷ ὅμοιος γεννήσεταί ποτε· ὡς ἔχει ἡ θεία γραφὴ ὅτι, Ἀφωμοιωμένος τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. Τῷ ὄντι δὲ ὁ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν τὸν Ἀβραὰμ δεδεκάτωκεν, ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐξ αὐτῶν τῶν Ἰσραηλιτῶν γενεαλογεῖται, γενεαλογεῖται δὲ ἐξ ἄλλων ἀνθρώπων. Τούτων [4] ἕνεκα πάντων τὴν ὑπόμνησιν ποιησάμενοι διὰ τὴν αἵρεσιν ταύτην ὑπεμνήσθημεν, καὶ ὡς ἐν παρεκβάσει περὶ τούτων διηγησάμεθα.

Κεφ. ή. Εἰς ὄνομα δὲ τούτου τοῦ Μελχισεδὲκ ἡ προειρημένη αἵρεσις καὶ τὰς προσφορὰς ἀναφέρει, καὶ αὐτὸν εἶναι εἰσαγωγέα πρὸς τὸν θεὸν καὶ δι' αὐτοῦ, φησὶ, δεῖ τῷ θεῷ προσφέρειν, ὅτι ἄρχων ἐστὶ δικαιοσύνης, ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατασταθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐν οὐρανῷ, πνευματικός τις ὢν, καὶ υἱὸς θεοῦ τεταγμένος. Καὶ [1] δεῖ ἡμᾶς αὐτῷ προσφέρειν, φασὶν, ἵνα δι' αὐτοῦ προσενεχθῇ ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ εὕρωμεν δι' αὐτοῦ ζωήν. Καὶ Χριστὸς μὲν, [2] φασὶν, ἐξελέγη ἵνα ἡμᾶς καλέσῃ ἐκ πολλῶν ὁδῶν εἰς μίαν ταύτην τὴν γνῶσιν, ὑπὸ θεοῦ κεχρισμένος καὶ ἐκλεκτὸς γενόμενος, ἐπειδὴ ἀπέστρεψεν ἡμᾶς ἀπὸ εἰδώλων καὶ ὑπέδειξεν ἡμῖν τὴν ὁδόν. Ἐξ οὗπερ ὁ ἀπόστολος ἀποσταλεὶς ἀπεκάλυψεν ἡμῖν ὅτι μέγας ἐστὶν ὁ Μελχισεδὲκ, καὶ ἱερεὺς μένει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ, Θεωρεῖτε πηλίκος οὗτος· καὶ ὅτι τὸ ἔλασσον ἐκ τοῦ μείζονος εὐλογεῖται, διὰ τοῦτο, φησὶ, Καὶ τὸν Ἀβραὰμ τὸν πατριάρχην εὐλόγησεν, ὡς μείζων ὤν· οὗ ἡμεῖς ἐσμεν μύσται, ὅπως τύχωμεν παρ' αὐτοῦ τῆς εὐλογίας.

Κεφ. θ'. pag. 475. Καὶ ὡς μάταιος πᾶσα αἱρέσεων ἡ διάνοια. Ἰδοὺ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἠρνήσαντο τὸν αὐτῶν δεσπότην, τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς τῷ ἰδίῳ αὐτοῦ αἵματι, τὸν οὐκ ἀπὸ Μαρίας ἐναρξάμενον, ὡς αὐτοὶ νομίζουσιν, ἀλλ' ἀεὶ ὄντα πρὸς τὸν πατέρα θεὸν λόγον, γεγεννημένον ἐκ τοῦ πατρὸς ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως, ὡς πᾶσα γραφὴ διηγεῖται. Φησὶ γὰρ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, καὶ οὐ τῷ Μελχισεδέκ. Ὁ μὲν γὰρ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ ἐστιν τοῦ ὑψίστου ἐν τῇ ἰδίᾳ γενεᾷ, καὶ οὐκ ἔσχε διάδοχον μετ' αὐτὸν, ἀλλὰ οὐκ ἔστιν ἄνωθεν ἀπ' οὐρανοῦ καταβάς. Οὐ γὰρ εἶπεν ἡ γραφὴ ὅτι, Κατήνεγκε τῷ Ἀβραὰμ ἄρτον καὶ οἶνον, ἀλλὰ, Ἐξέβαλεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ, ὡς ἀπὸ τῶν βασιλέων ὑποδεξάμενος τὸν ἐρχόμενον πατριάρχην, καὶ ηὐλόγησεν αὐτὸν διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ δικαιοσύνην, καὶ τὸ πιστὸν καὶ τὸ εὐλαβὲς τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι ἐν ἅπασι δοκιμασθεὶς ἐν οὐδενὶ ἐξέπεσε τῆς δικαιοσύνης ὁ πατριάρχης. Ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ συνεργὸν

4. *Rescribendum arbitror* ἀνέκαθεν *pro* ἕνεκεν. — *Cornarius vertit:* horum sane gratia, omnium aliorum propter hanc haeresin mentionem fecimus, et velut in digressione de his narravimus.

filium hunc existimant Abrahamo tum humana specie sese videndum
obtulisse. Verum illi penitus aberrasse videntur. Neque enim sibi
ipsi similis appellari quispiam potest, cum de Melchisedeco scriptura
hunc in modum loquatur: *Qui assimilatus filio dei manet sacerdos in* Hebr. 7, 3.
*aeternum.* Ceterum verum illud est, eum, cuius ex ipsis origo
minime duceretur, decumas ab Abrahamo cepisse, quoniam ex aliis
hominibus quam Israelitis genus illius pertexitur. Haec omnia propter
haeresin istam a nobis commemorata sunt, ac velut digressione
quadam instituta narratio.

Iam vero in eiusdem Melchisedecis nomine etiam oblationes Cap. VIII.
suas eadem secta celebrat, quem apud deum internuntium esse praedicat.
Quamobrem huius, aiunt, interventu offerre deo par est,
eo quod iustitiae sit princeps, et ad id ipsum a deo in coelo constitutus,
utpote spiritalis ac dei filius. Itaque primum ei debemus offerre,
ut per eundem pro nobis repraesententur, ac vitam per eum
consequamur. Etenim Christus, aiunt, ob id electus est, ut nos
ad unam hanc scientiam ac multiplici viarum divortio revocaret, et
idcirco a deo unctus et selectus est, quoniam nos a cultu simulacrorum
avertit et iter ostendit. Unde et apostolus a deo missus istud
ipsum nobis aperuit: *Magnum esse Melchisedecum, et sacerdotem in* Hebr. 7, 4.
*aeternum manere. Intuemini,* inquit, *quantum est ille.* Tum, quoniam
quod minus est a maiore benedicitur. Ob id, inquiunt, Abrahamo
patriarchae benedixit, utpote eo maior. Cuius nos mystae
sumus, ut ab illo benedictionem impetremus.

Sed quam inanis est haereseon omnium sensus! Nam et isti Cap. IX.
dominum suum abnegarunt, qui illos suo sanguine redemit, quique
non a Maria, ut illi putant, initium traxit, sed apud patrem semper
extitit, deus verbum, a patre sine ullo initio aut tempore genitum,
ut universa scriptura declarat. Sic enim loquitur: *Faciamus hominem* Gen. 1, 26.
*ad imaginem, et similitudinem nostram.* Non Melchisedeco dixit;
qui tametsi dei altissimi sacerdos aetate sua fuerit, nec ullum
post se successorem habuerit, minime tamen e supremis est, neque
e coelo descendit. Proinde scriptura non dixit, *Demisit Abrahamo* Gen. 14, 18.
*panem et vinum,* sed *Protulit,* tam ipsi quam iis qui cum eo erant,
ut a regum profligatione venientem patriarcham exciperet. Huic
igitur pro ea qua praeditus erat iustitia ac fide et religione benedixit.
Quoniam in omnibus probatus nulla officii sui parte ab iustitia patriarcha
deciderat. Quinetiam deum in illa expeditione opitulatorem

Cap. VIII. — 1. δεῖ *restituerunt Cornarius et Petavius. Libri habent* δι' ἡμᾶς. 2. *Libri habent* φησίν.

ἔσχε τὸν θεὸν, κατὰ τῶν ἀληθῶς ἐπελθόντων τῇ τῶν Σοδομιτῶν χώρᾳ, καὶ ἀφελομένων καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ τὸν ἅγιον Λὼτ, ὃν καὶ ἀπέστρεψε μὲν μετὰ πάσης τῆς σκυλεύσεως καὶ λαφυραγωγίας. Καὶ πόθεν γὰρ οὐ δείξωμεν ὅτι ἦν ἀεὶ υἱὸς σὺν πατρί; Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· καὶ οὐκ εἶπεν, Ὁ Μελχισεδὲκ ἐν ἀρχῇ ἦν. Καὶ πάλιν, Ἦλθεν οὖν κύριος πρὸς Ἀβραὰμ, καὶ ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου πῦρ καὶ θεῖον ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα. Καὶ ἅγιος ἀπόστολός φησιν, Εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα. Καὶ ἵνα μή τις εἴπῃ, Οὐκοῦν ποῦ ἐστι τὸ πνεῦμα, ἐπειδὴ περὶ ἑνὸς καὶ ἑνὸς διηγεῖται; οὐκ ἔδει τὸ πνεῦμα αὐτοσύστατον αὐτὸ γενέσθαι ἑαυτοῦ. Ἀεὶ γὰρ φυλάττεται ἡ θεία γραφὴ ὑπογραμμὸς ἡμῖν γίνεσθαι. Ἐφθέγγετο οὖν ἐν πνεύματι ἁγίῳ ὁ ἀπόστολος καὶ ἔλεγεν, Εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα. Ἦν δὲ σὺν πνεύματι ἁγίῳ λέγων τοῦτο· οὐ γὰρ ἵνα λείψῃ ἡ τριάς. Αὐτὸς δὲ ὁ κύριος σαφῶς λέγει ὅτι, Ἀπελθόντες βαπτίσατε πάντα τὰ ἔθνη εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. Καὶ πάλιν ὁ ἀπόστο-
pag. 476. λος λέγει, Ἓν δέ ἐστιν τὸ πνεῦμα τὸ διαιροῦν ἑκάστῳ ὡς βούλεται πρὸς τὸ συμφέρον. Ἰδοὺ τοίνυν πατὴρ, ἰδοὺ υἱὸς, ἰδοὺ πνεῦμα ἅγιον, καὶ οὐδαμοῦ Μελχισεδέκ. Οὔτε ἐν τοῖς χαρίσμασιν εἶπεν ὅτι δωρεῖται, οὔτε ἐν τοῖς ὑψώμασι. Καὶ μάτην παρὰ τούτοις ᾄδεται τὰ ψευδῆ καὶ ἐπινενοημένα τῶν προσκομμάτων, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτοῦ τοῦ συρίγματος τοῦ δράκοντος, ὡς ἑκάστην ἠδυνήθη ἀπατῆσαί τε καὶ πλανῆσαι.

Καὶ περὶ τούτων δὲ ἱκανῶς διαλεχθέντες καταλείψωμεν, ὥςπερ μυογαλλίδιον λίθῳ πεπαικότες διὰ τῆς στερεᾶς πίστεως καὶ ἑδραιώματος, καὶ φυγόντες τὸ ἰοβόλον δηλητήριον. Τὸ γὰρ [1] μυογαλλίδιόν φασι πρὸς μὲν τὴν ὥραν μηδὲν ἀδικεῖν τὸν δακνόμενον, χρόνῳ δέ τινι τὸ σῶμα ἀφανίζειν, καὶ εἰς λώβησιν [2] κελεφίας ἕως ὅλων τῶν μελῶν ἄγειν τὸν ἐπιβουλευθέντα. Οὕτω καὶ αὕτη ἡ διάνοια τοῖς εὐθὺς περὶ τού-

Cap. IX. — 1. *De muris aranei veneno v. Schneid. ad Colum. de Re Rust. VI, 17, 1.*

2. *Non piget huc ea transcribere quae Cl. Salmasius sub nomine Francisci Franci in Confutatione Animadversorum Antonii Cercoetii adversus Petavii ad h. v. dictata disputavit p. 80:* „Fatetur se diu ignorasse quid esset λώβησις κελεφίας, tandem tamen a Graecis ipsis edoctum esse vulgari Graecorum idiotismo κελεφὸν appellari τὸν λεπρὸν, et κελεφίαν λέπραν, qua in significatione vocis acquiescendum arbitratur. Narro tibi, Cercoeti, quod male ab illis Graecis didicisti, tibi nunc esse dediscendum. Apud Achmetis Onirocritica cap. CVII. titulus ita concipitur in manuscripto codice quem vidi: Περὶ λωβώσεως καὶ κελεφίας. Nam vulgo legitur: Περὶ λωβῶν καὶ κελυφῶν. At caput CX. est Περὶ λέπρας. Quo uno argumento satis revincitur aliud esse κελεφίαν, aliud λέπραν. Κελεφία est quum to-

adversus hostes habuit, qui in Sodomitarum agrum eruperant, indeque fratris filium sanctum Lot abduxerant, quem cum omni praeda ac spoliis incolumem reduxit. At illud quam copiose demonstrari potest, filium cum patre perpetuo fuisse? *In principio*, inquit, *erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum.* Non dixit, *In principio erat Melchisedec.* Item: *Venit igitur dominus ad Abraham, et pluit dominus a domino ignem et sulphur super Sodoma et Gomorrha.* Praeterea, *Unus deus*, ait apostolus, *ex quo omnia, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Ac ne quis obiiceret, Ubi est igitur spiritus sanctus, cum unius atque unius duntaxat mentionem faciat? Sed spiritum sanctum suimet ipsius commendatorem ac praedicatorem esse minime congruebat. Illud enim scriptura sacra perpetuo servat, ut se nobis exemplaris instar proponat. Quocirca haec in spiritu sancto loquebatur apostolus: *Unus deus ex quo omnia, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Atqui cum spiritu sancto ista dicebat, neque mancam esse triadem volebat. Ad haec dominus ipse perspicue dicit: *Euntes baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti.* Apostolus quoque: *Unus vero est spiritus*, inquit, *dividens unicuique prout vult, ad eius utilitatem.* En igitur pater, en filius, en spiritus sanctus. Nusquam Melchisedec. Neque cum de coelestibus donis mentio fit, impertiri haec ab illo dixit, neque cum de sublimibus disseruit. Proindeque frustra eiusmodi ab illis mendacia ad animorum offensionem conficta praedicantur. Quae quidem non ex veritate, sed draconis sibilo profecta sunt, pro eo ac quamlibet sectam decipere atque in errorem abducere potuit.

Ioann. 1. 1.
1. Cor. 8. 6.
Matth. 28, 19.
1. Cor. 12. 11.

Cum autem abunde iam de illis disputatum sit, missos demum faciamus, quos muris aranei instar solida ac stabili fide velut lapide percussimus, ac letiferum virus evasimus. Hanc enim muris aranei naturam esse ferunt, ut e vestigio quidem nullam ei qui morsus est perniciem inferat, verum paulatim corpus extinguat, ac membra eius omnia labe illa quam κελεφίαν vocant inficiat. Sic haeresis illius dogma primo statim auditu levissimi esse momenti videtur, sed ubi

tum corpus in bullas sive pustulas surgit sanguinolentas et saniosas, in modum siliquae folliculorum extumidas. Φλυκτίδας vocat Aëtius in eodem morbo describendo. Κελεφίαν vocarunt recentiores quasi κελυφίαν. Nam κέλυφος est folliculus, pro quo κέλεφος infima dicit Graecia. Λόβωσιν etiam dixerunt, ἀπὸ τῶν λοβῶν, a folliculis. Λόβωσις autem scribendum, non λώβωσις aut λώβησις. Nam aliud λωβᾶσθαι, aliud λοβοῦσθαι. Hinc σὰρξ λοβουμένη Pisidae quae hoc πάθει infecta est: Καὶ σὰρξ ἐχιδνῶν ἀντιφάρμακος δόσις, Καὶ σφίγμα σαρκὸς γίνεται λοβουμένης. Τὸν ῥοῦν γὰρ ἱστᾷ, καὶ τὸν ἰχῶρα ξέει, Καὶ σωματουργεῖ τὰς ῥέουσας εἰκόνας, Μορφοῦσα τὰ πρόσωπα τῆς ἀμορφίας. Hic verbis τὴν κελεφίαν, sive λόβωσιν, plane expressit. Sed de his alibi plura." — *V. infra haer.* 66, 9. *et quae ibi adnotata.*

των ἀκούσασι φαίνεται ὡς οὐδὲν, προςεντριβομένη δὲ ἡ τῶν λόγων παρολκὴ ζήτημα ἐμποιεῖ, καὶ ὥςπερ ἀφανισμὸν τοῖς μὴ τυχοῦσι τοῦ βοηθήματος τῆς ἀντιδότου ταύτης. Οὐ τάχιον δὲ φαίνεται τὸ ζῶον. Ἐν νυκτὶ γάρ ἐστι πορευόμενον, καὶ οὕτω τὴν βλάβην ἐργάζεται, μάλιστα δὲ ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ· ὡς ἰστέον ἐστὶ τοῖς τὴν γνῶσιν τοῦ ζώου ἐπισταμένοις, ὅτι οὐ παρέργως, οὔτε σεσυκοφαντημένως τῆς τοῦ ζώου ὑποθέσεως πεποιήμεθα τὴν μνήμην. Τοῦτο γὰρ αὐτοῦ τὸ δικαίωμα ὑπάρχει. Ἐφεξῆς δὲ βαδιοῦμαι ἐπὶ τὰς ἄλλας, ὅπως τὸ ἐπάγγελμα ἐν θεῷ πληρῶσαι καταξιωθέντες τῷ θεῷ εὐχαριστήσωμεν.

## ΚΑΤΑ ΒΑΡΔΗΣΙΑΝΙΣΤΩΝ,

### τριακοστὴ ἕκτη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ ἕκτη.

Κεφ. α'. Τούτοις καθεξῆς συνέπεται Βαρδησιάνης τις οὕτω καλούμενος. Ὁ δὲ Βαρδησιάνης οὗτος, ἐξ οὗπερ ἡ αἵρεσις τῶν Βαρδησιανιστῶν γεγένηται, ἐκ Μεσοποταμίας μὲν τὸ γένος ἦν, τῶν κατὰ τὴν Ἐδεσσηνῶν πόλιν κατοικούντων. Ὃς τὰ μὲν πρῶτα ἄριστός τις ἀνὴρ ἐτύγχανε, λόγους δὲ οὐκ ὀλίγους συνεγράψατο, ὁπηνίκα ἐρρωμένην εἶχε τὴν διάνοιαν. Ἐκ γὰρ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ὡρμᾶτο, λόγιός τις ὢν
pag. 477. ἐν ταῖς δυσὶ γλώσσαις, Ἑλληνικῇ τε διαλέκτῳ καὶ τῇ τῶν Σύρων φωνῇ. Αὐγάρῳ δὲ τῷ τῶν Ἐδεσσηνῶν δυνάστῃ ἀνδρὶ ὁσιωτάτῳ [1] καὶ λογιωτάτῳ ἐξοικειούμενος τὰ πρῶτα, καὶ συμπράττων τε ἅμα καὶ τῆς αὐτοῦ μετασχὼν παιδείας, διήρκεσε μὲν μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἄχρι τῶν χρόνων [2] Ἀντωνίνου Καίσαρος, οὐ τοῦ Εὐσεβοῦς καλουμένου, ἀλλὰ τοῦ [3] Οὐήρου, ὃς πολλὰ Ἀβειδὰν τὸν ἀστρονόμον κατὰ εἱμαρμένης [4] ψέγων συνελογίσατο. Καὶ ἄλλα δὲ κατὰ τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἐμφέρεται αὐτοῦ [5] συγγράμματα. Ἀπολλωνίῳ δὲ τῷ τοῦ [6] Ἀντωνίνου ἑταίρῳ [7] ἀντῆρε παραινούμενος ἀρνήσασθαι τὸ Χριστιανὸν ἑαυτὸν λέγειν. Ὁ δὲ σχεδὸν ἐν τάξει ὁμολογίας κατέστη, λόγους τε συνετοὺς ἀπεκρίνατο, ὑπὲρ εὐσεβείας ἀνδρείως ἀπολογούμενος, θάνατον μὴ δεδιέναι φήσας, ὃν ἀνάγκη ἔσεσθαι, κἂν τε τῷ βασιλεῖ μὴ ἀντείποι. Καὶ οὕτως ὁ ἀνὴρ τὰ πάντα μεγάλως ἦν κεκοσμημένος, ἕως ὅτε τῷ ἀστοχήματι τῆς ἑαυτοῦ αἱρέσεως περιέπεσε, δίκην νηὸς γεγονὼς καλλίστης, φόρτον δὲ ἀσυνείκαστον ἐμβαλλομένης, καὶ παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ λιμένος λακισθείσης καὶ ἀπολεσάσης τε τὴν πᾶσαν πραγματείαν, καὶ ἑτέροις τοῖς ἐπιβάταις θάνατον ἐμποιησάσης.

Cap. I. — 1. *Verba* καὶ λογιωτάτῳ *adieci ex cod. Veneto.*

2. Ἀντωνίνου *cod. Ven.* Ἀντωνίου *habent reliqui libri. — Grabe Spicil. SS. PP. I, p.* 317. *Antoninum Eliogabalum, cognomine* Varium *significari est suspicatus.*

3. βήρου. ὃς πολλὰ αὐειδὰν *cod. Ven.*

4. *Scripsi* ψέγων *pro* λέγων, *quae*

paulatim progressi illorum sermones irrepserint, quaestiones primum ac dubitationes, deinde exitium afferunt iis qui hoc praesidio ac velut antidoto minime sunt instructi. Ceterum non temere se animal illud ostendit, sed nocte grassatur, et illam quam dixi perniciem consciscit, atque in Aegypto potissimum: ut qui naturam eius noverint, non dubitent haud abs re, neque per calumniam huius a nobis mentionem esse factam, cum istiusmodi sit natura praeditum. Deinceps vero ad reliquas progredior, ut, posteaquam id quod suscepimus divina ope perfecerimus, eidem gratiam vicissim habeamus.

## CONTRA BARDESIANISTAS,
## haeresis XXXVI., sive LVI.

Proxime ab illis Bardesianes quidam numerandus est, a quo Cap. I. Bardesianistarum haeresis initium accepit. Hic e Mesopotamia oriundus, ex urbe Edessa, principio longe optimus vir fuit, ac libros quamplurimos conscripsit, cum adhuc sana atque integra mente esset. Quippe in ecclesia catholica versabatur, utriusque linguae, Graecae videlicet, ac Syriacae peritus. Cumque Abgaro Edessenorum regulo viro sanctissimo familiaritate coniunctus esset, ac cum eo concorditer se in omnibus gereret, et eiusdem disciplinae esset particeps, post eius obitum ad Antonii Caesaris usque tempora perseveravit, non Pii, sed Veri. Idem adversus Abidam astrologum contra fatum pluribus disputavit. Nec alia pauca illius monumenta feruntur rectae fidei consentanea. Quinetiam Apollonio Antonini familiari, ut se Christianum negaret, suadenti acquiescere noluit, ac propemodum inter fidei confessores relatus est. Etenim pietatis patrocinio fortissime suscepto sapienter inprimis respondit, negavitque mortem se timere, cuius, etsi imperatori non resisteret, sibi nihilominus necessitas immineret. Ita vir ille praeclarissimis ornamentis praeditus hactenus fuit, donec infelici fato suum illum in errorem incidit; similiter atque egregia navis, quae infinitis onusta mercibus ad portum illisa non modo iacturam rerum omnium facit, sed et vectoribus exitium adfert.

*verba non semel in vetustis membranis confusa deprehendi. Petavius, Cornarium secutus qui vertit* „Et multa in Abidan astronomum contra fatum disserens“ *cett., huic loco mederi sibi visus est scribendo* πολλὰ πρὸς Ἀβειδὰν — λέγων. — *Ceterum de Bardesanis contra fatum libro cf. Euseb. Praep. Evang. VI,* 8.

5. συντάγματα *cod. Ven.*

6. Ἀντωνίνου *cod. Ven. Vulgo* Ἀντωνίου.

7. *Ita cod. Venet. Vulgo* ἀντήρει. — *De Apollonio hoc cf. Casaub. ad Iul. Capitolin. p.* 53.

Κεφ. β'. Προσφθείρεται γὰρ οὗτος [1] Οὐαλεντίνοις, καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν μοχθηρίας ἀνιμᾶται τὸ δηλητήριον τούτων, καὶ ζιζανιῶδες. Πολλάς τε καὶ ἄλλας καὶ αὐτὸς ἀρχὰς καὶ [2] προβολὰς διηγήσατο, καὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀρνησάμενος ἐδογμάτισε ταύτην τὴν αἵρεσιν. Χρῆται δὲ νόμῳ καὶ προφήταις, παλαιᾷ τε καὶ καινῇ διαθήκῃ, καὶ ἀποκρύφοις τισὶν ὡσαύτως. Ἀνατραπήσεται δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ πάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ τε καὶ τῶν μετ' αὐτὸν, ἀπαλλοτριώσας ἑαυτὸν τῆς ἀληθείας, καὶ ὡς ἀπὸ λαμπάδος πυρὸς φωτεινῆς εἰς ἀσβόλην μεταβεβλημένος. Περὶ μὲν γὰρ νεκρῶν ἀναστάσεως ἤδη ἡμῖν ἐν πολλαῖς αἱρέσεσιν εἴρηται· οὐ λυπήσει δὲ καὶ αὖθις ἐν τῇ πρὸς τοῦτον ἀνατροπῇ χρήσασθαι ὀλίγοις λόγοις. Εἰ μὲν γὰρ τὴν παλαιὰν διαθήκην δέχῃ, ὦ οὗτος, καὶ τὴν καινὴν ὡσαύτως, πόθεν οὐκ ἐλεγχθήσῃ παραφθείρων τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν, καὶ ἑαυτὸν ἀποξενῶν τῆς τοῦ κυρίου ἐν ἀληθείᾳ ζωῆς; Ὅτι μὲν γὰρ αὐτὸς ὁ κύριος πρῶτος, ἵνα γένηται ἡμῖν ἀρραβὼν τῆς ἀναστάσεως καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ἀνέστη. Καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐν δοκήσει πέπονθεν.
pag. 478. Ἐτάφη γὰρ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ βεβαστάχασι. Καὶ μαρτυρεῖ μὲν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, μαρτυροῦσι καὶ αἱ φέρουσαι μῦρα εἰς τὸ μνῆμα, καὶ ἡ τῶν ἑκατὸν λιτρῶν ἀλόης ὁλκὴ, ὅτι οὐκ ἦν δόκησις, οὐδὲ φαντασία, μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι ταῖς γυναιξὶ πεφηνότες ὅτι, Ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε· τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; καὶ οὐκ εἶπον ὅτι, Οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ, Ἀνέστη, ὁ πεπονθὼς ἐν σαρκὶ, ζῶν δὲ ἀεὶ ἐν πνεύματι, καὶ ἀπαθὴς ὢν ἐν τῇ ἰδίᾳ θεότητι, ὁ ἄνωθεν ἀεὶ ἐκ πατρὸς γεγεννημένος ὑπάρχων, ὁ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν εὐδοκήσας ἀπὸ Μαρίας τῆς παρθένου γενέσθαι ἄνθρωπος, ὡς μαρτυρεῖ Παῦλος ὁ ἁγιώτατος λέγων, Γενόμενος ἐκ γυναικὸς, γενόμενος ὑπὸ νόμον. Ἆρα γε οὔπω ἤκουσας τοῦ ῥητοῦ τοῦ λέγοντος ὅτι, Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν; ἢ οὐκ ἔπεισέ σε Ἡσαΐας ὁ προφήτης λέγων, Καὶ ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις; αὐτὸς δὲ ὁ κύριος λέγων ὅτι, Ἐγερθήσονται οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς κόλασιν; ἢ οὐ μέμνησαι τοῦ Ἄβελ μετὰ θάνατον τῆς πρὸς θεὸν ὁμιλίας, ὡς οὐ τὴν ψυχὴν λέγει ἐντυγχάνειν καὶ βοᾶν πρὸς τὸν θεὸν, ἀλλὰ τὸ αἷμα; Αἷμα δὲ οὐ ψυχὴ ὑπάρχει, ἀλλ' ἐν τῷ αἵματι ἡ ψυχή ἐστι. Σῶμα γάρ ἐστι τὸ αἷμα ὁρατὸν, ἡ δὲ ψυχὴ ἀόρατός τις ὑπάρχουσα ἐν τῷ αἵματι ἔχει τὸν χῶρον. Καὶ πανταχόθεν ἐλήλεγκταί σου, ὦ Βαρδησιάνη, ἡ κακοπιστία, ἀνατρεπομένη ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας.

Κεφ. γ'. Περὶ δὲ πολλῶν ἀρχῶν ἐπειδήπερ πολλάκις κατὰ τῶν οὕτως λε-

Cap. II. — 1. *Repone* Οὐαλεντινιανοῖς.

Nam cum ad Valentinos miserrime sese applicasset, ex eorum improbitate pestiferum illud virus ac lolium contraxit. Multa hic perinde et alia principia et productiones invexit. Mortuorum resurrectionem sustulit, itaque privatam haeresin condidit. Porro legis ac prophetarum libros, adeoque vetus ac novum testamentum, necnon apocryphos quosdam adhibet. Verum iste cum iis omnibus, qui eum antecesserunt aut postea secuti sunt, facile confutabitur, ut qui a veritate seipsum abalienaverit, ac velut ex ignea splendentique face in fuliginem conversus sit. Quod enim ad mortuorum excitationem attinet, licet de ea saepius in aliis haeresibus disputatum sit, non gravabor iterum paucis ad eum refellendum eadem de re disserere. Nam si vetus testamentum ac novum admittis, nonne et corrupisse veritatis viam, et a verissima domini vita abhorrere manifeste convinceris? Siquidem princeps ipse dominus, uti nobis resurrectionis arrhabo quidem esset ac primogenitus e mortuis, nostra caussa mortuus est, ac resurrexit: neque specie tenus est passus, utpote qui sit sepultus, eiusque corpus nonnulli gestaverint, testis est Iosephus Arimathaeensis, testes illae mulieres quae ad monumentum unguenta detulerunt, testes centum illae aloës librae, non eam inanem opinionem atque imaginem fuisse. Testes denique angeli, qui id mulieribus declararint. *Surrexit,* inquiunt, *non est hic.* Quid quaeritis viventem cum mortuis? Neque vero dixit, *Non est mortuus,* sed *Surrexit,* qui in carne passus spiritu perpetuo vivit, ac secundum divinitatem suam perpessionis omnis est expers. Qui e supremis ortus et a patre genitus perpetuo existit. Idem tamen novissimis temporibus ex Maria virgine homo fieri voluit; ut Paulus testatur his verbis: *Factus ex muliere, factus sub lege.* Nunquamne illam scripturae sententiam exaudisti: *Oportet corruptibile induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem?* An non tibi Isaias propheta persuasit, cum ita loquitur: *Et mortui resurgent, et excitabuntur qui in monumentis sunt?* Ad haec dominus ipse, *Resurgent,* inquit, *hi in vitam aeternam, et isti in supplicium?* Non illud denique Abelis post mortem cum deo colloquium recordaris, utque non illius animam, sed sanguinem supplicare dicat, ac deum clamoribus interpellare? Sanguis porro nequaquam anima est, sed in sanguine anima potius inest. Quippe sanguis aspectabile corpus est, anima vero, cum visum omnem effugiat, in sanguine residet. Ita dogmatis tui, o Bardesiane, pravitas ipsius vi veritatis eversa penitus concidit.

[Cap. II. — Col. 1, 18. — Matth. 27, 57. — Matth. 28. — Marc. 16, 6. — Gal. 4, 4. — 1. Cor. 15, 53. — Isai. 26, 19 — Matth. 25, 46. — Gen. 4, 10.]

De pluribus vero principiis, quoniam adversus alios, qui in eo- Cap. III.

2. *Libri habent* προςβολάς.

γόντων πολλὰ [1] εἶπον, ἐνταῦθα οὐ πολλὴν ποιοῦμαι τὴν περὶ τούτου διαλογὴν, ἀλλ' ὡς ἐν ὑπομνήσει τοῦ ἁγίου ἀποστόλου φάσκοντος ὅτι, Ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. Πῶς οὖν πολυθεΐα ἔσται, καὶ πολλαὶ ἀρχαὶ, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ; Ἄρα οὖν εἷς ἐστιν ὁ ποιητὴς, καὶ οὔτε πολλοὶ θεοὶ, οὔτε πολλοὶ Αἰῶνες. Ἔφη γὰρ ὅτι, Εἴπερ εἰσὶ πολλοὶ θεοὶ λεγόμενοι, τὸ δὲ Λεγόμενοι ὡς οὐχ ὑπαρχόντων ἀπεφήνατο, διὰ δὲ τοὺς τῶν Ἑλλήνων λεγο-
pag. 479. μένους οὓς ἐθεοποίησαν, ἥλιον καὶ σελήνην, ἄστρα τε καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, ἀποφηνάμενος ἀπέκλεισε πάντων τῶν πεπλανημένων τὴν διάνοιαν.

Τῆς δὲ ὑγιοῦς πίστεως πανταχόθεν σωζομένης ἑδραίωμα οὔσης καὶ σωτηρίας τῶν πιστῶν, ῥᾳδίως ἡ πασῶν τῶν αἱρέσεων ἐπινενοημένη κενολογία προσανετράπη· ὡς καὶ οὗτος ἀνατραπεὶς, καὶ ἐλεεινὸν ἑαυτὸν καταστήσας, καὶ ἑαυτὸν ἀποξενώσας τῆς ζωῆς. Φησὶ γὰρ ὁ προφήτης πρὸς τὴν ἁγίαν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ὅτι, Θήσομαι ἄνθρακα τὸν λίθον σου, καὶ τοὺς θεμελίους σου σάπφειρον, καὶ τὰ τείχη σου λίθους ἐκλεκτοὺς, καὶ τὰς ἐπάλξεις σου ἴασπιν. Εἶτα ὕστερόν φησι, Πᾶσα φωνὴ ἣ ἐπαναστήσεται ἐπὶ σὲ, πάντας αὐτοὺς ἡττήσεις, ἐπὶ δὲ σὲ οὐ κατευοδωθήσεται. Οὐδὲν γὰρ κατισχύσει πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας πίστιν, ἐπειδήπερ ἐπὶ τὴν πέτραν ᾠκοδόμηται, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, ὡς ἐπηγγείλατο αὐτῇ ὁ ἅγιος θεὸς λόγος, ὁ βασιλεὺς αὐτῆς καὶ νυμφίος, καὶ κύριος αὐτῆς καὶ δεσπότης, ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος, πατρὶ ἐν υἱῷ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Ταύτης δὲ καὶ αὐτῆς καταπατηθείσης τῆς αἱρέσεως (ὡς ἀπὸ τομῆς ὄφεως οὖσα κεφαλὴ, καὶ ἔτι σκαρίζουσα, τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς [2] πιασθεῖσα) αὐτοὶ θεῷ εὐχαριστοῦντες ἐπὶ τὰς ἄλλας πάλιν διασκοποῦντες ἴωμεν, ὦ ἀγαπητοί.

## ΚΑΤΑ ΝΟΗΤΙΑΝΩΝ,

### τριακοστὴ ἑβδόμη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ ἑβδόμη.

Κεφ. α'. Ἕτερος πάλιν μετὰ τοῦτον Νοητὸς ὀνόματι ἀνέστη, οὐ πρὸ ἐτῶν πλειόνων, ἀλλ' ὡς πρὸ χρόνου τῶν τούτων ἑκατὸν τριάκοντα, πλείω ἢ ἐλάσσω, Ἀσιανὸς, τῆς Ἐφέσου πόλεως ὑπάρχων, ὃς ἀλλοτρίῳ πνεύματι φερόμενος ἠθέλησεν ἀφ' ἑαυτοῦ ἃ μήτε προφῆται, μήτε ἀπόστολοι, μήτε ἐξ ὑπαρχῆς κατέσχεν ἡ ἐκκλησία, μήτε ἐνενοήθη, λέγειν τε

Cap. III. — 1. *Vulgo* εἰπόντες. 2. *Ed. Pelav.* πιεσθεῖσα.

dem errore versantur, iampridem multa diximus, longam hoc loco disputationem non instituam. Sed illud ex apostolo duntaxat in memoriam revocabo: *Nobis unus est deus pater, ex quo omnia, et nos* 1. Cor. 8, 6.
*in ipsum, et unus dominus Iesus Christus, propter quem omnia, et per quem omnia, et nos per ipsum.* Quomodo igitur deorum illa multitudo principiorumque constabit? *Et unus*, inquit, *dominus Iesus Christus, propter quem omnia, et per quem omnia, et nos per ipsum.* Quamobrem unus est tantummodo conditor, neque plures dii sunt, Aeonesve plures. Sic enim dixit: *Si sunt multi qui dicuntur dii.* 1. Cor. 8, 5.
Quam particulam, *Qui dicuntur*, adiecit ideo, ut non esse revera significaret. Sed cum propter eos qui ab ethnicis esse dicuntur, quosque illi deos constituunt, puta solem, lunam, sidera, reliquaque id genus istud protulerit, nullum aberrantium hominum opinioni locum reliquit.

Ceterum cum sincera fides undique sarta tecta custodiatur, in eaque fidelium salus ac firmamentum sit positum, facile universarum haereseon conficta mendacia dissolvuntur. Quemadmodum et haereticus iste disiectus est, qui se miserrimum in statum redegit, et a vita penitus alienavit. Etenim propheta ita sanctam dei ecclesiam alloquitur: *Ponam carbunculum lapidem tuum, et fundamenta tua sap-* Isai. 54, 11.
*phirum, et muros tuos lapides electos, et propugnacula tua iaspidem.* Deinde subiicit, *Omnis vox, quae adversus te consurget, omnes illos* vers. 17.
*vinces; contra te vero non prosperabitur.* Nihil enim est quod veram fidem expugnare possit, quia *super petram aedificata est, et por-* Matth. 16, 18.
*tae inferi non praevalebunt adversus illam.* Quod eidem deus verbum, rex inquam ipsius ac sponsus ac dominus promisit: cui gloria, honor, imperium, patri videlicet in filio, cum spiritu sancto, in secula seculorum, Amen. Postremo cum haec a nobis proculcata sit haeresis, ac velut avulsum a trunco serpentis caput adhuc palpitans quodam quasi vitae fuste comminutum sit, superest ut actis rite deo gratiis, ad reliquas contemplandas haereses transeamus.

## CONTRA NOETIANOS,
## haeresis XXXVII., sive LVII.

Post hunc alius quidam haereticus Noëtus nomine prodiit; ne- Cap. I.
que multis abhinc annis, sed ante hos fere centum ac triginta, in Asia oriundus, urbe Epheso. Qui alieno spiritu afflatus ea dicere ac docere ausus est quae nec prophetae nec apostoli nec ecclesia ab initio tenuit, ac ne cogitavit quidem. Igitur velut quadam elatus

καὶ διδάσκειν. Οὗτος ἀφ' ἑαυτοῦ [1] ἐπάρμασι μανίας ἐπαρθεὶς ἐτόλμησε λέγειν τὸν πατέρα πεπονθέναι. Ἔτι δὲ μείζονί τινι τύφῳ καὶ παραφροσύνῃ ἐνεχθεὶς ἑαυτὸν ἔλεγε Μωϋσέα, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ
pag. 480. Ἀαρών. Ἀλλὰ μεταξὺ τούτων ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὸν ἐνηχήσεως οἱ μακάριοι πρεσβύτεροι τῆς ἐκκλησίας προςκαλεσάμενοι αὐτὸν ἐξήταζον περὶ τούτων ἁπάντων, καὶ εἰ ταύτην τὴν βλασφημίαν περὶ πατρὸς προηγάγετο. Ὁ δὲ τὰ πρῶτα μὲν ἠρνεῖτο ἐπὶ τοῦ πρεσβυτερίου ἀγόμενος, διὰ τὸ μηδένα πρὸ αὐτοῦ ἐξεμέσαι ταυτηνὶ τὴν δεινὴν καὶ ὀλετήριον πικρίαν, ὕστερον δὲ ἀφ' ἧς εἶχε λύσσης εἴς τινας ἄλλους ἐμβαλὼν, ὡς εἰπεῖν, καὶ σὺν αὐτῷ ὥςπερ δέκα ἄνδρας ἐπαγόμενος, εἰς τύφον μείζονα καὶ θράσος ἐπαρθεὶς, τολμηρὸς γεγονὼς, παῤῥησίᾳ λοιπὸν τὴν αἵρεσιν ἐδογμάτιζε. Πάλιν δ' αὖ οἱ αὐτοὶ πρεσβύτεροι προςκαλεσάμενοι αὐτόν τε καὶ τοὺς προςφθαρέντας αὐτῷ ἀνθρώπους περὶ τῶν αὐτῶν πάλιν ἠρώτων. Ὁ δὲ ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένοις ὑποτρίψας τὸ μέτωπον, λοιπὸν παῤῥησίᾳ ἀντέλεγε, φάσκων, Τί γὰρ κακὸν πεποίηκα; Ἕνα θεὸν δοξάζω, ἕνα ἐπίσταμαι, καὶ οὐκ ἄλλον πλὴν αὐτοῦ, γεννηθέντα, πεπονθότα, ἀποθανόντα. Ὡς οὖν ἐν τούτοις ἔμενεν, ἐξέωσαν αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας, ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ δόγμα μεμαθητευμένοις. Τελευτᾷ δὲ ὁ αὐτὸς ἔναγχος ἅμα τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ, οὐχ ὡς ὁ Μωϋσῆς ἐν δόξῃ, οὐδὲ ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς ὁ Ἀαρὼν ἐτάφη ἐν τιμῇ. Ἐῤῥίφησαν γὰρ ὡς παραβάται, καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς τῶν θεοσεβῶν περιέστειλε. Μετὰ τοῦτο οἱ ὑπ' αὐτοῦ τὸν νοῦν φθαρέντες ἐκράτυναν τουτὶ τὸ δόγμα, τούτοις τοῖς ῥητοῖς ὑπαχθέντες οἷς καὶ ὁ αὐτῶν διδάσκαλος ἐξ ἀρχῆς. Ὅτε γὰρ ἐρωτώμενος ἀπὸ τοῦ πρεσβυτερίου ἔφη ἕνα θεὸν δοξάζειν, ἤκουε παρ' αὐτῶν φιλαλήθως ὅτι, Ἕνα θεὸν δοξάζομεν καὶ αὐτοὶ, ἀλλ' ὡς οἴδαμεν δικαίως δοξάζειν· καὶ ἕνα Χριστὸν ἔχομεν, ἀλλ' ὡς οἴδαμεν ἕνα Χριστὸν υἱὸν θεοῦ, παθόντα καθὼς ἔπαθεν, ἀποθανόντα καθὼς ἀπέθανεν, ἀναστάντα, ἀνελθόντα εἰς τὸν οὐρανὸν, ὄντα ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Ταῦτα λέγομεν μεμαθηκότες ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν, ἃ καὶ ἐπιστάμεθα.

Κεφ β'. Ἐκ τούτου οἱ Νοητιανοὶ ἀπόσπασμα ὄντες αὐτοῦ, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ, τουτὶ τὸ δόγμα δοξάζουσιν, ἐκ τῶν ῥητῶν τούτων πειρώμενοι συνιστᾶν τὴν κατ' αὐτοὺς ἐμμανῆ διδασκαλίαν [1] ἀφ' ὧν εἶπεν ὁ θεὸς
pag. 481. πρὸς Μωϋσῆν, Ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς τῶν πατέρων ὑμῶν· ἐγὼ πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα· οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔλεγον οὖν, Ἡμεῖς τοίνυν αὐτὸν οἴδαμεν μόνον. Εἰ τοίνυν ἐλθὼν Χριστὸς ἐγεννήθη, αὐτός ἐστι πατὴρ, αὐτὸς υἱὸς, ἄρα αὐτός ἐστι θεὸς ὁ ἀεὶ καὶ νῦν ἐλθὼν, ὡς λέγει ἡ γραφὴ, Οὗτος ὁ θεός σου, οὐ λογι-

Cap. I. — 1. *Ita cod. Rhedig. Editi libri* ἐπ' ἅρμασι.

insania passum esse patrem non dubitavit asserere. Sed et maiori quadam arrogantia ac vecordia elatus sese Moysem, fratrem vero suum Aaronem esse dixit. Inter haec beatae memoriae presbyteri eius rei fama permoti hominem advocant, deque his omnibus interrogant, utrumnam tam contumeliosum in patrem dogma proposuisset. At ille coram presbyterorum consessu productus inficiari primo, quod ante ipsum nemo atrox illud atque exitiale virus evomuisset. Postea vero, cum rabiem suam nonnullis, ut ita dicam, aspersisset, ac decem fere homines sibi adiunxisset, maiorem in superbiam atque insolentiam elatus atque audacior factus palam haeresin suam disseminavit. Proinde rursum idem illi presbyteri tam ipsum quam qui se ad eum infeliciter aggregarent arcessunt, atque iisdem de rebus sciscitantur. Ille cum grege suo frontem perfricans audacter contradicere coepit. Ac quid, inquit, mali feci? Unum deum veneror, unum novi, nec praeter ipsum alterum natum, passum, mortuum. Ad quam opinionem cum constanter adhaeresceret, eum pariter atque eius discipulos ab ecclesia pellunt. Moritur deinde paulo post cum fratre suo; neque tamen aut ille pari ac Moyses olim, aut eius frater, eadem qua Aaron honorificentia sepulti sunt; tanquam enim desertores abiecti sunt, nec ab ullo catholicorum sepulturae mandati. Post haec qui corruptam ab eo doctrinam hauserant istud ipsum dogma corroborarunt, iisdem quibus ipsorum magister initio verbis adducti. Nam cum presbyterorum concilio percontanti dixisset unum se deum colere, vere hoc ab illis responsum audiit: Et nos unum quoque deum colimus, sed quemadmodum legitime illum colere novimus. Itidemque Christum habemus unum, sed quemadmodum novimus, unum Christum dei filium, passum, quomodo passus est, mortuum, quomodo mortuus est. Qui et resurrexit, et in coelum ascendit, et ad patris dexteram manet, et venturus est iudicare vivos et mortuos. Haec nos ac scripturis sacris accepta profitemur, quae et novimus.

Hinc Noëtiani velut ab eo avulsi ac propagati atque universi eius asseclae idem dogma profitentur, ac fanaticam illam doctrinam eiusmodi verbis affirmare conantur quibus Moysem deus affatus est: *Ego sum deus patrum vestrorum. Ego primus, et ego posterior. Non erunt tibi dii alteri etc.* Ex quibus ita colligebant: Nos ipsum novimus solum. Quare si veniens Christus natus est, idem ipse pater est et filius, idem denique deus est qui et semper fuit et in praesentia venit, ut scriptura declarat: *Hic est deus tuus. Non reputa-* Cap. II. Baruch. 3, 35—37.

Cap. II. — 1. *Correxi ἀφ' ὧν, quod postulat sententia. Libri habent ἀφ' ἧς.*

σθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ αὐτοῦ· μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Ὁρᾷς, [2] φασὶ, πάλιν πῶς ἡ θεία γραφὴ ἡμᾶς συνετίζει, τοῦ μὴ ἄλλον καὶ ἄλλον θεὸν ἡγεῖσθαι, φάσκουσα ὅτι αὐτὸς θεός ἐστι μόνος ἐλθὼν, καὶ αὐτὸς πάλιν ὕστερον ὀφθείς; Πάλιν δὲ ἄλλῳ ῥητῷ κέχρηνται τούτῳ, ὡς λέγει, Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ ἐμπόρια Αἰθιόπων, καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ σοὶ δοῦλοι ἔσονται, καὶ πορεύσονται ὀπίσω σου δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ ἐν σοὶ προσκυνήσουσι, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν σοῦ· σὺ γὰρ εἶ θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ. Ὁρᾷς, φησὶ, πῶς αἱ θεῖαι γραφαὶ ἕνα θεὸν σημαίνουσι καὶ καταγγέλλουσιν αὐτὸν ἐμφανῆ; καὶ ὁμολογουμένως εἷς ἐστιν ὁ αὐτὸς, ἀεὶ ὤν. Καὶ τούτου ἕνεκα οὐ πολλοὺς θεοὺς λέγομεν, ἀλλ' ἕνα θεὸν τὸν αὐτὸν ἀπαθῆ, αὐτὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ, αὐτὸν υἱὸν, καὶ πεπονθότα, ἵνα σώσῃ ἡμᾶς ἐν τῷ ἰδίῳ πάθει, καὶ οὐ δυνάμεθα ἄλλον λέγειν· δῆθεν ἀπὸ τοῦ ἐπιστάτου αὐτῶν μεμαθηκότες ταύτην τὴν ὁμολογίαν καὶ τὴν πονηρὰν ταύτην ὑπόνοιαν καὶ λυμαντικὴν μανίαν Εἶτα ἄλλα ῥητά φασιν εἰς σύστασιν ἑαυτῶν, ὡς ὁ αὐτῶν διδάσκαλος ἔλεγεν, ὅτι καὶ ὁ ἀπόστολος τούτοις μαρτυρεῖ τοῖς λόγοις. Ὧν οἱ πατέρες, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Βούλονται δὲ διηγεῖσθαι μονοκώλως τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς Θεόδοτος. Ἐκεῖνος μὲν φύσει ἀκροτάτως ἄνθρωπον ψιλὸν διηγησάμενος, οὗτος δὲ πάλιν ἄλλην ἀκρότητα μονοτύπως τὸν αὐτὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ἐν σαρκὶ πεπονθότα καὶ γεννηθέντα ἡγησάμενος. Οὔτε οὖν ἐκεῖνοι οἱ ἀπὸ Θεοδότου τι ἐν ἀληθείᾳ ἔφασαν, οὔτε οὗτος ὁ Νοητὸς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ἀνόητος δὲ
pag. 482. μᾶλλον τῇ δυνάμει, καθάπερ αἱ θεῖαι γραφαὶ ἀμφοτέρους καὶ πάντας τοὺς πεπλανημένους διελέγχουσι.

Κεφ. γ'. Πάντῃ δὲ τῷ τὸν νοῦν εἰς θεὸν κεκτημένῳ, καὶ ἐν θείᾳ γραφῇ καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ κατηυγασμένῳ εὐθυέλεγκτος ὁ αὐτῶν λόγος, καὶ πάσης ἀνοίας ἔμπλεως φαίνεται. Τόλμης γὰρ τὸ ἔργον, καὶ τυφλώσεως ἡ διάνοια, φάσκουσα τὸν αὐτὸν πατέρα ὄντα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν, καὶ τὸν αὐτὸν πεπονθότα· ὡς καὶ ἀπὸ ὀρθοῦ λογισμοῦ κριθήσονται οἱ τὰ τοιαῦτα φάσκοντες. Πῶς γὰρ εἴη πατὴρ ὁ αὐτὸς καὶ υἱὸς ὑπάρχων; Εἰ γὰρ υἱὸς ὑπάρχει, πάντως τοῦ τινος υἱὸς εἴη ἀφ' οὗ γεγένηται· εἰ δὲ πατήρ ἐστιν, ἑαυτὸν γεννᾶν ἀδύνατον. Πάλιν γὰρ τὸ

2. Libri habent φησί.

*bitur alius ad ipsum. Invenit omnem viam scientiae, et dedit illam Iacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post haec in terra visus est, et cum hominibus conversatus est.* Ex his, inquiunt, animadvertere potes quemadmodum scriptura nos sapienter informet, ne alium atque alium deum arbitremur, cum illum deum esse solum asserit qui venerit quique postea sit visus. Alia praeterea ex sacris literis auctoritate contendunt. *Laboravit*, inquit, *Aegyptus et negotiatio Ae-* Isai. 45, 14.
*thiopum, et Sabain viri sublimes ad te transibunt, et servi tui erunt. Et ambulabunt post te vincti manicis, et in te adorabunt, et in te deprecabuntur. Quoniam in te deus est, et non est deus praeter te. Tu enim es deus, et nesciebamus, deus Israel salvator.* Vides, opinor, inquiunt, in scripturis unum indicari deum ac manifeste praedicari. Adeoque in confesso est unum illum esse ac semper existere. Ob idque non plures deos affirmamus, sed unum duntaxat deum, qui et pati nihil possit et idem filii pater sit ac filius, qui ideo passus sit, ut nos sua perpessione servaret, nec alium ab eo pronuntiare possumus. Quam quidem fidei professionem ac depravatam opinionem, vel pestiferam potius insaniam, a magistro didicerunt. Quinetiam alia scripturae verba ad errorem stabiliendum adferunt, quibus et eorumdem praeceptor utebatur. Nimirum his verbis apostolum suae opinioni suffragari: *Quorum sunt patres, ex quibus Christus secun-* Rom. 9, 5.
*dum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen.* Sic igitur simplex quiddam deo uniusque formae tribuunt, ac Theodotum imitantur. Nam ut iste ad unum extremum declinans, nudum hominem Christum esse disseruit, sic ille aliud ad extremum desciscens eundem esse patrem, filium et spiritum sanctum, uniusque personae statuit, et hunc ipsum passum ac natum existimavit. Sed neque Theodoti sectatores veri aliquid elocuti sunt, neque Noëtus aut Noëti discipuli, qui Anoëtus, hoc est insipiens, quod ad vim ingenii ac facultatem pertinent, potius est dicendus, cum utrosque ac ceteros omnes a veritate aberrantes sacrae literae redarguant.

Cap. III. Quocirca qui mentem in deo defixam habeat, quique sacrarum literarum ac spiritus sancti splendore illuminatus fuerit, ei tota illorum doctrina cum facilis ad refellendum, tum amentia omni plena videatur. Est enim insignis cuiusdam hoc audaciae facinus, ac magnopere excaecatam mentem illam oportet esse quae eundem patrem esse dicat et eundem filium, atque eundem denique esse passum. Quae qui garriunt, satis eos recta ipsa ratio discernet. Etenim qui fieri potest ut idem pater sit ac filius? Nam si filius est, necesse est alicuius sit filius, a quo sit genitus. Sin pater est, se ipsum generare nihil potest. Neque enim id ipsum, quod filius di-

καλούμενον υἱὸς ἑαυτὸν οὐκ ἐγέννησεν, ἀλλὰ ἐκ πατρὸς γεγέννηται. Καὶ ὢ τῆς τῶν ἀνθρώπων πολλῆς φρενοβλαβείας καὶ ἀκατορθώτου λογισμοῦ. Ἔστι γὰρ τὸ εὔλογον οὐχ ὡς οὗτοι δοξάζουσιν, ἀλλ' ὡς ἡ ἀλήθεια διὰ τῆς θείας γραφῆς ἡμῖν ὑποδείκνυσιν. Εὐθὺς γὰρ φάσκει ὁ κύριος, λέγων, Ἰδοὺ, συνήσει ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ὃν ἡρέτισα, ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου· θήσομαι τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτῷ. Καὶ ὁρᾷς πῶς μὲν φωνὴ πατρὸς δεικνύουσα φύσει υἱὸν, ἐφ' ᾧ καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τίθησιν; Εἶτα δὲ αὐτὸς ὁ μονογενής φησι, Δόξασόν με, πάτερ, ἐν ᾗ δόξῃ εἶχον παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι. Ὁ δὲ λέγων, Πάτερ, δόξασόν με, οὐχ ἑαυτὸν πατέρα καλεῖ, πατέρα δὲ τὸν αὐτοῦ γινώσκει. Πάλιν δὲ ἐν ἄλλῳ τόπῳ, Ἦλθε φωνὴ ἀπ' οὐρανοῦ, ὅτι, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου, αὐτοῦ ἀκούετε. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐγώ εἰμι ὁ υἱός μου, ἐμοῦ ἀκούσατε, οὐδὲ πάλιν, Γέγονα υἱὸς, ἀλλὰ, Οὗτος ὁ υἱός μου, αὐτοῦ ἀκούσατε. Καὶ τὸ εἰπεῖν, Ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου ἕν ἐσμεν, οὐκ εἶπεν ὅτι, Ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου εἷς εἰμι, ἀλλὰ, Ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου ἕν ἐσμεν. Τὸ δὲ, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ, ὄντος τοῦ ἄρθρου τοῦ Ὁ καὶ τοῦ Καὶ ἀναμέσον, σημαίνει πατέρα φύσει πατέρα, καὶ υἱὸν φύσει υἱόν.

Κεφ. δ'. Καὶ πάλιν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, Ἐὰν ἀπέλθω, ἐκεῖνος ἔρχεται, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. Πολὺ δὲ σαφέστατόν ἐστι τοῦτο τὸ, Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ἐκεῖνος ἔρχεται. Οὐκ εἶπεν, Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ, Ἐγὼ ἔρχομαι, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ Ἐγὼ καὶ Ἐκεῖνος ἐσήμανεν ἐνυπόστατον τὸν υἱὸν, ἐνυπόστατον τὸ ἅγιον πνεῦμα. Καὶ πάλιν, Τὸ πνεῦμα τῆς ἀλη-
pag. 483. θείας τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· ἵνα δείξῃ ἐνυπόστατον τὸν πατέρα, ἐνυπόστατον τὸν υἱὸν, ἐνυπόστατον τὸ ἅγιον πνεῦμα. Πάλιν δὲ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου ἄνωθεν ὁ πατὴρ ἐλάλει, υἱὸς δὲ ἐν Ἰορδάνῃ κατήρχετο, τὸ δὲ πνεῦμα μεσαίτατον ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐφαίνετο καὶ ἦλθεν ἐπ' αὐτὸν, καιτοί γε τοῦ πνεύματος μὴ φορέσαντος σάρκα, μὴ ἐνδυσαμένου σῶμα. Διὰ δὲ τὸ μὴ νομίζεσθαι συναλιφὴν εἶναι πρὸς τὸν υἱὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα, σχηματίζεται ἐν εἴδει περιστερᾶς, διὰ τὸ ὀπτάνεσθαι φύσει ἐνυπόστατον τὸ πνεῦμα. Πόθεν δὲ ἀλλαχόθεν οὐκ ἔχομεν δεῖξαι κατὰ τούτων τῶν τὴν φρενοβλάβειαν ἑαυτοῖς ἐγκισσησάντων; Εἰ μὲν γὰρ ἀληθεύει ἡ αὐτῶν διάνοια καὶ ὁ λόγος ὁ ἕωλος καὶ μὴ ἔχων σύστασιν, μήτε δύναμιν, μήτε συνέσεως λογισμὸν ἢ ἔμφασιν, ἄρα οὖν ἐκβλητέαι εἰσὶν αἱ γραφαὶ, αἱ γραφαὶ αἱ πάντη μὲν πατέρα πατέρα γινώσκουσαι, καὶ υἱὸν υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα ἅγιον πνεῦμα.

Ἀλλὰ τί φάσκεις, ὢ οὗτος; Μὴ πολυθεΐαν ἡγήσοιντο οἱ τὸ σέβας ἀληθινῶς τῇ τριάδι προσφέροντες, οἵτινές εἰσιν υἱοὶ τῆς ἀληθείας

citur, se ipsum genuit, sed est a patre genitus. O incredibilem hominum amentiam et absurdum abhorrensque iudicium! Est enim profecto rationi consentaneum, non quod opinantur isti, sed quod per sacras literas veritas ipsa demonstrat. Sic enim dominus loquitur: *Ecce intelliget filius meus dilectus, quem elegi, quem dilexit* Isai. 42. 1.
*anima mea: ponam spiritum meum in ipso.* Ubi vox illa, *Patris*, eum qui proprie sit filius manifeste declarat, in quo etiam spiritum suum collocat. Deinde unigenitus ipse filius, *Glorifica me, pater,* inquit, Ioann 17, 5.
*ea gloria quam habuit apud te priusquam mundus fieret.* Iam vero qui sic loquitur, *Pater, glorifica me,* non sese patrem appellat, sed suum patrem agnoscit. Item alio in loco: *Venit vox de coelo: Hic* Matth. 17, 5.
*est filius meus, ipsum audite.* Non dixit, *Ego sum filius meus, audite me,* neque, *Natus sum filius,* sed, *Hic est filius meus, ipsum audite.* Praeterea cum dixit, *Ego et pater unum sumus,* non ita locutus est, *Ego et pater meus unus sum*, sed, *Ego et pater unum* Ioann. 10, 30.
*sumus.* Haec enim vocabula, *Ego et pater,* addito articulo ὁ, et interiecta copula *et*, non obscure declarant patrem proprie esse patrem, filiumque proprie filium.

De spiritu vero sancto sic loquitur, *Si ego abiero, ille veniet,* Cap. IV. Ioann. 16, 7.
*spiritus veritatis.* Sed multo illud apertius, *Ego vado, et ille venit.* Neque vero dixit, *Ego vado, et ego venio.* Sed hisce vocibus, *Ego*, et *Ille*, tam filium hypostasi sua constare quam spiritum sanctum itidem sua demonstrat. Item: *Spiritus veritatis qui a patre procedit, de meo accipiet.* Quibus verbis ostendit et hypostasin patri propriam et filio et spiritui sancto esse tribuendam. Ad haec pater ad Iorda- Matth. 3.
nem de coelo locutus est, filius vero ad Iordanem descendit, spiritus sanctus inter utrumque sub columbae specie apparuit, et in hunc illapsus est. Quamquam spiritus sanctus minime carnem suscepit, neque corpus induit. Sed ne filius cum spiritu sancto coalescere confundique crederetur, sub imagine columbae videndum se praebuit, uti nimirum spiritus cum singulari ac propria persona cerneretur. Denique quam multis illud argumentis adversus istos demonstrare possumus, qui insanam hanc opinionum amentiam in animo suo conceperunt! Etenim si verus est illorum sensus et oratio, absurda ea quidem minimeque cohaerens, ac nulla vi neque prudenti ratiocinatione, ac ne minima quidem huius significatione praedita, consequens est ut omnes scripturae repudientur, quae ubique et patrem esse patrem, et filium filium, spiritum sanctum spiritum sanctum agnoscunt.

Tu vero, mi homo, quid tandem adfers? An illud vereris, ne deorum illi multitudinem invehant, qui sacrosanctae triadi verum

καὶ τῆς μόνης καθολικῆς ἐκκλησίας; Καὶ οὐχ οὕτως. Τίς γὰρ [1] οὐχ αἱρεῖ ἕνα θεὸν εἶναι τῆς ἀληθείας πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗπερ ὁ μονογενὴς υἱὸς ἐν ἀληθείᾳ θεὸς λόγος, ἐνυπόστατος λόγος γεγεννημένος ἀληθινὸς ἐξ αὐτοῦ ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως; Διὸ ἕνα θεὸν ἀσφαλῶς κηρύττει ἡ ἐκκλησία, πατέρα καὶ υἱόν· διότι, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, καὶ οἱ δύο ἕν ἐσμεν, τουτέστι μία θεότης, καὶ ἓν θέλημα, καὶ μία κυριότης. Ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ πατρὸς καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται ἐνυπόστατον ὂν, καὶ ἐν ἀληθείᾳ τέλειον πνεῦμα τὸ τῆς ἀληθείας, τὸ φωτίζον τὰ πάντα, τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς, τὸ πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ. Διὸ μίαν θεότητα οἶδεν ἡ ἐκκλησία, εἷς θεὸς ὁ τῆς ἀληθείας πατὴρ, πατὴρ τέλειος ἐνυπόστατος, υἱὸς τέλειος ἐνυπόστατος, καὶ ἅγιον πνεῦμα τέλειον ἐνυπόστατον, μία θεότης, μία δεσποτεία, μία κυριότης. Διὸ πάντη σαφῶς κεκηρύχασιν αἱ θεῖαι γραφαὶ ἕνα θεὸν, τουτέστι τριάδα ὁμοούσιον, ἀεὶ οὖσαν τῆς αὐτῆς ταυτότητος, τῆς αὐτῆς κυριότητος.
pag. 484. Καὶ διέπεσεν ἐκ πανταχόθεν ὁ τῆς ἀνοησίας σου λόγος, ὦ ἀνόητε. Τοίνυν τούτων εἰρημένων καὶ ἀντιθέτως πρὸς τὰς τοῦ προειρημένου Νοητοῦ φωνὰς σκοπεῖν ἐξ ὑπαρχῆς χρὴ, καὶ οὕτως τὰ αὐτὰ κεφάλαια ἀνατρέπειν.

Κεφ. ε΄. Πρῶτον μὲν οὖν ἐπειδὴ παρήγαγε τὸ κεφάλαιον ὅτι, Εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτοῦ, δι᾽ ὃν τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτοῦ, οὐχ ὁρᾷς ὅτι, Εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, πῶς τὴν μίαν ἀρχὴν σημαίνει, ἵνα μὴ εἰς πολλὰς ἀρχὰς τρέψῃ τὴν διάνοιαν καὶ εἰς πολυθεΐαν ἀγάγῃ πάλιν τὸν πλανηθέντα νοῦν τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῇ κενοφωνίᾳ τῆς πολυθεΐας; Ὁρᾷς γὰρ πῶς ἑνὶ ὀνόματι κέχρηται, καὶ μιᾷ ὀνομασίᾳ, οὐκ ἀρνούμενος τὸν μονογενῆ θεόν. Οἶδε γὰρ αὐτὸν κύριον, καὶ οἶδεν αὐτὸν θεὸν, διὸ ἀσφαλιζόμενος λέγει, Καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα. Καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ κύριος τοῦτο λέγων οὐ τὸν αὐτὸν ἐσήμανε πατέρα εἶναι καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν, ἀλλὰ ἔδειξε τὸν μὲν πατέρα πατέρα ὄντα, τὸν δὲ υἱὸν υἱὸν ἀληθῶς, ἐπειδὴ τὸ εἰπεῖν, Εἷς θεὸς, ἐπὶ τῷ πατρὶ οὐχ ὡς ἀρνούμενος ἐπὶ τῷ υἱῷ τὸ εἶναι θεὸς (εἰ γὰρ μὴ θεὸς, οὔτε κύριος· ἐπειδὴ δὲ κύριος, καὶ θεὸς), ἀλλ᾽ εἰς μίαν ὀνομασίαν ἀνάγειν ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁ ἅγιος ἀπόστολος ἔφραζεν ἡμῖν τὴν πίστιν, ἐναργῶς ἕνα κύριον σημαίνων, ἄρα γε καὶ θεόν. Ἀλλὰ μηδεὶς νομιζέτω, ἐπειδὴ λέγει ἕνα

Cap. IV. — 1. οὐχ αἱρεῖ *ego (quam quam magis placeat* οὐ χωρεῖ). οὐ χαίρει *libri.* Οὐκ ἐρεῖ *suspicio Petavii fuit.*

sincerumque cultum adhibent, quique veritatis et unius catholicae ecclesiae sunt filii? Vehementer erras. Quis enim non asserat unum deum esse veritatis patrem omnipotentem, a quo unigenitus filius vere progressus est, deus verbum, verbum, inquam, in propria persona consistens, et a patre revera sine ullo initio ac tempore genitum? Unum itaque deum caute ac prudenter ecclesia praedicat, patrem videlicet et filium. *Quoniam*, inquit, *ego in patre, et pater* Ioann.14,10.
*in me est*, et, *Ambo unum sumus*, hoc est una divinitas, et voluntas Id. 10, 30.
una, et una dominatio. Ceterum ex patre spiritus quoque procedit, suapte constans hypostasi, ac re ipsa perfectus veritatis spiritus, qui *illuminat omnia, qui a filio accipit, veritatis*, inquam, *spiritus, spi-* Ioann.16.14.
*ritus patris, spiritus Christi.* Itaque unam ecclesia divinitatem agnoscit, estque deus unus veritatis pater, perfectus pater, hypostasi sua praeditus, perfectus filius, suam peraeque habens hypostasin, perfectus denique spiritus sanctus, et suam sibi hypostasin vindicans, una divinitas, unaque dominatio. Quibus de caussis deum unum sacrae ubique literae pronuntiant, nimirum consubstantialem triadem ac semper existentem, cui eadem identitas idemque dominatus attribuitur. Ex quo tua illa, stolidissime mortalium, inepta ratio concidit. His animadversis adversus illas Noëti voces opponendum modo aliquid et ab ipso principio repetendum est, atque eo modo singula capita refellenda.

Quod igitur inprimis illud obiicit: *Unus est deus ex quo omnia,* Cap. V.
*et nos in ipsum, et unus dominus Iesus Christus, et nos per ipsum,* 1. Cor. 8, 6.
*propter quem omnia, et nos per ipsum,* nonne iis ipsis verbis, *Unus deus ex quo omnia, et nos in ipsum*, unum significari principium vides? Ne animum nostrum ad plura cogitanda principia converteret, ac mortalium ingenia vanissima illa deorum multitudine decepta rursus ad eandem asserendam copiam adduceret. Vides enim quemadmodum uno nomine sit usus et appellatione una, non ut unigenitum deum abnegaret. Dominum quippe esse illum intelligit, eundemque deum. Ideo singulari quadam cautione illud adiecit, *Et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Quod cum voci illi, *Dominus,* praecipue affinxit, non eundem indicavit esse patrem, eundemque filium, sed eum qui pater est esse patrem, qui filius, vere filium esse declaravit. Nam et cum de patre loquens unum deum esse dixit, nequaquam filio divinitatem detraxit. Nam si deus non est, neque dominus est, cum autem dominus sit, deus quoque sit oportet. Verum apostolus, ut ad unam appellationem reduceret, a spiritu sancto compulsus ita fidei mysterium nobis aperuit, ut unum dominum, proindeque et deum, aperte monstraret. Nec est tamen, quod

καὶ ἕνα, μὴ ἄρα παρέλιπε τὸν ἀριθμὸν τῆς τριάδος, ἐπειδὴ οὐκ ὠνόμασε τὸ ἅγιον πνεῦμα. Ὀνομάσας γὰρ πατέρα καὶ υἱὸν θεὸν καὶ κύριον, ἐν πνεύματι ἁγίῳ ὠνόμασεν. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ εἶπεν, Εἷς θεὸς, περὶ πατρὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, ἠρνήσατο αὐτὸν τὸ εἶναι κύριον, οὐδὲ πάλιν ἐπειδὴ εἶπε, Καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ἠρνήσατο αὐτὸν τὸ εἶναι θεόν· ἀλλὰ καθάπερ ἐπὶ τῷ πατρὶ ἠρκέσθη ἐπὶ τῇ μόνῃ ὀνομασίᾳ, λέγων, Εἷς θεὸς, σὺν δὲ τῷ Θεὸς δηλονότι ἐστὶ καὶ Κύριος, οὕτω καὶ ἐπὶ τῷ υἱῷ ἠρκέσθη [1] τὸ, Εἷς κύριος, σὺν δὲ [2] τῷ, Εἷς κύριος, σύνεστι καὶ τὸ Θεός. Λέγων οὖν περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ οὐ [3] κοῦφος ἦν ἀπὸ πνεύματος ἁγίου, ἀλλὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ὡς ἔφην,
pag. 485. ἐφθέγγετο. Εἴωθε δὲ ἀεὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα οὐ σύστασιν ἑαυτοῦ [4] ποιούμενον, ἵνα μὴ ἡμῖν ὑπογραμμὸν δώσει τοῦ περὶ ἑαυτῶν καὶ ἡμᾶς τὴν σύστασιν ποιήσασθαι. Ἄρα οὖν εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, ἢ δι᾽ ὃν τὰ πάντα, καὶ ἓν τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐκ ἀλλότριον θεοῦ, ἐνυπόστατον δὲ ὂν, διότι πνεῦμα θεοῦ, καὶ πνεῦμα ἀληθείας, καὶ πνεῦμα πατρὸς, καὶ πνεῦμα Χριστοῦ.

Κεφ. ϛ'. Εἰ δὲ περὶ τοῦ, Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ ἐμπορία Αἰθιόπων, [1] καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ [2] τοῦ, Σὺ εἶ ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, καί σοι δοῦλοι ἔσονται, καὶ πορεύσονται ὀπίσω σου δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς πλήν σου· σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ, Οὐχ ὁρᾷς, φησὶν, ὅτι εἷς θεός ἐστιν; Ἐκ τῶν τοιούτων γὰρ ῥητῶν, ὡς ὑπεδείξαμεν, οὐ νοῶν τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ πανούργως περικόπτων τὰς γραφὰς, λοξὰ μὲν διηγούμενος, ἀνθυπερβάτως δὲ εἰσάγων τοὺς λόγους, οὐκ ἀκολούθως καὶ περὶ πόδα φθέγγεται, οὔτε καθ᾽ εἱρμὸν διηγεῖται ὁ Νοητὸς ἢ οἱ ἐξ αὐτοῦ Νοητιανοὶ νοοῦσιν. Ὥσπερ γε κακῷ κυνὶ ὄνομα Λέων, καὶ τοὺς μηδὲ ὄντως ὁρῶντας καλοῦσι πολλὰ βλέποντας, καὶ τὰς χολὰς γλυκείας φάσκουσι, καὶ τὸ ὄξος μέλι τινὲς ἐπωνόμασαν, καὶ τὰς Ἐριννύας Εὐμενίδας τινὲς ἐπωνόμασαν, οὕτω καὶ οὗτος καὶ οἱ ἀπ᾽ αὐτοῦ Νοητοῦ ἔχων ὄνομα ἀνόητος ὑπάρχει καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ ἀνοητοῦντες, μηδὲ ὅλως τὴν ἀκολουθίαν ὧν [3] φάσκουσι καὶ ὧν προβάλλονται νοοῦντες, ὡς καὶ πληροῦσθαι ἐπ᾽ αὐτοὺς τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου, Μήτε ἃ λέγουσι νοοῦντες, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται.

Cap. V. — 1. *Petavius suspicatus est* τῷ.
2. *Vulgo* τὸ.
3. *An* κωφὸς?
4. *Petavius suspicatus est* ποιεῖν.

Cap. VI. — 1. καὶ *om. libri vulgo. Adieci vero cum etiam supra cap. 2. extare viderem.*

quisquam existimet, pro eo quod *unum* atque *unum* solummodo dixerit, aliquid de triadis numero esse detractum; quasi spiritus sancti mentionem nullam fecerit. Etenim cum patrem et filium deum nominavit, ac dominum, in spiritu sancto utique nominavit. Nam neque cum de patre agens, *Unus deus*, inquit, *ex quo omnia*, esse illum dominum negavit. Neque contra subiiciens, *Et unus dominus Iesus Christus*, hunc esse deum inficiari voluit. Sed quemadmodum in patre una appellatione contentus hoc tantum dixit, *Unus deus*, qua voce etiam altera, *Dominus*, continetur, ita in filio, *Unus dominus*, duntaxat expressit, qua cum voce dei quoque est appellatio coniuncta. Quare cum de patre ac filio disserebat apostolus, non spiritu sancto vacuus erat, sed in eodem loquebatur, ut diximus. Solet autem spiritus sanctus sui minime commendationem facere, ne exemplum nobis commendandi nostri praebuisse videatur. Est igitur unus deus pater ex quo omnia, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, sive propter quem omnia, et unus spiritus sanctus, a deo nequaquam alienus, qui propriam habet personam; quoniam *Dei spiritus est et veritatis spiritus*, *spiritus*, inquam, *patris ac Christi*.

Quod autem nobis istud obiicit, *Laboravit Aegyptus et negotiatio Aethiopum, et Sabaim viri sublimes ad te transibunt*, item illud, *Tu es deus, et nesciebamus, et tibi servierunt, et ibunt post te vincti manicis, et in te orabunt, quoniam in te deus est, et non est deus praeter te, tu enim es deus, et nesciebamus, deus Israel salvator*, vides, inquit, ex iis, quemadmodum unus duntaxat sit deus? His enim scripturae locis potissimum fretus, ut ante diximus, nec illorum sensum intelligens, sed sacras literas fraudulenter amputans, atque et obliquas narrationes instituens, et sacras auctoritates perverso ordine ac nonnullis praeteritis in medium afferens, nihil consequenter ac seriatim eloquitur, nihil denique penitus intelligit tam Noëtus, quam qui ab eo Noëtiani dicuntur. Atque ut pessimo cuidam cani nonnunquam leonis nomen imponitur, ac caecos multa videntes appellant, et fel dulce nominatur, et acetum mel a quibusdam vocatum est, ac denique Furias nonnulli Eumenidas nuncuparunt, ita in illis accidisse videmus, ut et Noëtus, hoc est intelligens, appellaretur ineptus et insipiens homo, et hoc ipsum nomen perinde inepti illius discipuli consequerentur. Qui quidem eorum quae dicunt ac palam proponunt rationem consequentiamque non intelligunt, ut in his apostoli dictum illud impleatur: *Nec quae dicunt intelligentes, nec de quibus asserunt.*

Cap. VI. Isai. 45, 14. 1. Tim. 1, 7.

2. *Vulgo* τὸ.

3. φάσκουσι *emendarunt Cornarius et Petavius. Libri vulgo habent* φάσκει.

Κεφ. ζ. Ὁρᾶτε γὰρ, ὦ ἄνδρες ἀδελφοὶ, πῶς ἀνώτερον εἶπεν ἡ θεία γραφὴ, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὁ κύριος, ὡς ἔχει ἡ ἀρχὴ τοῦ κεφαλαίου (ὅθεν καὶ δεικτέον ἐπὶ πάσης ἐν αὐτῷ τῷ κεφαλαίῳ ἀληθείας τε καὶ ὑποθέσεως) ὅτι, Ἐρωτήσατέ με περὶ τῶν υἱῶν μου, καὶ τῶν θυγατέρων, καὶ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν μου ἐντείλασθέ μοι. Ἐγὼ ἐποίησα, φησὶ, τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῆς, ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανὸν, ἐγὼ πᾶσι τοῖς ἄστροις ἐνετειλάμην, ἐγὼ ἤγειρα μετὰ δικαιο-
pag. 486. σύνης βασιλέα, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι· οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐπιστρέψει, οὐ μετὰ λύτρων, οὐ μετὰ δώρων, εἶπε κύριος Σαβαώθ. Εἶτα λοιπὸν, Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ αἱ ἐμπορίαι Αἰθιόπων, καὶ τὰ ἑξῆς, ὅτι ἐν σοὶ θεός ἐστιν. Ἐν τίνι δὲ φαίημεν, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ πατρῴῳ λόγῳ; Καὶ γὰρ ἀληθῶς θεὸς λόγος ὁ υἱὸς, καὶ ἐν αὐτῷ ὁ πατὴρ γινώσκεται· ὡς λέγει, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακεν τὸν πατέρα, καὶ, Ἐγὼ ἐδόξασά σου τὸ ὄνομα ἐπὶ τῆς γῆς. Εἶτα πάλιν ὅτι, Ἐγὼ ἤγειρα βασιλέα. Οὐχ ὁρᾷς ὅτι φωνή ἐστι πατρὸς ἡ ἰδιάζουσα, ἡ ἐγείρουσα ἐξ αὐτῆς τὸν ἀληθινὸν λόγον βασιλέα ἐπὶ πάντας, τὸν ἐξ αὐτοῦ ἀληθινῶς γεννηθέντα ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως; ὃς καὶ ἤγειρε πάλιν αὐτὸν τὸν βασιλέα, ὡς λέγει ὁ ἅγιος ἀπόστολος, φάσκων, Εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Χριστὸν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος πνεύματος αὐτοῦ ἐν ὑμῖν· ὅπως συνᾴδῃ τὰ προφητικὰ τοῖς ἀποστολικοῖς, καὶ τὰ ἀποστολικὰ τοῖς εὐαγγελικοῖς, καὶ τὰ εὐαγγελικὰ τοῖς ἀποστολικοῖς, καὶ τὰ ἀποστολικὰ τοῖς προφητικοῖς. Εἶτα, Ἤγειρα βασιλέα· καὶ ὧδε ὁ ἐγείρων Χριστὸν ἐκ νεκρῶν. [1] Τὸ δὲ, Ἐν σοὶ θεός ἐστιν, ὡς μυστηριωδῶς τὰ πάντα καὶ θαυμασίως διηγεῖται ἡ θεία γραφή. Ὥσπερ γὰρ ἐν ναῷ [2] ἐν σαρκὶ προεωρᾶτο, καὶ προκατηγγέλλετο τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐλπίδι, διὰ τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἐπιστροφῆς ἡ θεότης. Ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ θεοῦ θεὸς λόγος ὡς ἐν πόλει ἁγίᾳ καὶ ἐν ναῷ ἁγίῳ, τουτέστιν ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐνανθρωπήσει καὶ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ, θεὸς ὢν κατοικῶν ἐν ναῷ ἁγίῳ λέγει, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Διότι μυστικῶς τὰ πάντα οἰκονομεῖ [3] θεός. Λόγος ἀποσταλεὶς ἀπὸ πνεύματος ἐν σαρκὶ, καὶ σύνδεσμον ἀγάπης δεικνὺς, ἐφέλκεται, καὶ σμικρύνας ἑαυτὸν μέγας ὢν θεὸς, αὐτὸς ὁ λόγος, ἐκ παρθένου διὰ πνεύματος ἁγίου γεννηθεὶς υἱὸς θεοῦ, εἷς ὢν, ἑαυτὸν σαρκὶ καὶ πνεύματι ἕνα τελέσας, ὡς λέγει, Ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.

Cap. VII. — 1. *Vulgo* ὁ δὲ.
2. ἐν *praepositionem, quae desideratur in libris, adiciendam esse viderunt iam Cornarius atque Petavius.*

Animadvertite enim, fratres carissimi, quid ante scriptura dixerit, seu potius dominus ipse, ut initio capitis scriptum est. Unde ex verissima illa, quae in toto capite est, narratione argumentoque, Christiana fides est commonstranda. Sic enim ait: *Interrogate me de filiis meis et filiabus, et de operibus manuum mearum mandate mihi. Ego feci*, inquit, *terram, et hominem in ipsa. Ego manu mea fundavi coelum, ego omnibus stellis praecepi, ego suscitavi cum iustitia regem, et omnes viae eius rectae. Iste aedificabit civitatem meam, et captivitatem convertet: non cum pretio, non cum muneribus, ait dominus exercituum.* Deinde subdit, *Laboravit Aegyptus et negotiationes Aethiopum,* et cetera. *Quoniam in te deus est.* In quo vero alio quam in paterno verbo deum inesse dicemus? Vere quippe deus verbum filius est, in eoque cognoscitur pater, quemadmodum ipse testatur: *Qui vidit me, vidit et patrem.* Item: *Ego glorificavi nomen tuum in terra.* Deinde: *Ego suscitavi regem.* In quo nonne propriam patris vocem agnoscis, quae verum ex sese verbum excitans regem omnium constituit, eum scilicet quem vere ex se sine ullo initio ac tempore genuit? Qui quidem eundem rursus regem excitavit, ut apostolus his verbis expressit: *Quodsi spiritus eius qui suscitavit Christum a mortuis habitat in vobis; qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum suum in vobis.* Ut et prophetarum oracula cum apostolicis, et apostolica cum evangelicis, et evangelica cum apostolicis, apostolica denique cum propheticis consentiant. Sequitur: *Suscitavi regem.* Et hic declaratur ille qui Christum a mortuis excitavit. At cum dicit, *In te deus est,* quanto cum mysterio, quamque admirabiliter omnia scriptura sacra proponit? Etenim in carne velut in templo quodam praevidebatur atque hominum spei per conversionem ad deum ostendebatur divinitas. Siquidem dei filius ac deus ipse verbum, quasi in sancta quadam urbe religiosoque templo, nimirum in assumpta hominis natura et incarnatione deus existens, in sanctissimo inquam templo habitans ita loquitur: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.* Quoniam per mysterium administrat omnia cum carne missus a spiritu deus verbum, atque arctissimum caritatis nexum ostendens allicit, cum se praesertim extenuavit magnus ipse deus, verbumque de virgine interventu spiritus sancti genitus dei filius, qui unus atque idem sese carne spirituque perfecit. Quo illud pertinet: *Qui descendit, ipse est et qui ascendit filius hominis, qui est in coelo.*

Cap. VII. — Isai. 45, 11 sqq. — Ioann. 14, 9. — Ioann. 17, 4. — Isai. 45, 13. — Rom. 8, 11. — Isai. 45, 13. — Isai. 45, 14. — Ioann. 2, 19. — Ioann. 3, 13.

3. *Vulgo sine distinctione* θεὸς λόγος ἀποσταλεὶς *cett.*

Κεφ. η΄. Τί οὖν ἐρεῖ Νοητὸς ἐν τῇ αὐτοῦ ἀνοησίᾳ; Μὴ ἐν τῷ οὐρανῷ σὰρξ ἦν; Δηλονότι οὐκ ἦν. Πῶς οὖν ὁ καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ αὐτός
pag. 487. ἐστιν ὁ ἀναβάς; ἀλλ' ἵνα τὸν κατελθόντα λόγον σημάνῃ οὐ κάτωθεν ὄντα, ἀλλὰ ἄνωθεν κατελθόντα. Ἐπεὶ δὲ ἐνηνθρώπησεν ἐν σαρκὶ, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ἐκ πνεύματος δὲ καὶ σαρκὸς, ἐτελείωσε τὴν αὐτοῦ οἰκονομίαν. Διὰ τοῦτο μίαν ἑνότητα σημαίνων τῆς τοῦ λόγου συνενώσεως καὶ τῆς ἀνθρωπήσεως φάσκει τὸν ἄνωθεν ἥκοντα ἄνω ἀνιέναι ἐν τελειώσει θεότητος. Καὶ γὰρ νῦν ὁ μὴ ὤν ποτε σάρξ ἐστιν ἐκ πνεύματος καὶ παρθένου, ὁ προσενεχθεὶς πατρὶ τέλειος λόγος, ὃς πρὸ τούτου ἐν οὐρανῷ οὐκ ἦν σάρξ. Τί οὖν ἦν ὁ ἐν οὐρανῷ; ἀλλὰ λόγος ὁ ἀπὸ οὐρανοῦ ἀποσταλεὶς, ἔχων τὴν εἰς μίαν θεότητα ἕνωσιν, κατὰ δύναμιν πατρὸς συνηνωμένην, ἵνα δείξῃ ὅτι ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ ὁ αὐτὸς θεὸς λόγος ὑπῆρχεν, ἄτρεπτος ὢν καὶ ἀναλλοίωτος. Λόγος γὰρ ἦν θεὸς, ἦν ἀεὶ, πνεῦμα ἦν, δύναμις ἦν, [1] ὃς τὸ κοινὸν ὄνομα καὶ παρὰ ἀνθρώποις χωρητὸν ἀνελάμβανεν εἰς ἑαυτὸν, οὕτω καλούμενος υἱὸς ἀνθρώπου, υἱὸς ὢν θεοῦ, καὶ ἐν προφήταις [2] προὼν ὀνομάζετο ὅπερ οὔπω ἐν σαρκὶ ἦν, διὰ τὸ μέλλον ἐν αὐτῷ τελειοῦσθαι. Ὡς καὶ Δανιὴλ ἔφη, Εἶδον ὡς υἱὸν ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν. Διὸ δικαίως ἐν οὐρανῷ τῷ ὀνόματι [3] τούτῳ τὸν λόγον [4] εἶδε πνεύματι ἁγίῳ ὁ προφήτης υἱὸν ὑψίστου ἀποκαλῶν. Διὸ τὰ πρῶτα ὕστερα σημαίνων ὁ μονογενὴς φάσκει, Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· οὐχ ὅτι δὲ ἄνω ἦν ἡ σὰρξ, ἀλλὰ ἄνωθεν κατήρχετο, τούτῳ τῷ λόγῳ μέλλων καλεῖσθαι.

Κεφ. θ΄. Ἀλλὰ τί ἐστιν ὃ ἐρεῖς, ὦ οὗτος, ὅτι Οὗτος φησὶν, ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ λογισθήσεται ἄλλος; Καλῶς πάνυ ἔφη, ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος διαβεβαιοῦται, λέγων, Ὧν οἱ πατέρες, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός. Θαυμαστῶς διηγεῖται. Οὗτος γὰρ ὁ ὢν ἐστιν ἐπὶ πάντων θεός. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς διδάσκει ἡμᾶς λέγων, Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου, διὰ τοῦτο ἐπὶ πάντων ἐστὶ θεός.
pag. 488. Οὕτω καὶ Ἰωάννης μαρτυρεῖ λέγων, Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἑωράκαμεν, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν. Καὶ πάλιν φησὶν ἐν τῇ Ἀποκαλύψει, Ὁ ὢν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ὁ ἐρχόμενος

Cap. VIII. — 1. ὃς *cod. Rhedig.* *Vulgo* ὡς. 2. *Libri* πρὸ ὧν. 3. *Libri* τοῦτον.

Quid ad haec Noëtus cum sua stoliditate atque amentia potest obiicere? Num in coelo caro ante versabatur? Minime profecto. Quomodo igitur qui descendit de coelo, ipse est qui ascendit; nisi illud significare voluit, verbum ipsum, quod descenderat, non ex inferiori esse loco, sed e coelo esse delapsum? Posteaquam vero carnem hominis assumpsit, non illam quidem e viri semine susceptam, e spiritu pariter ac carne totum administrationis suae negotium perfecit. Quamobrem ut divini verbi humanaeque naturae coniunctionem et in unam eandemque rem consociationem monstraret, illum ipsum dixit qui e coelo venerat eodem cum absoluta divinitate rediisse. Nunc enim, id quod ante non erat, caro est, de spiritu susceptus ac virgine, perfectum nempe verbum oblatum patri deo, quod antea caro in coelo non fuerat. Quid igitur in coelo fuit aliud praeter verbum e coelo demissum? Cui in unam divinitatem coniunctio conveniebat, secundum paternam vim copulata atque conflata. Quo et illud una declararet, in terra coeloque eundem esse deum verbum, conversionis omnis ac mutationis expertem. Erat quippe verbum, deus erat semper, erat spiritus, vis erat denique. Qui commune illud nomen, quodque homines capere possent, in seipsum suscepit, cum hominis filius appellatus est, quamvis dei filius esset. Qui insuper a prophetis id ipsum quod in carne nondum erat esse ante pronuntiabatur, propter id quod erat in eo perficiendum. Quare ita Daniel loquitur: *Vidi quasi filium hominis venientem in nubibus.* Unde merito in coelo hoc affectum nomine verbum sancti spiritus afflatu propheta perspexit qui *Filium altissimi* vocavit. Quocirca quae prima sunt posteriori ordine declarans unigenitus dei filius, *Nemo,* inquit, *ascendit in coelum nisi qui de coelo descendit, filius hominis.* Non quod caro esset in coelo, sed quod e coelo descenderet, qui eiusmodi esset vocabulo nominandus.

Cap. VIII. — Dan. 7, 13. — Ioann. 3, 13.

Verum quid tandem, mi homo! proferes? Scriptum est, inquit, *Iste deus est noster, et non aestimabitur alius.* Praeclare vero, quemadmodum et apostolus affirmat: *Quorum,* inquit, *patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia, deus.* Quae quidem admirabiliter ab eo dicta sunt. Hic enim qui est super omnia deus est. Nam cum iis ipse nos verbis doceat: *Omnia mihi tradita sunt a patre meo,* propterea *super omnia deus est.* Atque ita quoque Ioannes testatur: *Quod fuit,* inquit, *ab initio, quod audivimus, et oculis vidimus, et manus nostrae contrectaverunt.* Ac rursus in Apocalypsi: *Qui est ab initio, et qui venturus est omnipotens.* Egregie

Cap. IX. — Baruch. 3, 36. — Rom. 9, 5. — Matth. 11, 27. et Luc. 10, 22. — 1. Ioann 1, 1. — Apoc. 1, 8.

4. εἶπε *coniecit Petavius. Verba* τῷ ὀνόματι *iungenda sunt cum* ἀποκαλῶν.

παντοκράτωρ. Καλῶς κατὰ πάντα εἶπε. Καλῶς γὰρ εἶπε, Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου, καὶ ἀκριβῶς ὑπετίθετο. Ἐπὶ πάντας μὲν οὖν ὢν θεὸς, ἔχων δὲ ἴδιον αὐτοῦ πατέρα, ἐν τῷ λέγειν, Ἀπέρχομαι πρὸς τὸν πατέρα. Εἰ δὲ ἦν αὐτὸς πατὴρ, πρὸς ποῖον πατέρα ἄρα ἀπῄει, ὦ ἀνόητε; Πάλιν γὰρ λέγει, Ἵνα ὦσιν ἓν, ὡς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν.

Κεφ. ί. Ἀεὶ γὰρ ἡ γραφὴ ἀσφαλιζομένη τὰς κατὰ τὸ ἄκρον πτώσεις τῶν ἀνθρώπων ἐκ πανταχόθεν τὸν νοῦν συνάγει ἐπὶ τὴν μέσην τῆς ἀληθείας ὁδόν. Καὶ πρὸς τούτους μὲν τοὺς νομίζοντας ἀλλότριον εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς, φημὶ δὲ ὡς Ἄρειος νομίζει καὶ ἄλλαι αἱρέσεις, λέγει, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, πρὸς δὲ τοὺς νομίζοντας αὐτὸν εἶναι τὸν πατέρα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι υἱὸν, διὰ τὸ εἰρηκέναι, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, λέγει, Ποίησον αὐτοὺς ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν· ἵνα καταισχύνῃ Νοητὸν καὶ τὴν αὐτοῦ σχολὴν, παραγαγὼν εἰς τὸ μέσον τὴν τῶν μαθητῶν ἕνωσιν. Πῶς γὰρ ἠδύνατο Πέτρος καὶ Ἰωάννης, καὶ οἱ καθεξῆς, εἶναι ἓν ὡς κατὰ [1] συναλοιφήν; ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι ἐν μιᾷ ἑνότητι θεότητος, καὶ ἐν μιᾷ γνώμῃ, καὶ δυνάμει, εἰς τὸ ἀποκρούσασθαι πᾶσαν ὑπόνοιαν κατὰ θάτερον τῆς ἀληθείας ἐπανισταμένην. Φίλιππος δὲ ὁ ἅγιος ἀπόστολος φάσκει, Δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα σου. Ὁ δὲ εἶπεν, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐγώ εἰμι ὁ πατὴρ, ἀλλὰ τὸ Ἐμέ σημαῖνον [2] τὸ Ἑαυτόν λέγων, τὸ δὲ Ἑώρακε τὸν πατέρα, οὐχ Ἑαυτόν λέγων. Ἄλλο γὰρ τὸ Τόν καὶ ἄλλο τὸ Ἐμέ, καὶ ἄλλο Ἐγώ, καὶ ἕτερον τὸ Ἐμέ. Εἰ γὰρ ἦν ὁ αὐτὸς πατὴρ, ἔλεγεν, Ἐγώ εἰμι· ἐπειδὴ δὲ οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ πατὴρ, ἀλλὰ ὁ υἱὸς, ἀληθῶς λέγει, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα· ἵνα ἀποκρούσηται τὴν τοῦ Ἀρείου βλασφημίαν, τὴν τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἀλλοτριοῦσαν.

Διὸ τῆς πάσης γραφῆς σαφῶς περὶ ἀληθείας ἡμῖν τὴν ὁδὸν ὑποτιθεμένης, καὶ τοῦτον τὸν Νοητὸν καὶ τὴν αὐτοῦ αἵρεσιν, Νοητιανῶν
pag. 489. φημι, σὺν ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι παρωσάμενοι, ὥςπερ [3] ὀστρακίτην τὸν καλούμενον δράκοντα, τὸν μὴ δυνάμενον κάμπτεσθαι ἐν τῷ καταδιώκειν ἄνθρωπον μήτε δεξιὰ, μήτε εὐώνυμα, ἐκκλίναντες ἀπὸ αὐτοῦ τε καὶ τῆς ἑαυτοῦ σχολῆς καὶ μοχθηρίας ἐπὶ τὰς ἑξῆς δυνάμει θεοῦ τὸν νοῦν ἀκοντίσωμεν, πρὸς διήγησιν καὶ ἔλεγχον τῶν ἐν αὐταῖς ἐπινενοημένων κατὰ τῆς ἀληθείας ξενολεξιῶν.

Cap. X. — 1. συναλιφήν *libri omnes. Nec hoc tantum loco.* 2. *Libri vulgo* τὰ ἑαυτόν. 3. *Cf. supra haer.* 40, 8.

plane haec ab illo pronuntiata sunt. Recte, inquam, dixit, *Omnia mihi tradita sunt a patre meo*, accurateque nos docuit. Ille itaque supra omnes deus existit, cum nihilominus patrem habeat suum. Quod iis verbis expressit: *Vado ad patrem.* At si pater esset ipse, Ioann.16,10. quem tandem ad patrem, o stulte, discederet? Ita quippe rursus loquitur: *Ut sint unum, sicut ego et tu unum sumus.* Ioann.17,22.

Etenim scriptura hoc potissimum cavens, ne homines ad ex- Cap. X. trema quaeque deflectant, medium in veritatis iter ubique sensum intelligentiamque compellit. Quamobrem ut illis occurrat, qui alienum a patre filium esse praedicant, quae est Arii et aliarum sectarum opinio, sic loquitur: *Ego et pater unum sumus.* Contra vero, Ioann.10,30. ut eos refellat qui eundem esse patrem et filium asserunt, pro eo quod dixit, *Ego et pater unum sumus*, ita alio loco precatur: *Fac* Ioann.17,21. *ipsos ut sint unum, sicut ego et tu unum sumus.* Quo Noëto eiusque scholae pudorem incutiat, dum illam discipulorum coniunctionem in medium adducit. Qua enim ratione Petrus et Ioannes et ceteri unum esse, velut in unum coalescentes confusique potuerunt? Sed eo nimirum illa dicta sunt quod in unius divinitatis coniunctione eademque sententia ac virtute consistant, ut error omnis excludatur ac falsitas, quae utravis ex parte contra veritatem insurgat. Philippus vero apostolus hunc in modum Christum alloquitur: *Ostende nobis* Ioann. 14, 8. *patrem tuum.* Cui ita respondit: *Qui videt me, videt et patrem meum.* Non dixit, *Ego sum pater,* sed *Me*, quod idem est ac seipsum, adiecit. Item, *Videt*, inquit, *patrem,* non utique seipsum commemorat. Aliud enim est articulus ille τὸν, aliud pronomen ἐμὲ, aliud ἐγὼ, aliud ἐμέ. Nam si ipse pater esset, diceret profecto, *Ego sum.* Quare cum ipse pater minime sit, sed filius vere istud usurpavit: *Qui videt me, videt et patrem*, ad refutandam Arii blasphemiam, quae filium alienat a patre.

Quae cum ita sint ac cum sacrae omnes literae viam nobis veritatis certissime demonstrent, postquam Noëtum istum, ab eoque propagatam Noëtianorum sectam, una cum reliquis repulimus, perinde ac draconem illum qui ostracites, sive testaceus, dicitur, qui cum hominem persequitur, neque in dextram neque in sinistram partem flectere se ullo modo potest, ab illo demum eiusque schola et improbitate declinantes ad ceteras divina ope freti animum adiiciamus, ut peregrinas et absurdas dicendi rationes adversus veritatem in illis excogitatas pertexere ac redarguere possimus.

# ΚΑΤΑ ΟΥΑΛΗΣΙΩΝ,

## τριακοστὴ ὀγδόη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ ὀγδόη.

Κεφ. α΄. Περὶ Οὐαλησίων ἀκούομεν πολλάκις, οὐ [1] μέντοι ἔγνωμεν ποῦ, τίς, ἢ πόθεν ὡρμᾶτο, ἢ τί λέγων ἢ νουθετῶν ἢ φθεγγόμενος ὁ Οὐάλης οὗτος. [2] Τὸ μὲν ὄνομα Ἀραβικὸν ὑπάρχον τινὰ ὑπόνοιαν ἡμῖν δίδωσι διανοηθῆναι τοῦτον καὶ τὴν αὐτοῦ αἵρεσιν εἰςέτι δεῦρο φέρεσθαι ὡς ἐν ὑπονοίᾳ, καθάπερ ἔφην, τινὰς ὄντας ἐν Βακάθοις τῆς [3] Φιλαδελφηνῆς χώρας πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ οἱ μὲν ἐπιχώριοι τούτους Γνωστικοὺς βούλονται λέγειν, οὐκ [4] εἰσὶ δὲ τῶν Γνωστικῶν· ἕτερα γὰρ τούτων τὰ φρονήματα. Τὰ δὲ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα [5] περὶ αὐτῶν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Ἐν μὲν τῇ ἐκκλησίᾳ οἱ πλείους συνήγοντο ἕως καιροῦ τινος, [6] ἕως εἰς πλάτος ἦλθεν ἡ αὐτῶν ἄνοια, καὶ ἀπεβλήθησαν τῆς ἐκκλησίας. Εἰσὶ δὲ πάντες [7] ἀπόκοποι· καὶ αὐτοὶ [8] δὲ περὶ Ἀρχῶν καὶ Ἐξουσιῶν καὶ ἄλλων [9] οὕτως δοξάζουσι. Καὶ ὅταν λάβωσιν ἄνθρωπον εἰς μαθητείαν, καθ᾽ ὅσον μὲν χρόνον [10] οὔπω τῶν μορίων ἀπετμήθη, ἐμψύχων οὐ μεταλαμβάνει, ὅταν δὲ πείσωσι τὸν τοιοῦτον ἢ μετὰ ἀνάγκης αὐτὸν ἀποτέμωσι, τότε πᾶν ὁτιοῦν μεταλαμβάνει, ὡς ἤδη πεπαυμένος ἀγῶνος καὶ μηκέτι ἐπικίνδυνος ὢν εἰς τὸ ἐποτρύνεσθαι διὰ τῶν ἐδεσμάτων εἰς ἡδονὴν ἥκειν ἐπιθυμίας. Οὐ μόνον δὲ τοὺς ἰδίους [11] τοῦτον ἀπαρτίζουσι τὸν τρόπον, ἀλλὰ [12] πολλάκις καὶ ξένους παρερχομένους καὶ παρ᾽ αὐτοῖς ἐπιξενωθέντας ταύτῃ διέθεντο τῇ [13] ἀγωγῇ, ὡς πολὺς περὶ τούτου [14] θρυλεῖται λόγος. Ἁρπάζουσι γὰρ τοὺς τοιούτους ἔνδον καὶ [15] ἐπὶ συμψελίοις δήσαντες μετὰ
pag. 490. ἀνάγκης τὸ χειρότευκτον ἐργάζονται τῆς τῶν μελῶν ἀφαιρέσεως. Καὶ ταῦτά ἐστιν ἃ περὶ τούτων εἰς ἡμᾶς ἧκεν, οὕςπερ γνόντες ἐν ποίῳ τόπῳ τὴν καταμονὴν ἔχουσι, καὶ ὡς τὸ ὄνομα τοῦτο πολὺ τυγχάνει ἐν τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις, καὶ ὡς τῆς αἱρέσεως ἕτερον ὄνομα οὐ κατειλήφαμεν, ἐνομίσαμεν ταύτην εἶναι.

Cap. I. — 1. μέν τοί γε *cod. Venet.*
2. καὶ τὸ μὲν *cod. Ven.*
3. Φιλαδελφικῆς *cod. Ven.*
4. εἶναι *(sic) cod. Ven.*
5. περὶ αὐτῶν τοῦτον ἔχει τὸν *cod. Venet. Vulgo extat* περιέχει τοῦτον τόν.
6. ὡς *cod. Ven.*
7. ἀπόκοποι πλὴν ὀλίγων, καὶ *extat in cod. Ven.*
8. δὲ *non agnoscit cod. Ven.*
9. *Uti nimirum* Ἀρχὰς *illas et* Ἐξουσίας *exsectas esse et genitalibus carere statuant. Aliam enim haec verba interpretationem non admittunt. At sunt corrupta, aut manca, id quod Petavium suspicatum esse video, quodque patet ex verbis Nicetae Panopl. IV,* 30. *(Bibl. Patr. Lugd. tom. XXV, p.* 129.*)*: „Valens quidam Arabs natione fuisse fertur, ex quo evenit, ut eius haeresis in Bacathis pullularet. Sunt autem Bacatha Metrocomia, hoc est primarium oppidum eius Philalphiae, quae in Arabia trans Iordanem sita est. Eadem itaque Valentii quoque de Principiis et Potestatibus cum Archonticis, Sethianis, et ceteris huius

# CONTRA VALESIOS,
## haeresis XXXVIII., sive LVIII.

Saepenumero de Valesiis audivimus; ita tamen ut de illorum auctore Valente, ubinam is gentium fuerit, aut undenam excitatus fuerit, quae illius dicta, quae praecepta ac sermones extiterint, nondum comperire potuerimus. Quamquam ex eius nomine, quod Arabicum est, nonnulla nobis suspicio est in eadem illum opinione fuisse, atque ipsius hoc tempore versari sectam, quam esse nonnullorum diximus, qui in Bacathis Philadelphenae provinciae ultra Iordanem habitant. Qui quidem ab eius loci incolis Gnostici nominantur. Quamvis minime Gnostici sint, et ab iis opinionum varietate dissentiant. Verum quae de illis nosse potuimus, ea fere sunt huiusmodi. Principio itaque ecclesiam plerique frequentabant, quod eo usque tenuit donec amplificata diffusaque illorum insania ab ecclesiae consortio segregati sunt. Universi porro castrati sunt. Ac de Principatibus et Potestatibus, ceterisque hunc in modum sentiunt. Quemcumque vero in suam disciplinam receperint, quamdiu nondum ei execta virilia sunt, ab animatis abstinet. Posteaquam autem sive illi persuaserint, sive violenter exsecuerint, tum demum, quasi ab omni certamine liber, atque extra periculum omne positus, ne ciborum usu ad libidinum voluptates inflammetur, quodcumque ciborum genus permittitur. Neque vero suos eo modo duntaxat afficiunt, sed etiam peregrinos saepe transeuntes et ad sese divertentes, quemadmodum frequenti de illis rumore spargitur. Hos enim intus correptos, et manicis ac vinculis alligatos, violenter membris suis mutilant. Haec sunt quae de hisce haereticis accepimus; de quibus cum id cognoverimus, quoniam in loco domicilium habeant, ac quemadmodum frequens sit istud in illis regionibus nomen, cum alterius haeresis appellationem nullam acceperimus, iure hanc eandem esse nobis persuasimus. Cap. I.

farinae sentiunt. Sunt autem omnes exsecti; praecipuam enim collocant in eo operam, ut quam plurimos eunuchos habeant."

10. οὕτω *cod. Venet.*

11. τοῦτον γὰρ ἀπαρτίζουσι *cod. Ven.*

12. καὶ πολλάκις καὶ *cod. Ven.*

13. *Ita cod. Ven. Vulgo* διαγωγῇ.

14. ϑρυλλεῖται *edit. Petav.*

15. *Petavius edidit* ἐπισυμψελίοις, *et margini suae editionis adscripsit:* „Vox ista mihi quidem obscura." *Cod. Venetus habet* ὀπίσω συμψελίοις. Συμψέλιον, *vel* συμψέλλιον, *ut voluit scribi Gatakerus Opp. Critt. p.* 810. *et Diss. de Novi Instr. Stylo cap.* 2. (*pag.* 9. *Opp. Crit.*), *Latinorum est* subsellium. *Cf. etiam Franc. Francus* (*Salmasius*) *in Confutat. Animadv. Antonii Cercoetii p.* 79 *sq.*, *et Du Cangii Gloss. s. v.* Συμψέλλιον.

Κεφ. β'. Πολλὴ δὲ φρενοβλάβεια τῶν τοιούτων. Εἰ μὲν γὰρ τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ βούλονται πληροῦν, τὸ, Ἐὰν σκανδαλίζῃ σε ἓν τῶν μελῶν σου, ἀπόκοψον ἀπὸ σοῦ, συμφέρει γάρ σοι [1] εἰςελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἢ χωλὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ κυλλὸν, πῶς δύναται ἐν βασιλείᾳ τινὰ ἠκρωτηριασμένον; Εἰ γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν τὰ πάντα ἐστὶ τελειοῦσα, οὐδὲν ἀτελὲς ἔχει ἐν ἑαυτῇ. Καὶ ὁπότε τοῦ σώματός ἐστιν ἀνάστασις, πάντα τὰ μέλη ἀναστήσεται, καὶ οὐδὲ ὁπότερον αὐτῶν καταλειφθήσεται. Καὶ εἰ ὅλως τὸ μέλος οὐκ ἐγείρεται, οὐδὲ πᾶν σῶμα ἀναστήσεται. Καὶ εἰ τὸ ἓν μέλος τὸ σκανδαλίζον αὐτὸ μόνον καταλιμπάνεται, οὐδὲν ὅλως καταλειφθήσεται, οὐδὲ ὁπότερον τῶν μελῶν. Πάντα γὰρ ἡμᾶς ἐσκανδάλισε. Τίς δὲ ἀναρρήξει αὐτοῦ τὴν καρδίαν πάντα σκανδαλίζουσαν; Ἔσωθεν γὰρ, φησὶν, ἐκπορεύονται πορνεῖαι, μοιχεῖαι, ἀσέλγειαι, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Τίς οὖν ῥήξει τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν; Εἰ δὲ οὐκ ἐγείρεται τὸ σῶμα κατὰ τήν τινων ἄνοιαν καὶ ἀσέβειαν, πῶς ἄρα διοίσει ὁ περὶ τούτων ὁριζόμενος λόγος. Τῶν γὰρ μελῶν ἁπάντων μὴ εἰςερχομένων εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, τίς ἔτι χρεία παρὰ ἓν μέλος γίνεσθαι, τῶν ἄλλων μὴ τοῦτο πληρούντων; Εἰ δὲ ἐγείρεται τὸ σῶμα, ἐγείρεται γὰρ, πῶς ἐνδέχεται ἔτι ἐν βασιλείᾳ οὐρανῶν λώβησις γίνεσθαι; ἢ πῶς οὐκ ἔσται ἀπρεπὴς ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐπισινῆ σώματα ἔχουσα πρὸς δόξαν; Εἰ δὲ ὅλως καὶ τμηθείη τὸ μέλος τὸ σκανδαλίζον, ἄρα τέτμηται, καὶ οὐχ ἥμαρτε· τμηθὲν δὲ καὶ μὴ ἁμαρτῆσαν αὐτὸ δεῖ πρῶτον πάντων ἀναστῆναι, μὴ ἁμαρτῆσαν.

Κεφ. γ'. Ὅσοι δὲ εἰς τὸ πρόχειρον τοῦτο ἔργον ἔντολμοι, ἀπὸ πάντων ἑαυτοὺς ἠθέτησαν καὶ ἀπηλλωτρίωσαν. Οὔτε γὰρ ἄνδρες εἰσὶ, διὰ τὸ
pag. 491. ἀφῃρημένον· οὔτε γυναῖκες δύνανται εἶναι, διὰ τὸ παρὰ φύσιν. [1] Προέλαβε δὲ καὶ ἡ τοῦ στεφάνου τοῦ ἀγῶνος καὶ βραβείου τούτου ἐπωνυμία. Οὐδὲ ὁπότεροι γὰρ φανήσονται οὗτοι τῶν τριῶν τάξεων τῶν εὐνούχων τῶν ὑπὸ κυρίου εἰρημένων. Εἰσὶ γὰρ, φησὶν, εὐνοῦχοι, οἳ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτῶν ἐγεννήθησαν. Ἐκεῖνοι γὰρ ἀναίτιοί εἰσι τῆς αὐτῶν εὐνουχίας, οὔτε μὴν ἁμαρτίαν ἔχοντες, διὰ τὸ οὕτως γεγενῆσθαι, οὔτε πάλιν ἁμαρτίαν δυνάμενοι πράττειν, τὴν ἀφροδισίων φημὶ, ἐπειδὴ μὴ πέφυκε αὐτοῖς τὰ παιδοποιὰ ὄργανα, τὰ ἐκ θεοῦ κεκτισμένα. Ἀλλ' οὔτε μισθὸν ἔχουσιν εὐνουχίας [2] βασιλείας οὐρανῶν,

Cap. II. — 1. εἰςελθεῖν *in libris Epiphanii tam scriptis quam editis desideratur.*
Cap. III. — 1. „Verbum illud προέλαβε suspectum mihi est.“ *Petavius. Cornarius vertit:* Sed et coronae certaminis ac praemii huius cognomen au-

Sed horum insignis quaedam est stultitia. Nam si illud exequi volunt quod est in evangelio scriptum: *Si scandalizaverit te ullum ex membris tuis, abscinde abs te: expedit enim tibi intrare in regnum coelorum claudum, aut mancum, aut curvum etc.*, quomodo regnum coelorum ingredi mutilus quispiam potest? Nam si coelorum regnum perfecta habeat omnia, nihil in se habet imperfectum. Itaque cum hominum corpora resurgent, universa simul membra resurgent, sic ut eorum nullum penitus relinquatur. Ac si omnino resurgere membrum aliquod negemus, ne totum quidem corpus resurget. Quod si membrum illud unum, quod scandalizat, relinquendum sit, consequens est nullum ut prorsus relinquatur. Etenim membra nos omnia scandalizaverunt. Quis autem est qui cor suum in omnibus scandalum obiiciens avellere atque amputare possit? Quippe, *Ex interioribus*, inquit, *exeunt fornicationes, adulteria, libidines, et id genus cetera.* Ecquis igitur cor suum abrumpet? Ac si, ut nonnullorum fert impietas et amentia, corpus minime resurgit, quid tandem nostra refert, quod ab illis asseritur? Cum enim universa membra coeleste regnum minime ingredi possint, quid attinet uno solum mutilari membro, cum id alia nequaquam perficiant? Iam vero si corpus excitatur (uti vere accidit), estne ut in regno coelorum mancum aliquid sit aut mutilum? Nonne turpis quaedam coelestis illius regni futura species est, si truncata membra ad sempiternam illam gloriam admittantur? Praeterea si membrum illud, quod scandalum praebet, abscissum fuerit, amputatum utique est, ac proinde nec peccavit. Quod cum ita sit, primum omnium resurgere ipsum oportet, quod minime peccaverit.

Cap. II. Matth. 18, 8. Matth. 15, 19.

*διαβόλου ἐμπαιζομένην, ἀρκούμεθα τοῖς ὀλίγοις τούτοις, ἐπειδὴ πάντῃ σαφές ἐστιν ὅτι οὐ συνέσεως παρ' αὐτοῖς ἡ ἐργασία, οὐδὲ ἐκ θεοῦ ἡ τοιαύτη γνῶσις, ἀλλὰ δαιμόνων ἐνεργείας ἡ χλεύη καὶ πτῶσις αὐτῶν τῆς ἀθεμίτου ἐργασίας γίνεται. Καὶ ταύτην δὲ παρωσάμενοι, ὥςπερ τὴν δεινὴν σκυτάλην, τὴν ἔχιδναν καλουμένην, οὖσαν μὲν τῷ σώματι βραχεῖαν, τῇ δὲ ἰοβολίᾳ δεινὸν ἆσθμα ἐμπνέουσαν, καὶ εἰς τοὺς πλησιάζοντας τὴν λύμην ἐμφυσῶσαν, ταύτην συντρίψαντες ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, θεὸν ἀρωγὸν ἐπικαλεσάμενοι εἰς τὴν τῆς πάσης πραγματείας ἡμῶν ἔνθεον ἐπαγγελίαν.*

## ΚΑΤΑ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΑΔΑΜΑΝΤΙΟΥ,
### τεσσαρακοστὴ τετάρτη, ἡ καὶ ἑξηκοστὴ τετάρτη.

Κεφ. α'. *Ὠριγένης, ὁ καὶ Ἀδαμάντιος ἐπικληθεὶς, καθεξῆς* [1] *τούτων ἀκολουθεῖ. Οὗτος παῖς μὲν ἦν Λεωνίδους τοῦ μακαρίτου ἁγίου μάρτυρος, καὶ αὐτὸς δὲ τὰ πλεῖστα διωχθεὶς ἐν τῇ νέᾳ αὐτοῦ ἡλικίᾳ, ἀνὴρ ὢν κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων παιδείαν λόγιος, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ ἀνατεθραμμένος, ἐν χρόνοις Δεκίου τοῦ βασιλέως ἐγνωρίζετο ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας. Ἦν γὰρ τῷ γένει μὲν Αἰγύπτιος, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ ἐσχηκὼς τὴν οἴκησιν, καὶ ἀνατροφὴν, τάχα δὲ ἐν Ἀθήναις φοιτήσας ἐν τοῖς παιδευτηρίοις χρόνῳ τινί. Πολλὰ δὲ λέγεται πεπονθέναι ὑπὲρ τοῦ ἁγίου λόγου τῆς πίστεως καὶ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο μὲν ἐν τῇ πόλει πολλάκις συρόμενος, ὀνειδιζόμενος, βασάνοις ἀνηκέστοις ὑποβαλλόμενος. Καὶ γὰρ καιρῷ ποτε ξυρήσαντες αὐτὸν οἱ Ἕλληνες πρὸς τῇ ἀναβάσει τοῦ Σεραπίου καλουμένου τοῦ αὐτῶν εἰδώλου καθίσαντες τὸν αὐτὸν προςέταξαν θαλοὺς φοινίκων ἐπιδιδόναι τοῖς ἐπὶ τὸ ἀθεμιτουργεῖν καὶ προςκυνεῖν τῷ εἰδώλῳ ἀνιοῦσι. Τοιοῦτον γὰρ σχῆμα*
pag. 525. *ἔχουσιν οἱ τῶν εἰδώλων αὐτῶν ἱερεῖς. Ὁ δὲ λαβὼν μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ πεπαρρησιασμένῃ τῇ διανοίᾳ, οὐ δείσας, οὐδὲ διστάσας ἐβόα λέγων, Δεῦτε, λάβετε οὐ τὸν θαλὸν τοῦ εἰδωλίου, ἀλλὰ τὸν θαλὸν τοῦ Χριστοῦ. Καὶ πολλά ἐστιν ἃ περὶ τὸν ἄνδρα ἀνδραγαθήματα ἀναφέρουσιν οἱ παλαιοὶ κατὰ παράδοσιν.*

Κεφ. β'. *Ἀλλ' οὐκ ἔμεινεν αὐτῷ τὰ τοῦ βραβείου εἰς τέλος. Διὰ γὰρ τὸ ἐξοχώτατον τῆς* [1] *ἁγιότητος αὐτοῦ καὶ τῆς προπαιδείας ἐπὶ πλεῖστον φθόνον διεβέβλητο, καὶ μᾶλλον τοῦτο παρώξυνε τοὺς κατὰ καιρὸν τότε τὴν ἐξουσιαστικὴν ἀρχὴν διέποντας. Κακομηχανίᾳ δὲ διαβολικῇ ἐπενόησαν οἱ τῆς κακίας ἐργάται αἰσχρότητα τῷ ἀνδρὶ* [2] *ἐπιποιῆσαι,*

Cap. I. — 1. τούτων *emendarunt Cornarius et Petavius. Libri habent* τοῦτον.

Cap. II. — 1. *Pro* ἁγιότητος *in margine exempli Schottiani invenio scripturam*

tem illorum redarguere, paucis illis erimus contenti; cum et alioqui manifesto constet, nulla ab prudentia illorum proficisci facinus, nec eiusmodi a deo derivatam esse scientiam, sed ex daemonum afflatu ludibrium istud omne ac nefandi sceleris crimen esse conflatum. Quocirca cum nos haeresin istam, viperae instar eius quam scytalen vocant, repulerimus, quod quidem serpentis genus cum pusillo corpore sit, molestum ac vehemens asthma veneno suo iniecit et appropinquantibus labem ac perniciem inspirat, cum hanc igitur hactenus obtriverimus, ad reliquas transeamus, si prius dei opem imploraverimus, ut divinum plane suscepti operis institutum favore suo prosequatur.

## ADVERSUS ORIGENEM ADAMANTIUM, haeresis XLIV., sive LXIV.

Origenes cognomento Adamantius sequitur. Natus hic Leonida patre, beatissimo sanctissimoque martyre. Sed et ille primis aetatis suae annis multa in persecutione mala sustinuit, atque ubi virilem ad aetatem pervenit, Graecis literis apprime excultus, atque in ecclesiae gremio nutritus, Decio imperatore Alexandriae claruit. Genere quippe Aegyptius Alexandriae domicilium educationemque nactus est. Ac nescio an Athenis quoque scholas aliquamdiu frequentarit. Sed pro Christiana religione ac fide Christique nomine quamplurima perpessus esse dicitur. Nam et in urbe tractus saepius et conviciis affectus et immanissimis quaestionibus tormentisque subiectus est. Inter cetera adrasum illum aliquando Graeci pro templi Serapidis (quod illorum idolum est) gradibus collocantes palmarum surculos in eos distribuere iusserunt qui ad execrandos ritus obeundos venerandumque simulacrum adibant. Hic enim simulacrorum apud illos sacerdotibus est habitus. At Origenes ramis illis acceptis magna voce constantique animo, sine ullo metu ac dubitatione ita vociferatus est: *Adeste, capite non simulacrorum templi, sed Christi surculum.* Praeter haec alia quamplurima sunt egregia viri facinora, quae veteres de illo tradiderunt. Cap. I.

Sed in eiusmodi praemii possessione perpetuo non permansit. Cap. II. Etenim ob eximiam sanctitatem, et eruditionem, summam est invidiam adductus, eaque res magistratus ac praefectos maiorem in modum acuit. Tum illud vero diaboli calliditate improbitatis artifices commenti sunt, ut ad turpitudinis necessitatem hominem adigerent,

λογιότητος *ex cod. ms., nescio quo, annotatam.*

2. *Rescripsi* ἐπιποιῆσαι *pro* ἐπινοῆσαι *quod vulgo in libris obtinuit.*

καὶ τιμωρίαν τοιαύτην ὁρίσαι. Εἰς παράχρησιν δὴ τοῦ αὐτοῦ σώματος Αἰθίοπα αὐτῷ [3] παρεσκεύασαν. Ὁ δὲ μὴ φέρων τὴν τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας ἐπίνοιαν ἔρρηξε φωνὴν, τῶν ἀμφοτέρων προτεθέντων αὐτῷ πραγμάτων θῦσαι μᾶλλον ἑλόμενος. Οὐ μὴν δὲ ἑκουσίᾳ γνώμῃ μᾶλλον τοῦτο ἐπετέλεσεν, ὡς πολὺς ᾄδεται λόγος· ἀλλ' ἐπειδὴ [4] ὅλως καθωμολόγησε τοῦτο πρᾶξαι, βαλόντες ἐπὶ χεῖρα αὐτοῦ λίβανον εἰς τὴν τοῦ βωμοῦ πυρὰν καθῆκαν. Καὶ οὕτως τοῦ μαρτυρίου ἀπὸ τῶν κρινάντων ὁμολογητῶν τε καὶ μαρτύρων ἀπεβλήθη τότε, καὶ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐξεώθη. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τοῦτο ὑποστὰς, καὶ μὴ δυνάμενος τὴν τῶν ὀνειδιζόντων χλεύην φέρειν, ἀνεχώρησε, καὶ τὴν Παλαιστίνην, τούτεστι τῆς Ἰουδαίας κατοικεῖν γῆν εἵλετο. Ἀνελθὼν γοῦν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, [5] καθὼς τοιοῦτος ἐξηγητὴς καὶ λόγιος, προετρέπετο ἀπὸ τοῦ ἱερατείου (φασὶ γὰρ αὐτὸν καὶ πρεσβυτερίου κατηξιῶσθαι τὸ πρὶν, πρινὴ τοῦ θῦσαι)· [6] προτρεπόμενος, ὡς ἔφην, αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας εἰπεῖν, καὶ πολλὰ καταναγκασάντων [7] τῶν τηνικαῦτα ἐν Ἱεροσολύμοις τὴν ἱερωσύνην τῆς ἁγίας ἐκκλησίας διεπόντων, ἀναστὰς ἐπὶ πόδας τὸ ῥητὸν μόνον τοῦ ψαλμοῦ τοῦ τεσσαρακοστοῦ ἐνάτου εἰπὼν, τὴν πᾶσαν διαστολὴν παρελθὼν, ὡς λέγει ὁ ψαλμὸς, Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ θεὸς, Ἵνα τί συ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου; πτύξας τὸ βιβλίον ἐπέδωκε, καὶ ἐκάθισε μετὰ κλαυθμοῦ καὶ δακρύων, πάντων ὁμοῦ σὺν αὐτῷ κλαιόντων.

Κεφ. γ'. Καὶ μετὰ χρόνον ἀπεντεῦθεν προτρεπομένων αὐτὸν πολλῶν, καὶ
pag. 526. ἀναγκαζόντων Ἀμβροσίῳ τινὶ συντυχὼν τῶν διαφανῶν ἐν αὐλαῖς βασιλικαῖς (τινὲς δὲ τοῦτον τὸν Ἀμβρόσιον ἔφασαν οἱ μὲν Μαρκιωνιστὴν, οἱ δὲ Σαβελλιανὸν), κατήχησε γοῦν τὸν αὐτὸν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως ἐκκλῖναι, καὶ ἀναθεματίσαι, καὶ τὴν πίστιν ἀναλέξασθαι τῆς ἁγίας θεοῦ ἐκκλησίας. Ὁ δὲ προειρημένος Ἀμβρόσιος ἐπειδὴ [1] ἀπὸ πολλῆς αἱρέσεως ὑπῆρχε, καὶ ἀνὴρ λόγιος καὶ σπουδαῖος περὶ τὰς θείας ἀναγνώσεις τῶν θείων γραφῶν, διὰ τὴν ἐν ταῖς θείαις βίβλοις βαθύτητα τῶν νοημάτων ἠξίωσε τὸν αὐτὸν Ὠριγένην φράσαι αὐτῷ. Ὁ δὲ βουλόμενος εἰς ἐκείνου καθῆκον καὶ προτροπὴν πάσης γραφῆς, ὡς εἰπεῖν, ἑρμηνεὺς γενέσθαι καὶ ἐξηγήσασθαι ἐπετήδευεν, καὶ ἐν τῇ Τύρῳ τῆς Φοινίκης, ὡς λόγος ἔχει, εἰκοσιοκτὼ ἔτη, πολιτείᾳ μὲν ὑπερβαλλούσῃ, καὶ σχολῇ, καὶ καμάτῳ· τοῦ μὲν Ἀμβροσίου τὰ πρὸς τροφὴν αὐτῷ τε καὶ

3. *Scripsi* παρεσκεύασαν. *Vulgo enim ita extat exaratum:* ὁρίσαι, εἰς παράχρησιν – – – παρασκευάσαι. *Cornarius convertit:* Per diabolicam vero malignitatem excogitaverunt malitiei operatores, quomodo turpitudinem viro excogitarent, et plagam talem decernerent, ita ut in abusum corporis ipsius Aethiopem ipsi subornarent, aut sacrificare iuberent. *Rem etiam narrat Nicetas Thesaur. Orthod. Fid. IV, 31.*

4. *Corrigendum videtur* ἀλλ' ἐπειδὴ οὐχ ὅλως, *vel* οὐδ' ὅλως. *Quod praecedentia verba suadent, et Nicetas, qui l. l.* ,,— quod cum paulo post, *inquit*, immutata sententia facere detrectasset, illi

atque eiusmodi poenam statuerent, ut ad illius corpori stuprum inferendum Aethiopem compararent. Ad haec Origenes fraudulentum illud diaboli consilium non sustinens vocem illam edidit qua duobus illis propositis, sacrificare maluit. Quamquam non omnino sponte illud sua praestitisse vulgo dicitur, sed ubi semel hoc se esse facturum assensus est, tus in manum illius impositum in subiectum arae focum excussisse gentiles asserunt. Hoc modo et a martyrii gloria confessorum martyrumque, qui illius temporibus erant, iudicio excidit, et ab ecclesia deiectus est. Accidit hoc Alexandriae, ubi cum exprobrantium ludibria ferre non posset, illinc abiit, et in Palaestina, sive Iudaea, domicilium constituit. Forte contigit ut Hierosolymam profectus, ut erat sacrarum literarum egregius et eruditissimus interpres, ab sacerdotum collegio (nam et ipse priusquam sacrificaret ad sacerdotii gradum pervenisse dicitur) ad verba in ecclesia facienda sollicitaretur. Cumque ab iis, uti dixi, qui tunc sacerdotalem in ecclesia dignitatem obtinebant, vi propemodum ad id agendum impelleretur, ille in pedes consurgens, reliquis versibus praetermissis, postquam hunc unum e psalmo quadragesimo nono locum attulisset: *Peccatori autem dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum?* complicatum librum reddidit, flensque et lacrimans resedit, flentibus cum eo qui aderant universis. Psalm. 49, 16.

Posthaec multis hortantibus, imo cogentibus, e Ambrosii cuiusdam viri inter Palatinos primarii familiaritate usus (quem nonnulli Marcionistam, alii Sabellianum fuisse memorant) huic ipsi ut haeresin eiuraret ac damnaret, atque ecclesiae catholicae fidem amplecteretur, auctor extitit. Ambrosius vero, cum haeresin magnopere implicatus hactenus fuisset, et eruditus alioqui ac divinarum literarum inprimis studiosus esset, propter sententiarum, quae iisdem sacris codicibus continentur, profunditatem ab Origene postulavit ut ea sibi interpretatione sua patefaceret. Qui ut hortanti Ambrosio, pro eo atque illi congruebat, satisfaceret, universam scripturam interpretatione sua et expositione declarare instituit. Proindeque in urbe Tyro, quae Phoeniciae est, viginti octo annos excellenti quadam vitae ratione in otio ac commentandi labore transegit: cum et Ambrosius quae ad alendum ipsum una cum librariis ac ceteris ad- Cap. III.

prioribus promissis instantes, imposito manibus eius ture, sacris id imponi focis imperant."

5. *Libri habent* καὶ ὡς *pro* καθὼς.

6. προτρεπόμενος *cod. Rhedig. Editi libri habent* προτρεπόμενοι. *Petavius coniecit* προτρεπομένων δὲ. *Mallem* προτρεπομένων οὖν, *vel* προτρεπόμενος οὖν, ὡς ἔφην.

7. τῶν, *quod abest a libris, reduxi ex vocabulo praecedenti.*

Cap. III. — 1. *Male praeter Petavium Cornarius quoque haec verba interpretatus est, reddens:* quando quidem multas haereses nosset. Αἵρεσις *h. l. est* φιλολογία *aut* φιλομαθία.

τοῖς ὀξυγράφοις καὶ τοῖς ὑπηρετοῦσιν αὐτῷ ἐπαρκοῦντος, χάρτην τε καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀναλωμάτων, καὶ τοῦ Ὠριγένους ἔν τε ἀγρυπνίαις καὶ σχολῇ μεγίστῃ τὸν κάματον τὸν περὶ τῆς γραφῆς διανύοντος. Ὅθεν τὸ πρῶτον αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐφιλοτιμήσατο συναγαγεῖν τῶν ἓξ ἑρμηνειῶν Ἀκύλα, Συμμάχου, τῶν τε Ἑβδομηκονταδύο, καὶ Θεοδοτίωνος, Πέμπτης τε καὶ Ἕκτης Ἐκδόσεως, μετὰ παραθέσεως ἑκάστης λέξεως Ἑβραϊκῆς, καὶ αὐτῶν ὁμοῦ τῶν στοιχείων, ἐκ παραλλήλου δὲ ἄντικρυς [2] δευτέρᾳ σελίδι χρώμενος κατὰ σύνθεσιν Ἑβραϊκὴν μὲν τῇ λέξει, Ἑλληνικῷ δὲ τῷ γράμματι, ἑτέραν πάλιν πεποίηκε σύνθεσιν, ὡς εἶναι μὲν ταῦτα καὶ καλεῖσθαι Ἑξαπλᾶ ἐπὶ τὰς Ἑλληνικὰς ἑρμηνείας δύο ὁμοῦ παραθέσεις τῆς Ἑβραικῆς φύσει δι' Ἑβραϊκῶν καὶ Ἑλληνικῶν στοιχείων, ὥςτε εἶναι τὴν πᾶσαν παλαιὰν διαθήκην δι' Ἑξαπλῶν καλουμένων καὶ διὰ τῶν δύο Ἑβραϊκῶν ῥημάτων. Ταύτην ὁμοῦ πᾶσαν τὴν πραγματείαν ὁ ἀνὴρ μετὰ καμάτου πεφιλοτίμητο, ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος τὸ κλέος αὐτοῦ ἄσβεστον διήνυσε. Συμβέβηκε γὰρ αὐτῷ τὸ τῆς πολυπειρίας εἰς μέγα πτῶμα. Ἐξ αὐτοῦ γὰρ τοῦ σκοποῦ βουλόμενος μηδὲν τῶν θείων γραφῶν ἐάσαι ἀνερμήνευτον εἰς ἐπαγωγὴν ἑαυτὸν περιέβαλεν ἁμαρτίας, καὶ θανάσιμα ἐξηγήσατο ῥήματα, ἐξ οὗπερ οἱ Ὠριγενιασταὶ καλούμενοι, οὐχ οἱ [3] πρῶτοι τὴν αἰσχρουργίαν. Οὐ γὰρ ἔχω περὶ ἐκείνων λέγειν, ὡς καὶ ἤδη προεῖπον, εἰ ἐκ [4] τοῦ Ὠριγένους
pag. 527. τοῦ καὶ Ἀδαμαντίου ἐσχήκασι τὴν ἀρχὴν, ἢ ἕτερόν τινα ἀρχηγὸν ἐσχήκασιν Ὠριγένην λεγόμενον. Φασὶ δὲ καὶ τοῦτον τὸν Ὠριγένην ἐπινενοηκέναι ἑαυτῷ κατὰ τὸ [5] σῶμά τι, ὃν οἱ μὲν λέγουσι νεῦρον ἀποτετμηκέναι διὰ τὸ μὴ ἡδονῇ ὀχλεῖσθαι, μηδὲ ἐν ταῖς κινήσεσι ταῖς σωματικαῖς φλέγεσθαί τε καὶ [6] πυρπολεῖσθαι. Ἄλλοι δὲ οὐχί φασιν, ἀλλὰ ἐπενόησέ τι φάρμακον ἐπιθεῖναι τοῖς μορίοις, καὶ ἀποξηρᾶναι. Ἕτεροι δὲ καὶ ἄλλα εἰς αὐτὸν ἀναφέρειν τολμῶσιν, ὡς ὅτι καὶ βοτάνην τινὰ εὕρηκεν ἰατρικὴν μνήμης ἕνεκα. Καὶ τὰ μὲν ὑπέρογκα ὑπὲρ αὐτοῦ λεγόμενα οὐ πάνυ πεπιστεύκαμεν, ὅμως τὰ λεγόμενα ἐξειπεῖν οὐ παρελίπομεν.

Κεφ. δ'. Ἡ δὲ ἐξ αὐτοῦ φῦσα αἵρεσις πρῶτον μὲν ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ ὑπάρχουσα, τὰ νῦν δὲ παρ' αὐτοῖς τοῖς ἐξοχωτάτοις καὶ δοκοῦσι

2. *Epiph. de Mens. et Ponderibus cap. 7:* „Τὰς γὰρ ἓξ ἑρμηνείας καὶ τὴν Ἑβραϊκὴν γραφὴν Ἑβραϊκοῖς στοιχείοις καὶ ῥήμασιν αὐτοῖς ἐν σελίδι μιᾷ συντεθεικὼς ἄλλην σελίδα ἀντιπαράθετον δι' Ἑλληνικῶν μὲν γραμμάτων, Ἑβραϊκῶν δὲ λέξεων πρὸς κατάληψιν τῶν μὴ εἰδότων Ἑβραϊκὰ στοιχεῖα, εἰς τὸ διὰ τῶν Ἑλληνικῶν εἰδέναι τῶν Ἑβραϊκῶν λογίων τὴν δύναμιν, καὶ οὕτως τοῖς λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ Ἑξαπλοῖς καὶ Ὀκταπλοῖς τὰς μὲν δύο Ἑβραϊκὰς σελίδας καὶ τὰς ἓξ τῶν ἑρμηνευτῶν ἐκ παραλλήλου ἀντιπαραθεὶς, μεγάλην ὠφέλειαν γνώσεως ἔδωκε τοῖς φιλοκάλοις. Εἴθε δὲ καὶ ἐν τοῖς αὐτοῦ συντάγμασι μὴ παρέπεσε, καὶ ἑαυτὸν καὶ τὸν κόσμον ἠδίκησε, κακῶς δογματίσας τὰ

ministris necessaria erant, necnon et chartam ac reliquos sumptus benigne suppeditaret, et Origenes magnis vigiliis ingentique otio hunc enarrandae scripturae laborem prosequeretur. Primum ei studium fuit sex in unum interpretationes conferre, Aquilae, Symmachi, Septuaginta duorum, Theodotionis, una cum Editione Quinta ac Sexta; quibus sexta singulas Hebraicas dictiones propriis elementis perscriptas addidit, tum ex adverso altera in pagina contextum alterum fecit ex Hebraicis dictionibus Graecis literis exaratis. Hunc in modum volumina illa, quae Hexapla dicuntur, composuit, quae praeter Graecas editiones duas insuper Hebraici sermonis columnas continent, alteram Hebraicis ipsis, alteram Graecis elementis conscriptam; adeo ut vetus omne testamentum tam Hexaplis eiusmodi quam duplici Hebraicorum vocabulorum contextu comprehensum fuerit. Cum hoc totum opus summo ille cum labore studioque perfecisset, non perpetuo nominis sui ac gloriae integritatem retinuit, sed tanta doctrinae vis ac copia ruinae illi ac calamitatis occasionem dedit. Nam cum, ut sibi proposuerat, nullam sacrarum literarum partem, quam non explicaret, omittere vellet, in ingens se peccatum commisit, ac mortiferas quasdam voces exposuit, unde Origenistarum secta profluxit, non superiorum illorum, qui insigni turpitudine sunt. De illis enim, ut ante dixi, certi nihil affirmare possum utrum ab Adamantio Origene, an ab aliquo alio qui et Origenes ipse diceretur, initium acceperint. Ceterum eundem illum Origenem narrant quiddam in corpusculum excogitasse suum, sive nervum sibi, ut quidam existimant, inciderit, quo se illecebrarum molestia liberaret, neque turpibus corporis motibus velut incendio quodam aestuaret, sive, quod alii malunt, medicamento aliquo partibus illis imposita resiccarit. Sunt qui alia quaedam illi tribuant, veluti quod ad iuvandam memoriam medicatam quandam herbam repererit. Quae igitur grandia de illo ac magnifica produntur, non omnino fide digna censemus. Nihilominus quae communi sermone percrebuerunt, praeterire noluimus.

Quod ad haeresin illam attinet cuius auctor fuit, ea primum in Aegypto propagata hodie inter praecipuos atque eos maxime viget Cap. IV.

περὶ πίστεως καὶ τὰ πλεῖστα τῶν γραφῶν κακῶς φράσας.“

3. *Petavius mancam esse orationem iudicavit. Cornarius reddidit:* non primi illi qui turpem actionem faciunt. *Libri habent* οὐχ οἱ πρῶτοι, οἱ τὴν αἰσχρουργίαν. *Delenda una erat vocula* οἱ, *quae ex voce* πρῶτοι *accreverat. Vertendum est:* non illi qui primum quoad turpitudinem locum obtinent.

4. τούτου τοῦ *cod. Venet.*

5. σῶμά τι, ὃν οἱ μὲν *mea est emendatio. Libri enim, quotquot novi, habent* κατὰ τὸ σωμάτιον. οἱ μὲν *cett.*

6. πυρπολεῖσθαι *cod. Venet. Vulgo mendose* πυρβολεῖσθαι. — *In seqq. correxi* φασιν. *Vulgo enim extat* φησιν.

τὸν μονήρη βίον ἀναδέχεσθαι, παρὰ τοῖς φύσει κατὰ τὰς ἐρημίας ἀναχωροῦσί τε καὶ τὴν ἀκτημοσύνην ἑλομένοις, δεινὴ [1] δὲ καὶ αὕτη, καὶ πασῶν τῶν παλαιῶν μοχθηροτέρα, ἡ καὶ σὺν ἐκείνοις τὰ ὅμοια φρονοῦσα. Κἂν γὰρ αἰσχρότητα ἐπιτελεῖν οὐ παρασκευάζει τοὺς αὐτῇ μαθητευομένους, ἀλλ' οὖν γε δι' αἰσχρότητος δεινὴν ὑπόνοιαν εἰς αὐτὸ τὸ θεῖον ἐνσκήπτει. Ἐκ τούτου γὰρ καὶ ὁ Ἄρειος τὰς προφάσεις εἴληφε, καὶ οἱ καθεξῆς, Ἀνόμοιοί τε καὶ ἄλλοι. Φάσκει γὰρ οὗτος, τολμήσας δῆθεν κατὰ τὴν ἀρχὴν λέγειν, πρῶτον μὲν ὅτι ὁ υἱὸς ὁ μονογενὴς ὁρᾶν τὸν πατέρα οὐ δύναται, ἀλλὰ οὔτε τὸ πνεῦμα τὸν υἱὸν δύναται θεάσασθαι, οὔτε μὴν ἄγγελοι τὸ πνεῦμα, οὔτε οἱ ἄνθρωποι τοὺς ἀγγέλους. Καὶ αὕτη πρώτη αὐτοῦ ἡ πτῶσις. Ἐκ γὰρ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς τοῦτον εἰσηγεῖται, κτιστὸν δὲ ἅμα. Βούλεται δὲ ὡς κατὰ χάριν τὸν υἱὸν αὐτὸν καλεῖσθαι λέγειν. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι αὐτοῦ πτώσεις μείζους. Τὴν ψυχὴν γὰρ τὴν ἀνθρωπείαν λέγει προϋπάρχειν, ἀγγέλους δὲ ταύτας εἶναι καὶ δυνάμεις ἄνω, ἐν ἁμαρτίαις δὲ ἀμπλακησάσας, καὶ τούτου ἕνεκεν εἰς τιμωρίαν εἰς τοῦτο τὸ σῶμα κατακεκλεισμένας, πεπέμφθαι δὲ ἀπὸ θεοῦ εἰς τιμωρίαν, ὅπως ἐνταῦθα πρώτην κρίσιν ὑποδέξονται. Διόπερ, φησὶ, καὶ δέμας κέκληται τὸ σῶμα, διὰ τὸ δεδέσθαι τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σώματι· τὴν παλαιὰν Ἑλλήνων μυθώδη
pag. 528. ὑπόνοιαν φανταζόμενος. Εἰς ταῦτα δὲ καὶ μύθους ἐκτίθεται. Ψυχὴν γὰρ, φησὶ, διὰ τοῦτο καλοῦμεν, διὰ τὸ ἄνωθεν πεψύχθαι. Μαρτυρίας δὲ κατὰ τὸν ἴδιον νοῦν ἐπιπλάττεται ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν, οὐχ οὕτως ἐχούσας, οὐδὲ οὕτως δεδομένας. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, φησὶ, τὸν προφήτην, Πρινὴ ταπεινωθῆναί με ἐγὼ ἐπλημμέλησα, ἐξ αὐτῆς, φησὶ, τῆς ψυχῆς ὁ λόγος, ὡς ἄνω ἐν οὐρανῷ ἐπλημμέλησε, πρινὴ ἐν τῷ σώματι τεταπεινῶσθαι. Καὶ [2] τῷ εἰπεῖν, φησὶν, Ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὡς τοῦ ἀνδραγαθήσαντος ἐνταῦθα ἐν ἀγαθοεργίᾳ ἐπιστρέφοντος εἰς τὴν ἄνω ἀνάπαυσιν, διὰ τὴν αὐτοῦ τῆς ἐργασίας δικαιοπραγίαν. Καὶ πολλὰ ἔστιν ἄλλα τοιαῦτα λέγειν. Τὸ κατ' εἰκόνα δέ φησιν ἀπολωλεκέναι τὸν Ἀδάμ. Ἐντεῦθέν φησι καὶ τοὺς χιτῶνας τοὺς δερματίνους ἐπισημήνασθαι τὴν γραφὴν ὅτι, Ἐποίησεν αὐτοῖς, φησὶ, χιτῶνας δερματίνους, καὶ ἐνέδυσεν αὐτούς. Τὸ σῶμα, φησὶν, ἐστί. Καὶ πολλή τίς ἐστι παρ' αὐτοῦ ἡ ᾀδομένη χλεύη, τήν τε τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἐλλιπῆ ποιεῖται, πὴ μὲν λόγῳ παριστῶν ταύτην, πὴ δὲ ἐξαρνούμενος τελεώτατα, ἄλλοτε δὲ καὶ μέρος [3] ἐξαῦθις ἀνίστασθαι. Ἀλληγορεῖ δὲ λοιπὸν ὅσαπερ δύναται, τόν τε Παράδεισον, τά τε τούτου ὕδατα, καὶ τὰ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τῆς γῆς. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τούτοις ὅμοια φλυαρῶν οὐ

Cap. IV. — 1. δὲ *rescripsi pro* τε, *quod habes in libris omnibus.*
2. *Repone* τὸ.
3. *Scripsi* ἐξαῦθις *pro* ἐξ αὐτῆς *quod in libris vulgo obvium. Olim placuit* ἐξ αὐτῶν.

qui monasticum vitae genus specie ipsa profitentur, quippe se et in solitudines abdiderunt, et paupertatem profitentur, pestifera illa quidem, ac veteres omnes improbitate superans, quarum errores complectitur. Nam licet nullum sectatoribus suis usum turpitudinis imponat, absurdam tamen impiamque de deo sententiam per summam turpitudinem inserit. Ex hoc enim fonte erroris sui ansam Arius accepit, ac reliqui deinceps omnes, velut Anomoei, et id genus alii. Principio eo temeritatis progressus est, ut asserat unigenitum filium patrem videre non posse, neque spiritum filium, neque angelos spiritum, neque homines angelos. Atque hic primus illius lapsus fuit. Ita enim ex patris substantia filium esse censet, ut nihilominus creatus fuerit. Quem quidem sola id gratia consecutum existimat, ut filius diceretur. Sed aliis longe gravioribus erroribus implicatus est. Nam animam hominis ante corpus extitisse putat, et easdem angelos esse virtutesque superiores, quae quod peccata contraxerint, supplicii caussa in hoc corpus inclusae sunt, proindeque ad poenas subeundas a deo relegari, ut hic iudicii prioris damnationem sustineant. Quam ob caussam, ait, et corpus ΔΕΜΑΣ appellari, quod corpori illigata sit anima. In quo vetera Graecorum somnia ac nugas retexit. Quin nonnullas ad eandem sententiam fabulas accommodat. Nam animam ob id, inquit, ΨΥΧΗΝ dicimus quod coelitus afflata sit. Ad haec certas ad opinionis falsae praesidium auctoritates affert, quas scripturis sacris perperam affingit, quae nec ita sese habent, ac longe aliter sunt editae. Quod enim a propheta dictum est, *Priusquam humiliarer, ego deliqui*, verba Ps. 118, 67. esse animae ipsius affirmat, cum in coelo antea deliquisset quam ad hoc corpus abiiceretur. Quod vero alibi scriptum est, *Convertere* Ps. 115, 7. *anima mea in requiem tuam*, eo referendum putat, quod qui strenue atque egregie se in hoc mundo gesserit, ob praeclara sua facta vitamque ex iustitia temperatam ad supremam illam coelestemque requiem sese convertat. Sexcenta ad eum modum commemorari possunt. Illud porro divinae, quod habebat, imaginis decus Adamum perdidisse narrat. Hinc est, inquit, quod pellicearum tunicarum in scriptura fit mentio: *Fecit illis tunicas pelliceas, et induit ipsos.* Gen. 3, 21. Quod de corpore accipit. Omnino infinita alia sunt ab eo decantata dogmata risu ac ludibrio digna. Nam et mortuorum resurrectionem mancam ac defectam asserit. Quam quidem partim verbis affirmat, partim funditus tollit. Alias vero partem duntaxat hominis excitari putat. Demum quaecumque potest ad allegorias transfert; velut Paradisum, et aquas quae in eo sunt, quaeque et supra coelestes

διαλείπει. Ἤδη δὲ καὶ ἐν ἄλλοις τισὶ τόποις τὰ τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ μνησθέντες διεξεληλύθαμεν.

Κεφ. ε΄. Οὐδὲν δὲ καὶ νῦν λυπήσει αὖθις ἐν τῇ κατ' [1] αὐτὸν αἱρέσει περὶ τῆς αὐτοῦ περιπετείας καὶ ὑποθέσεως διηγήσασθαι, καὶ ἐξ αὐτοῦ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ὑποβαλλομένων τὴν ἀνατροπὴν ποιήσασθαι. Πολλὴ γὰρ ἡ τούτου ὕστερον γενομένη ἀτοπία, καὶ ἐπιτήδευσις παραπεποιημένης ἐννοίας, καὶ ἔξω βεβηκυῖα τῆς ἀληθείας. Ἔδοξε γὰρ κατὰ αἱρέσεων πασῶν λέγειν τῶν πρὸ αὐτοῦ, καὶ ἀνατρέπειν ἑκάστην, ὕστερον δὲ καὶ αὐτὸς αἵρεσιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ταύτην τῷ βίῳ ἐξήμεσε. Καὶ πρῶτον μὲν οὖν τὰ ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέντα εἰς ἔλεγχον τῆς αὐτοῦ παραπεποιημένης [2] ἐπιπλάστου ἐννοίας παραθήσομαι, ἔπειτα δὲ καὶ τὰ κατ' αὐτοῦ ῥηθησόμενα τῆς ἡμῶν μετριότητος ὑποδείξω. Καὶ ἔστι τάδε ὅσαπερ ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ εἰσηγήσατο τῷ βίῳ. Ἐν πάσῃ γὰρ
pag. 529. γραφῇ ἀεὶ ὀλισθαίνων κατὰ λέξιν ἐν τοῖς ἀναγκαίοις παρέπεσεν. Ἐπειδὴ δὲ ὄγκος πολύς ἐστι (λέγεται γὰρ πολλὴν πεποιηκέναι σύνταξιν· εἰς ἑκάστην [3] γὰρ γραφὴν, ὡς ἔφην), οὐ παρῃτήσατο εἰπεῖν ἃ αὐτῷ ἔδοξε. Καὶ ὅσα μὲν ἐν προσομιλίαις καὶ διὰ τῶν προοιμίων εἰς ἤθη τε καὶ εἰς φύσεις ζώων τε καὶ τῶν ἄλλων εἴρηται, μέσος φερόμενος πολλάκις χαρίεντα διηγήσατο· ὅσα δὲ εἰς δόγματα ἐδογμάτισε, καὶ περὶ πίστεως καὶ μείζονος θεωρίας, τῶν πάντων ἀτοπώτατα τῶν πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν εὑρίσκεται, πλὴν τῶν ἐν ταῖς αἱρέσεσιν αἰσχρουργιῶν. Ἔδοξε γὰρ καὶ ἀσκητῶν βίον ἐπανῃρῆσθαι, ὡς καὶ ἄνω μοι προδεδήλωται. Διὸ καὶ τὸν θώρακα αὐτοῦ φασί τινες ἀπὸ ὑπερβολῆς πολιτείας, ἀσιτίας τε καὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, πεπτωκέναι. Φέρε δὴ οὖν αὐτὰς τὰς αὐτοῦ λέξεις παραθησόμεθα ἐκ τοῦ πρώτου ψαλμοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ θεωριῶν καὶ ὧν ἐδογμάτισεν, αὐτοῖς τοῖς λόγοις, ἵνα μή τινες εἴπωσι τὰ κατ' αὐτοῦ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα σεσυκοφαντῆσθαι. Καὶ οὐχ ὅτι πάντως μόνον ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ ἐξέπεσε τῆς ἀληθείας, ὡς πολλάκις εἶπον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑκάστῃ ἐξηγήσει. Διὰ δὲ τὸν ὄγκον τῆς αὐτοῦ πραγματείας ἀπὸ τοῦ προειρημένου ψαλμοῦ συλλέξαντες ἐνταῦθα [4] ἀπὸ τῆς μιᾶς ἢ δύο, ἢ τριῶν, λέξεων τὸ πᾶν τὸ περὶ τὴν πίστιν τῆς μοχθηρίας αὐτοῦ [5] ἀποκαλύψομεν, καὶ ταὐτόν γε εἰπεῖν ἀναγκαίως ἐπιμελησόμεθα. Καὶ ἔστιν εὐθὺς ἑκάστης λέξεως τὸ ἐδάφιον οὕτως ὅπως γνῴης, ὦ φιλόκαλε ἀκροατὰ, ὅτι φανερώτατα τὸν

Cap. V. — 1. *Mutavi* αὐτὴν, *quod vulgo extat, in* αὐτόν.

2. *Fortasse* καὶ ἐπιπλάστου.

3. *Hoc alterum* γὰρ *ne spurium sit vocabuloque sequenti* γραφὴν *originem suam debeat suspicor.*

4. *Fortasse* ἀπὸ του μιᾶς.

5. *Vulgo legitur* ἀποκαλύψωμεν, καὶ ταὐτόν τε εἰπεῖν.

orbes et sub terra collocatur. Haec et his simila nugari non desinit, quorum mentionem iam aliis in locis aspersimus.

Hoc vero loco quo adversus hanc haeresin praecipue disputamus, Cap. V. temerarias illius opiniones ac dogmata repetere non gravabimur, et ab eodem ipso confictarum ab eo fabularum refutationem arcessere. Longius quippe deinceps hominis absurditas pravarumque opinionum et a veritate remotissimarum affectatio progressa est. Qui cum adversus superiores omnes haereses disputasse ac singulas evertisse visus sit, postea tamen suam et ipse haeresin, et quidem haud vulgarem in orbem terrarum evomuit. Libet vero, ad commentitiam illius opinionem convincendam, quae ab eo dicta sunt primo loco subiicere, deinde quae ab tenuitate nostra adversus illum dicenda fuerint afferre. Ea vero sunt, quae ad primum psalmum in medium adduxit. Nam cum in omni scriptura perpetuo sit lapsus, in praecipuis ac necessariis potissimum singulis paene dictionibus aberrat. Verum illud eo facimus, quod scriptorum illorum ingens quaedam moles est. Nam infinita scripsisse dicitur, cum ad singulos scripturae libros quae sibi viderentur effutire non dubitaverit. Ceterum quae in sermonibus ad populum habitis ac prooemiis de moribus et animalium natura ceterisque id genus disseruit, media quadam insistens via scite atque eleganter plerumque disputavit. Quae vero de dogmatibus elucubravit, deque fide ac reliquis maiori contemplatione dignis, longe ceteris eorum omnium decretis qui aut antecesserunt aut post illum extiterunt ineptiora et absurdiora videntur, si duntaxat aliarum haereseon flagitia ac foeditates excipias. Ac videtur sane et ascetarum idem ille institutum amplexus, quemadmodum antea docui. Ob id stomachum illius ferunt propter exquisitam quandam vitae rationem et inediam atque ab animatis omnibus temperantiam concidisse. Sed iam illius verba proferamus ex eius ad priorem psalmum commentariis deprompta, et ex considerationibus ad eundem editis, dogmatumque tractationibus, totidem quibus scripsit ille verbis, ne quis nos illius dictis calumniam fecisse dicat. Atque ex hoc potissimum loco transferre voluimus; non quod in his duntaxat ad priorem psalmum commentariis a veritate ceciderit, ut persaepe testatus sum, nam in omnibus plane aberravit, sed quod innumera sint ab eo monumenta relicta, nonnullis ex eo illo psalmo collectis, ex una aut altera, vel tribus certe vocibus omnem illius in his quae ad fidem pertinent improbitatem aperiemus, ac necessario eadem quibus ille usus est verba referemus. Est igitur uniuscuiusque dictionis velut solum ac fundamentum huiusmodi, ut illud, studiose auditor, intelligas, manifestissime filium dei creaturam ab

υἱὸν τοῦ θεοῦ κτίσμα ἐδογμάτισε, καὶ ἀπὸ τῆς περὶ τοῦ υἱοῦ τόλμης γνώης ὅτι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κτιστὸν εἰςηγήσατο. Ἀπ' ἀρχῆς οὖν ἀναλέξωμεν τὸν ψαλμὸν, ἕως αὐτῆς τῆς λέξεως, ὡς αὐτὸς Ὠριγένης ἔφη.

## ΤΩΝ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΕΙΣ ΤΟΝ Α' ΨΑΛΜΟΝ.

Κεφ. ϛ'. Κεκλεῖσθαι καὶ ἐσφραγίσθαι τὰς θείας γραφὰς οἱ θεῖοί φασι λόγοι, τῇ κλειδὶ τοῦ Δαβὶδ, τάχα δὲ καὶ σφραγῖδι, περὶ ἧς εἴρηται τὸ ἐντύπωμα σφραγῖδος ἁγίασμα κυρίῳ, τουτέστι τῇ δυνάμει τοῦ δεδωκότος αὐτὰς θεοῦ, τῇ ὑπὸ τῆς σφραγῖδος δηλουμένῃ. Περὶ μὲν οὖν τοῦ κεκλεῖσθαι καὶ ἐσφραγίσθαι ὁ Ἰωάννης ἀναδιδάσκει ἐν τῇ Ἀποκαλύψει λέγων, Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Φιλαδελφείᾳ ἐκκλησίας γράψον, Τάδε λέγει ὁ ἅγιος ὁ ἀληθινὸς, ὁ ἔχων τὴν κλεῖν τοῦ Δαβὶδ, ὁ ἀνοίγων, καὶ οὐδεὶς κλείσει, καὶ κλείων, καὶ οὐδεὶς ἀνοίξει· οἶδά σου τὰ ἔργα· ἰδοὺ, δέδωκα θύραν ἐνώπιόν σου ἀνεῳγμένην, ἣν οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτήν. Καὶ μετ' ὀλίγα, Καὶ εἶδον ἐπὶ τὴν δεξιὰν τοῦ καθημένου ἐπὶ [1] τὸν θρόνον βίβλιον γεγραμμένον ἔσωθεν, καὶ ὄπισθεν κατεσφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτά· καὶ εἶδον ἄγγελον ἰσχυρὸν κηρύσσοντα φωνῇ μεγάλῃ, Τίς ἄξιος ἀνοῖξαι τὸ βίβλιον, καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ; καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο ἐν τῷ οὐρανῷ, οὔτε ἐπὶ τῆς γῆς, οὔτε ὑποκάτω τῆς γῆς ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν αὐτό· καὶ ἔκλαιον, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη ἀνοῖξαι τὸ βίβλιον, οὔτε βλέπειν αὐτό· καὶ εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων λέγει μοι, Μὴ κλαῖε, ἰδοὺ, ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ἡ ῥίζα Δαβὶδ, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ τὰς ἑπτὰ σφραγῖδας αὐτοῦ. Περὶ δὲ τοῦ ἐσφραγίσθαι μόνον ὁ Ἡσαΐας οὕτως· Καὶ ἔσται ὑμῖν τὰ ῥήματα ταῦτα πάντα, ὡς οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου τούτου τοῦ ἐσφραγισμένου, ὃ ἐὰν δῶσιν αὐτὸ ἀνθρώπῳ ἐπισταμένῳ γράμματα, λέγοντες, Ἀνάγνωθι ταῦτα, καὶ ἐρεῖ, Οὐ δύναμαι ἀναγνῶναι, ἐσφράγισται γάρ· καὶ δοθήσεται τὸ βιβλίον τοῦτο εἰς χεῖρας ἀνθρώπου μὴ ἐπισταμένου γράμματα, καὶ ἐρεῖ, Οὐκ ἐπίσταμαι γράμματα. Ταῦτα γὰρ οὐ μόνον περὶ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου καὶ τοῦ Ἡσαΐου νομιστέον λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ πάσης θείας γραφῆς, ὁμολογουμένως καὶ παρὰ τοῖς μετρίως ἐπαΐειν λόγων θείων δυναμένοις, [2] πεπληρωμένης αἰνιγμάτων καὶ παραβολῶν, σκοτεινῶν τε λόγων, καὶ ἄλλων ποικίλων εἰδῶν ἀσαφείας, δυςλήπτων τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει. Ὅπερ διδάξαι βουλόμενος καὶ ὁ σωτήρ φησιν, ὡς τῆς κλειδὸς οὔσης παρὰ τοῖς Γραμματεῦσι καὶ Φαρισαίοις, οὐκ ἀγωνιζομένοις τὴν ὁδὸν εὑρεῖν τοῦ ἀνοῖξαι, τὸ, Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· αὐτοὶ οὐκ εἰςήλθετε, καὶ τοὺς εἰςερχομένους οὐκ ἀφίετε εἰςελθεῖν.

pag. 530.

Cap. VI. — 1. *Repono* τοῦ θρόνου.

illo praedicari, et ex illa in filium temeritate cognoscas etiam spiritum sanctum creatum ab eodem censeri. Quocirca psalmum illum ab initio repetemus, totidemque verbis quibus Origenes scripsit.

## EX ORIGENIS COMMENTARIIS AD PSALMUM PRIMUM.

Clausas obsignatasque scripturas esse sacras divina testantur Cap. VI.
oracula, idque Davidis clave, ac forsitan et sigillo, de quo scriptum est, *Figura sigilli sanctitas domino.* Quod de virtute dei, qui Exod.28,36.
ea largitus est, intelligi debet, quae videlicet per sigillum adumbratur. Etenim clausas atque obsignatas esse scripturas Ioannes in Apocalypsi declarat his verbis: *Et angelo ecclesiae, quae Philadel-* Apoc. 3, 7.
*phiae est, scribe, Haec dicit sanctus verus, qui habet clavem David, qui aperit, et nemo claudet, et claudit, et nemo aperiet: novi opera tua: potui fores coram te apertas, quas nemo claudere potest.* Deinde paulo post: *Et vidi ad dexteram sedentis in throno librum scriptum* Apoc. 5, 1.
*intus et a tergo, obsignatum signaculis septem. Et vidi angelum proclamantem voce magna, Quis est dignus aperire librum et solvere signacula eius? Et nemo poterat in coelo neque in terra neque subter terram aperire librum, nec aspicere illum. Et flebam, quoniam nemo dignus inventus est aperire librum, neque aspicere illum. Et unus de senioribus dixit mihi, Noli flere: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix David, aperire librum, et septem signacula eius.* De sola vera obsignatione ita loquitur Isaias: *Et erunt vobis verba haec omnia, sicut* Isai. 29, 11.
*sermones libri huius obsignati, quem si dederint homini scienti literas, dicentes, Lege ista, et respondebit, Non possum legere, est enim obsignatus. Et dabitur liber hic in manus hominis nescientis literas; et dicet, Nescio literas.* Haec enim non ad Apocalypsin solum Ioannis aut Isaiae vaticinia pertinere putandum est, sed de universa scriptura sacra penitus accipienda sunt. Quod sane apud illos in confesso est qui divinarum literarum notitiam vel mediocriter assecuti sunt. Quae quidem aenigmatum involucris ac parabolis, tenebrosisque sermonibus ac diversis aliis obscuritatis generibus, quae hominis ingenio difficile comprehenduntur, refertae sunt. Quod et salvator ostendere volens clavem apud scribas et Pharisaeos esse dixit, qui ut viam ad aperiendum invenirent, minime contenderent. Et, *Vae vobis*, inquit, *Legisperitis, quoniam tulistis clavem scientiae,* Luc. 11, 52.
*neque ipsi intrastis, et intrantes non permittitis ingredi!*

2. *Libri habent* πεπληρωμένοις.

Κεφ. ζ'. Ταῦτα δὲ ἡμῖν ἐν προοιμίῳ λέλεκται εἰς μέγιστον ἀγῶνα, καὶ pag. 531. ὁμολογουμένως ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ τὴν ἕξιν ἡμῶν, ἀναγκαζομένοις ὑπὸ τῆς πολλῆς σου φιλομαθείας καὶ δυςωπουμένοις ὑπὸ τῆς χρηστότητος καὶ τῆς μετριότητός σου, ἱερὲ Ἀμβρόσιε, κατελθεῖν. Καὶ ὅτι γε ἐπὶ πολὺ ἀναδυόμενόν με διὰ τὸ εἰδέναι τὸν κίνδυνον, οὐ μόνον τοῦ λέγειν περὶ τῶν ἁγίων, ἀλλὰ πολλῷ πλεῖον τοῦ γράφειν καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς καταλιπεῖν, παντοδαπῶς κατεπᾴδων φιλικῶς καὶ κατὰ προκοπὴν θεότητος εἰς τοῦτο ἤγαγές με, μάρτυς ἔσο μοι πρὸς θεὸν μεθ' ὅλου τοῦ βίου καὶ περὶ τῶν ὑπηγορευμένων [1] ἐξεταζομένῳ, ποίᾳ τε προθέσει τοῦτο γεγένηται. Καὶ πὴ μὲν ἐντυγχάνομεν, πὴ δὲ ἤτοι βιαζόμεθα βιαιότερον, ἢ δοκοῦμέν τι λέγειν. Ἐξιχνεύσαμεν δὲ τὸ γεγραμμένον οὐ καταφρονοῦντες τοῦ, Ὅτε λέγεις περὶ θεοῦ, κρίνῃ ὑπὸ θεοῦ, καλῶς εἰρημένου, καὶ [2] τοῦ, Περὶ θεοῦ καὶ τἀληθῆ λέγειν κίνδυνος οὐ μικρός. Ἀξιοῦμεν τοίνυν, ἐπεὶ μηδὲν χωρὶς θεοῦ καλὸν εἶναι δύναται, καὶ μάλιστα νόησις γραφῶν θεοπνεύστων, ὅπως τῷ πατρὶ τῶν ὅλων θεῷ διὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ ἀρχιερέως [3] γενητοῦ θεοῦ προςιέναι [4] αἰτήσεις δοθῆναι ἡμῖν πρῶτον καλῶς ζητεῖν. Ἐπίκειται γὰρ τοῖς ζητοῦσιν ἐπαγγελία τοῦ εὑρίσκειν· τάχα οὐδὲ τὴν ἀρχὴν εἰς ζητοῦντας λογιζομένων παρὰ θεῷ τῶν οὐχ ὁδῷ ἐπὶ τοῦτο προϊόντων.

ΕΩΣ ΩΔΕ ΤΑ * ΑΠΟ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ.

Κεφ. η'. Ἀρχή μοι λέγειν πρὸς τὸν κομπώδη καὶ [1] δοκήσει σοφὸν, καὶ ἐρευνητὴν τῶν ἀνερευνήτων, καὶ ἐκβιβαστὴν τῶν ἐπουρανίων, τουτονὶ τὸν φλυαρίας ἐμπλήσαντα τὸν βίον, ὡς καὶ ὁ κρείττων ἡμῶν κατ' αὐτοῦ εἴρηκε, πρῶτον περὶ γενητοῦ θεοῦ. Καὶ ὅτι μὲν ὁμολεξίαι τε καὶ ὁμωνυμίαι πολλαὶ ἐν τῷ βίῳ εἰσὶ, πάντη τοῦτο δῆλόν ἐστι. Καὶ εἰ μὲν ὑπὸ ἄλλου ἡ λέξις ἐλέγετο, ἦν εἰπεῖν ὅτι κατὰ ὀρθὴν διάνοιαν καὶ τοῦτο εἴρηται. Ὁπότε δὲ ἐν πολλοῖς τόποις εὕρομεν αὐτὸν τὸν μονογενῆ θεὸν ἀπαλλοτριοῦντα τῆς τοῦ πατρὸς θεότητός τε καὶ οὐσίας, ὁμοῦ τε καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τούτου χάριν [2] τῷ γενητὸν θεὸν εἰρηκέναι αὐτὸν σαφές ἐστιν ὅτι κτιστὸν ὁρίζεται. Ὡς γάρ τινες ἡμᾶς

Cap. VII. — 1. *Rescripsi* ἐξεταζομένῳ, *Petavium secutus. Vulgo* ἐξεταζομένων.

2. *Scripsi* τοῦ *pro* τὸ, *quod vulgo extat.*

3. „genitum deum" *convertit Petavius, sed perperam, ut recte monuit Gataker. Adverss. Miscell. Posth. cap.* 36. *pag.* 801. *Hoc enim, inquit, Epiphanius Origeni obicit, quod* γενητὸν *dixerit, cum* γεννητὸν *debuisset, perinde ac si* γενητὸν, *h. e.* factum, *et* γεννητὸν, *h. e.* genitum, *idem prorsus valerent, quod Epiphanius disertissime pernegat. Miror sane, cum Petavius in Animadv. ad haec Epiphanii verba discrimen illud vocabulorum* γενητὸς *et* γεννητὸς *minime*

Haec a nobis velut praefandi gratia proposita sunt, qui in maximum certamen, quodque vires nostras ac facultatem sine ulla dubitatione superat, ab ingenti tuo, Ambrosi vir sanctissime, erga literas studio concitati fuimus, et ut in illud descenderemus humanitate tua ac moderatione perpulsi. Quandoquidem diu me comperta periculi magnitudine recusantem non modo disputare de sacris literis, sed et multo magis scribere ac posteris relinquere modis omnibus atque illecebris demulsisti et ad hoc quibusdam divinitatis progressionibus adduxisti. Tu igitur testis mihi apud deum eris, tum cum de vita mea ac scriptis inquiret, quonam animi consilio sit illud a me susceptum. Ac nonnunquam quidem veritatem assequimur, nonnunquam aut violentius perrumpimus, aut dicere aliquid videmur. Porro quod scriptum est vestigavimus, non ita ut praeclare illud dictum contemneremus, *Cum de deo dicis, a deo iudicaris:* item illud, *De deo etiam vera dicere non mediocre periculum est.* Quamobrem cum nihil sine deo esse possit egregium, praesertimque divinarum literarum intelligentia, abs te etiam atque etiam petimus, ut parentem omnium deum per salvatorem nostrum ac pontificem genitum deum obsecrare velis, idque ab eo nobis impetrare, ut inprimis recte quaerere possimus. Quaerentibus enim proposita est assequendi promissio. Ac nescio an qui ad illud via ac ratione minime contendunt inter eos qui quaerunt apud deum non habeantur. Cap. VII.

HACTENUS ORIGENIS VERBA.

Adversus arrogantem hunc hominem et opinione sui inflatum, eorumque quae investigari nequeunt, scrutatorem, qui coelos ipsos praetergressus est, quique ineptissima loquacitate orbem terrarum implevit, quemadmodum longe nobis praestantior alius in illum antea dixit, prima de genito deo tractanda disputatio est. In quo illud observandum est, quamplurimas in humana consuetudine similitudines vocum et homonymias esse; id quod omnibus, opinor, est manifestum. Ac si ab alio quopiam vocabulum illud usurparetur, recto ac sincero animo pronuntiatum esse existimare possemus. Nunc cum in aliis plerisque locis deprehendamus unigenitum deum a paterna divinitate atque substantia ab eodem auctore segregari, necnon et spiritum sanctum, propterea γενητόν, hoc est productum deum, idcirco dixisse illum apparet, quod creatum statueret. Quod enim Cap. VIII.

*neglexisse sibi testis sit, quod in ipsa interpretatione ita peccare potuit.*

4. αἰτήσης *edit. princ.*

* ἀπ' *cod. Rhedig.*

Cap. VIII. — 1. *In margine exempli Schottiani annotatam invenio scripturam* δοκησίσοφον, *at nescio unde.*

2. *Vulgo* τὸ.

βούλονται σοφίζεσθαι καὶ λέγειν ἴσον τὸ γενητὸν εἶναι τῷ γεννητῷ,
pag. 532. οὐ παραδεκτέον δὲ ἐπὶ θεοῦ λέγειν, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὰ κτίσματα μόνον. Ἕτερον γάρ ἐστι γενητὸν, καὶ ἕτερον γεννητόν. Τὸ γοῦν παρ' αὐτῷ ῥηθὲν, ἤτοι γενητὸν θεὸν, πρῶτον ἐρωτῶμεν, ποίοις τρόποις ἔκτισται ὁ παρὰ σοὶ διὰ τῆς λέξεως ταύτης τιμώμενος θεὸς, πῶς δὲ ἔτι προσκυνητὸς ἔσται, εἰ ἔσται ποιητός. Ἄφελε γὰρ τὴν μέμψιν τὴν παρὰ τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ ἐπὶ τοῖς τὴν κτίσιν θεολογοῦσι, καὶ ἐπίδος μοι θεὸν προσκυνούμενον κτιστὸν κατὰ τὴν εὐσεβῆ πίστιν, τὴν μηκέτι κτίσει προσκυνοῦσαν, ἀλλὰ τῷ κτίσαντι, καὶ ἔσται παρὰ σοὶ εὔλογος ἡ τοῦ πεπλανημένου σου λόγου ἀπὸ τῆς τῶν πατέρων εὐσεβείας ἀκολουθία. Ἀλλὰ οὐ μὴν δύνασαι τοῦτο παραστῆσαι. Εἰ δὲ καὶ ἐτόλμας ἀποσυλῆσαί ποθεν καὶ βιάσασθαι, οὐδὲ ἐν τούτῳ τὸν εὔλογον λογισμὸν τῶν θεοσεβῶν παρεκτρέπειν εἰς τοσαύτην φαυλότητα, ὦ θεήλατε. Ἀντιμάχεται γάρ σοι καὶ τὸ φρόνημα καὶ ὁ λόγος. Πᾶν γὰρ τὸ κτιστὸν οὐ προσκυνητὸν, ὡς ἔφην· εἰ δὲ ὅλως προσκυνητὸν, πολλῶν ἄλλων ὑπαρχόντων κτιστῶν, οὐδὲν ἂν διοίσει τὸ καὶ ἡμᾶς κατὰ τοῦ ἑνὸς κτιστοῦ τὰ ὅλα προσκυνεῖν σύνδουλα ὄντα καὶ τῇ αὐτῇ ἀγωγῇ τῆς ὀνομασίας ὑποπεπτωκότα.

Κεφ. ϛ'. Ἴδωμεν δὲ διὰ τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων, δι' ὧν τὴν πᾶσαν ἡμῶν ζωὴν ᾠκονόμησεν ἐλθὼν ὁ θεὸς λόγος, εἴπου εἴρηκεν ὁ Χριστὸς, Ὁ θεός με ἔκτισεν, ἢ, Ὁ πατήρ μου ἔκτισέ με. Ἴδωμεν δὲ εἰ καὶ ὁ πατὴρ ἀπεφήνατο ἐν ἑνὶ τῶν εὐαγγελίων ὅτι, Ἔκτισα τὸν υἱὸν, καὶ ἀπέσταλκα ὑμῖν. Ἀλλὰ περὶ τούτου ἕως ὧδε τὰ νῦν ἐχέτω. Περὶ γὰρ μαρτυριῶν πολλάκις περὶ τῶν τὸ κτίσμα παρεισαγόντων πολλὰ ἐξεθέμεθα. Οὐδὲν δὲ λυπήσει καὶ ἐν τῷ παρόντι δεῖξαι τὸ εὔληπτον τοῦ λόγου, καὶ εἰπεῖν πρὸς τοῦτον τὸν ἐθελόσοφον, Πῶς δύναται κτιστὸς, ὦ οὗτος, εἶναι ὁ λέγων, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, καὶ, Οἱ δύο ἕν ἐσμεν; Πῶς δὲ δύναται ἄλλος εἶναι ὁ τὴν ἴσην τιμὴν πρὸς πατρὸς ἔχων; Οὐδεὶς γὰρ οἶδε τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, οὐδὲ τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός. Καὶ τὸ, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα. Πάλιν δὲ ὡσαύτως ὅσα αὐτῷ περὶ ἀναστάσεως ἀμφιβάλλεται, ἐπιλαβόμενοι τῆς ἀκολουθίας, αὖθις ἐροῦμεν ἐκ τῶν αὐτοῦ ῥητῶν.
pag. 533. Ἀπὸ μιᾶς δὲ λέξεως τὸ πᾶν τῆς γνώμης αὐτοῦ ἀποδείξομεν, καὶ τὸ ἄπιστον τῆς δόξης τοῦ αὐτοῦ δόγματος ἀποκαλύψομεν. Εἰ καὶ διὰ πλάτους αὐτῷ εἴρηται πολλάκις περὶ τούτου καὶ ἐν πολλαῖς βίβλοις

argutiis circumvenire nos suis, ac dicere nonnulli volunt, idem esse γεννητὸν cum γενητῷ cum de deo agitur, nequaquam audiendum est, sed creatis duntaxat in rebus. Aliud enim est γενητὸν, aliud γεννητόν. Quod igitur ab eo dictum est γενητὸν, hoc est *productum deum*, primum illud sciscitemur. Quinam creari potuit is qui a te eiusmodi vocabulo honoris caussa afficitur deus? Adorandus vero quomodo tandem erit, si factus est? Volo enim illam apostoli re- Rom. 1, 25.
prehensionem removeas qua eos prosequitur qui creatis rebus divinitatem tribuerent. Ac talem mihi deum exhiberi volo qui adoratione dignus sit, qui idem recta sinceraque fide, quae quidem creatori soli, non item creatis ab illo rebus adorationem impertit, creatus aliquando censeatur. Hoc si demonstrare potueris, tum demum mendax illud tuum confictumque dogma rationi consentaneum, nec ab antiquorum patrum pietate alienum, esse videbitur. Verum nunquam illud nobis ostendes. Ac tametsi intervertere quaedam et ad tuam sententiam perperam accommodare ausus fueris, non in hoc tamen religiosorum coniunctam cum recta ratione sententiam ad tantam pravitatem, hominum furiosissime, detorquere poteris. Nam et sensus tibi refragatur et ratio. Etenim quicquid creatum est, adorari, ut dixi, non potest. Sin adoratione dignum omnino videtur, cum alia quamplurima creata sint, profecto nihil interest, quin et nos cum unico creatore cetera adoremus omnia quae servili nobiscum conditione, eademque nominis ratione continentur.

Age vero videamus in quatuor evangeliis, quibus vitam omnem Cap. IX.
nostram verbum deus ad nos veniens administrari voluit, nuncubi Christus ita locutus sit: *Deus me creavit*, vel, *Pater meus creavit me?* aut utrum pater in ullo unquam evangelio pronuntiaverit, *Ego creavi filium, et misi ad vos.* Sed de his hactenus. Nam quod ad testimonia pertinet, nos quamplurima saepe adversus illos attulimus qui creaturam nobis obtrudebant. Nihil tamen in praesentia palam facere pigebit quam facile redargui error ille possit, atque ita hominem illum, qui sapiens sibi videtur, aggredi. Potest, mi homo, creatus ille esse qui dixit, *Ego in patre et pater in me est*, et, *Ambo unum sumus?* Potest vero diversus esse qui aequalem cum patre honorem obtineat? *Nemo enim novit filium nisi pater, neque patrem* Ioann. 14, 10.
*nisi filius.* Tum illud, *Qui videt me, videt et patrem.* Quae vero et 10, 30. Matth. 11, 27.
adversus resurrectionem ab eodem disputata sunt, servato ordine ex Ioann. 14, 9.
ipsismet illius verbis paulo post adferemus, atque ex unica voce totam illius sententiam aperiemus, et quantum sit in eo dogmate infidelitatis monstrabimus. Quamquam autem hoc argumentum saepe ille copiose tractaverit, variisque in libris ingentes nugas effutierit,

πεφλυάρηται, ὅμως τὴν ἔλεγξιν παραθήσομαι ἀφ' ὧν ἐν τῷ πρώτῳ Ψαλμῷ ἐξηγήσατο κατὰ τῶν τὴν ἀνάστασιν τῆς βεβαίας ἐλπίδος ἡμῶν πεπιστευκότων.

Κεφ. ί. Καὶ ἔστιν ὡς λέγει, Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει. Εἶτα, ὡς ἔθος ἐστὶν αὐτῷ ἀπὸ τῶν ἐκδόσεων φαντάζειν, Ὁμοίως, φησὶ, Θεοδοτίων, Ἀκύλας, Σύμμαχος. Εἶτα ἐπιφέρει κατὰ τῶν υἱῶν τῆς ἀληθείας σκωπτωδῶς.

Ἐντεῦθεν, φησὶν, οἱ ἁπλούστεροι τῶν πεπιστευκότων ὁρμώμενοι νομίζουσι τοὺς ἀσεβεῖς τῆς ἀναστάσεως μὴ τεύξασθαι καὶ τῆς θείας κρίσεως μὴ καταξιοῦσθαι, τί νοοῦντες τὴν ἀνάστασιν καὶ ποταπὴν τὴν κρίσιν φανταζόμενοι οὐ πάνυ σαφηνίζοντες. Κἂν δόξωσι περὶ τούτων ἀποφαίνεσθαι, ἡ βάσανος αὐτοὺς διελέγξει, τὸ ἑξῆς ἀκολούθως σώζειν οὐ δυναμένους, μὴ κεκρατηκότας τὸν περὶ ἀναστάσεως καὶ κρίσεως τρόπον. Ἐὰν οὖν πυνθανώμεθα τίνος ἀνάστασις γίνεται, ἀποκρίνονται, φησὶν, ὅτι τῶν σωμάτων ὧν περικείμεθα νῦν. Εἶτα προσεπερωτησάντων ἡμῶν πότερον τῆς οὐσίας ὅλης αὐτῶν, ἢ οὐχὶ, πρὶν βασανίσαι λέγουσιν ὅτι τῆς ὅλης. Ἐὰν δὲ προσαπορήσωμεν συμπεριφερόμενοι τῇ ἀκεραιότητι αὐτῶν, καὶ οὐδὲν περὶ τοῦ ῥευστὴν εἶναι τὴν οὐσίαν ἐξετάζοντες, εἰ συναναστήσεται τὰ ἀπορρεύσαντα ἐν φλεβοτομίαις αἵματα καὶ αἱ ἐκτακεῖσαι ἐν νόσοις σάρκες, καὶ τρίχες πᾶσαι αἱ πώποτε γενόμεναι, ἢ μόναι αἱ πρὸς τῇ ἐξόδῳ θλιβόμεναι, ὁτὲ μὲν προσκόπτουσι καὶ τῇ γινομένῃ ἐξετάσει, οἰόμενοι δεῖν ἐπιτρέπειν τῷ θεῷ ὃ βούλεται περὶ τούτων ποιεῖν, ὁτὲ δὲ δοκοῦντες συγκαταβαίνειν τὰς ἐπὶ τέλει ταύτης τῆς ζωῆς τρίχας φασὶν ἡμῖν συναναστήσεσθαι, οἱ δὲ γενναιότεροι αὐτῶν, ἵνα μὴ ἀναγκάζωνται τὰ αἵματα συναγαγεῖν
pag. 534. τῷ λόγῳ, τὰ πολλάκις ἀποκριθέντα τῶν σωμάτων ἡμῶν, καὶ τὰς μεταβαλλούσας σάρκας ἐν νόσοις εἰς ἱδρῶτας ἢ οἵαν δήποτε ὕλην, φασὶ τὰ ἐπὶ τέλει ἡμῶν ἀνίστασθαι σώματα.

Κεφ. ιά. Ταῦτά ἐστι τὰ τοῦ προειρημένου ἐθελοσόφου ἐπαπορητικὰ πρὸς τὴν ἀλήθειαν λεξείδια· ἃ ἀναγκαίως παρεθέμην εἰς παράστασιν τοῖς βουλομένοις εἰδέναι τὸν πάντα νοῦν αὐτῶν τῆς περὶ ἀναστάσεως ἀπιστίας. Καὶ γὰρ καὶ ἄλλα ἔχει μεθ' ἕτερα πολλὰ, ἐν ταύτῃ τῇ τοῦ Ψαλμοῦ ἀκολουθίᾳ. Φάσκει γὰρ, Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται οἱ ἀσεβεῖς ἐν κρίσει. Ἐντεῦθεν δὲ ἐπιλαμβάνεται καὶ ἐπέκεινα τῶν τὴν ἀσφαλῆ ἀνάστασιν ὁριζόντων καὶ τὴν βεβαίαν ἐλπίδα τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως πιστευόντων, ὡς ἀκεραίων ὄντων, πολλὰ μοχθηρὰ ἐπει-

iis tamen ad illum refellendum ero contentus quae in commentariis in priorem Psalmum adversus illos disseruit qui resurrectionem certa nobis spe fiduciaque propositam esse sibi persuadent.

Est autem hic locus, *Propterea non resurgent impii in iudicio.* Deinde quemadmodum collatis editionibus fucum facere solet, Ita, inquit, Theodotio, Aquila, et Symmachus. Tum demum adversus veritatis filios cavillando ista subiicit. Cap. X. Psalm. 1.

Huius, inquit, loci auctoritate freti simpliciores quidam ex fidelibus negant malos resurrectionis compotes futuros, aut dei iudicio dignandos, neque cuiusmodi resurrectionem, aut quale sibi iudicium fingant, aperte satis exprimunt. Ac licet suam de his sententiam aperire videantur, ipsa illos inquisitio convincet ostendetque nec quod consequens est ac cohaerens servari ab illis posse, nec resurrectionis ac iudicii modum et rationem intelligit. Igitur si interrogemus cuiusnam sit futura resurrectio, Corporum, respondet, quae nos modo circumdant. Instantibus nobis, totius illorum substantiae necne futura sit, antequam diligenter istud expenderint, totius fore pronuntiant. Quod si nos ad illorum simplicitatem accommodantes, neque quicquam de fluxa ac mutabili corporum natura disputantes, dubitando rursum interrogemus, num una sanguis ille omnis resurgat, qui secta identidem vena defluxerit, ac quicquid praeterea carnis morborum vis absumpserit, necnon et pili omnes qui unquam enati sunt, an ii duntaxat qui sub obitum nostrum effloruerint, nonnunquam ad eam quaestionem offendunt ac deo permittendum esse dicunt, ut quicquid voluerit de ea constituat, interdum vero velut assentiendo solos illos nobiscum resurrecturos esse pilos asserunt quos sub vitae exitum habuerimus. At qui magis inter illos strenui sunt, ne sanguinis copiam omnem qui ex corporibus nostris plerumque secretus est, itidemque carnem omnem quae per morbos in sudorem aut aliam eiusmodi materiam abiit, in unum conferre sua oratione cogantur, qualia sub mortem extiterint resurgere corpora nostra praedicant. Ex Origenis Commentario.

Haec opinione sua sapientis illius hominis adversus veritatem propositae obiectiunculae sunt; quae mihi necessario proferendae fuerint, ut quam ille de resurrectione parum sane ac fideliter senserit, eius rei intelligendae cupidis planum omnino facerem. Nam et alia ad eundem Psalmum deinceps ad hunc modum disserit. Sic enim loquitur: *Propterea non resurgent impii in iudicio.* Tum eos redarguere pergit qui certam esse resurrectionem definiunt, et excitandos ad vitam mortuos constanti spe ac fide profitentur. Quos quidem nimium ille simplices putat, ac multa adversus illos nefaria Cap. XI.

πὼν, καὶ σοφιστικήν τινα ὑπόνοιαν ὑφηγησάμενος, οὔ τι πιστικὸν, ἀλλὰ συλλογιστικὸν πᾶν ὁτιοῦν εἰς καταστροφὴν τῶν αὐτῷ πεισθέντων, ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ἡμῖν συμβαινόντων ἀνατρέψαι ἐπειράθη τῆς αὐτῆς ἀναστάσεως ἡμῶν ἐν ἀληθείᾳ ἐλπίδος τὴν ὁμολογίαν. Ἐγὼ δὲ τῶν καλῶς ἤδη κεκμηκότων καὶ δικαιότατα ἀνατρεψάντων τὴν πᾶσαν αὐτοῦ ἐπινενοημένην ῥητορικὴν κακουργίαν, μὴ ἐν τόλμῃ καλλίων βουλόμενος εἶναι, οἷα δὴ βραχὺς ὑπάρχων, ἀρκεσθῆναι ἐνόμισα καλῶς ἔχειν τοῖς ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Μεθοδίου εἰς τὸν περὶ ἀναστάσεως λόγον κατὰ τοῦ αὐτοῦ Ὠριγένους εἰρημένοις, ἅτινα ἐνταῦθα κατὰ λέξιν παραθήσομαι. Καὶ ἔστι τὰ ὑπὸ Μεθοδίου οὕτως ὡς καὶ αὐτὸς ἔταξα.

## ΤΩΝ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΕΠΙΤΟΜΗ ΕΚ ΤΩΝ ΜΕΘΟΔΙΟΥ *.

Κεφ. ιβ'. Ἐντεῦθεν οἱ ἁπλούστεροι τῶν πεπιστευκότων ὁρμώμενοι νομίζουσι τοὺς ἀσεβεῖς τῆς ἀναστάσεως μὴ τεύξεσθαι, τί νοοῦντες τὴν ἀνάστασιν καὶ ποταπὴν τὴν κρίσιν φανταζόμενοι οὐ πάνυ σαφηνίζοντες. Κἂν γὰρ δοκοῦσι περὶ τούτων ἀποφαίνεσθαι, ἡ βάσανος αὐτοὺς διελέγξει, τὰ ἑξῆς ἀκολούθως σώζειν μὴ δυναμένους. Ἐὰν οὖν πυνθα-
pag. 535. νόμεθα τίνος αὐτῶν ἡ ἀνάστασις γίνεται, ἀποκρίνονται ὅτι τῶν σωμάτων ὧν νῦν περικείμεθα. Εἶτα προσεπερωτησάντων ἡμῶν, πότερον τῶν οὐσίας αὐτῶν ὅλης, ἢ οὐχὶ, πρὶν βασανίσαι λέγουσιν ὅτι ὅλης. Ἐὰν δὲ προσαπορήσωμεν συμπεριφερόμενοι τῇ ἀκεραιότητι αὐτῶν, εἰ συναναστήσεται τὰ ἀποῤῥεύσαντα ἐν φλεβοτομίαις αἵματα, καὶ [1] αἱ σάρκες, καὶ [2] αἱ τρίχες αἱ πώποτε γενόμεναι, ἢ μόναι αἱ πρὸς τῇ ἐξόδῳ θλιβόμεναι, εἰς τὸ [3] τὸν θεὸν ποιεῖν ἃ βούλεται [4] προστρέχουσιν, οἱ δὲ γενναιότεροι αὐτῶν, ἵνα μὴ [5] ἀναγκάζωνται τὰ αὐτὰ αἵματα συναγαγεῖν τῷ λόγῳ, ἃ πολλάκις ἀποκριθῆναι τῶν σωμάτων ἡμῶν συνέβη, φασὶ τὸ ἐπὶ τέλει ἡμῶν ἀναστήσεσθαι σῶμα. Προσηπορήσαμεν δὲ διὰ τὸ τρεπτὴν εἶναι τὴν σωματικὴν φύσιν καὶ τοιαῦτα. Ὥςπερ εἰς τὸ ἡμέτερον σῶμα αἱ τροφαὶ κατατάττονται καὶ μεταβάλλουσι τὰς ὁμοιότητας, οὕτως καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα μεταβάλλονται, καὶ ἐν τοῖς σαρκοβόροις οἰωνοῖς καὶ θηρίοις γίγνονται μέρη τῶν ἐκείνων σωμάτων, καὶ πάλιν ἐκεῖνα ὑπὸ ἀνθρώπων ἢ ἑτέρων ζώων ἐσθιόμενα ἀντιμεταβάλλει καὶ γίνεται ἀνθρώπων ἢ ἑτέρων ζώων σώματα· καὶ τούτου

* *S. Methodii De Resurrectione opusculum in compendium redegit Photius Cod. CCXXXIV. Fragmenta libri collegit Galland. Bibl. Patr. tom. III. p. 773 sqq.*

Cap. XII. — 1. αἱ *om. cod. Venet.* 2. αἱ *om. cod. Venet.* 3. τὸν θεὸν *correxit Gaiakerus Adverss. Misc. Posth. cap. 36. pag. 801. Codd. Venet. et Rhedig. et editi libri praebent* τῷ θεῷ, *unde Petavius, respiciens ad locum gemellum cap. 10., suspicatus est* τῷ θεῷ ποιεῖν ἐπιτρέπειν ἃ βούλε-

depromens, et sophistica quadam cavillatione aggrediens, neque quicquam ex Christiana fide petitum, sed ratiocinationibus collectum nihil non ad eos quibus persuadere potuerit evertendos afferens, ex iis ipsis quae naturaliter nobis eveniunt id assequi conatus est, ut resurrectionis nostrae cum spe certa coniunctam professionem funditus tolleret. Ego vero iis ipsis qui ante me in eum laborem incubuerunt, et oratoriis lenociniis fucatam hominis nequitiam iustissimis rationibus diluerunt, praestantior videri nequaquam affectans, utpote qui mediocri sim ingenio praeditus, contentum me iis esse oportere putavi, quae beatus Methodius in oratione quam de Resurrectione scripsit, adversus eundem Origenem disseruit. Quae quidem hic ad verbum omnia transcribam. Sic igitur Methodius, ut infra scriptum est, loquitur.

## EPITOME DOGMATUM ORIGENIS EX METHODIO.

λόγου ἐπιλαθόμενος [13] ἃ τὸ πρῶτον ὑπέθου, μὴ δύνασθαι καθ' ἑαυ-
pag. 566. τὴν τὴν ψυχὴν ἁμαρτῆσαι λέγεις· οὐ πεφυκέναι γὰρ ὅλως πρὸς τοῦτο,
ἀλλὰ παραίτιον αὐτῇ παντοίων κακῶν τὸ σῶμα γεγονέναι· ὅθεν πρὸς
τὸ μὴ παρορμηθῆναι πρὸς ἀδικίαν αὐτὴν αὖθις, καθάπερ συνέβη καὶ
πρόσθεν ὑπὸ τοῦ σώματος, οὕτως εἰς τοὺς αἰῶνας αὐτὴν ἔσεσθαι
χωρὶς αὐτοῦ· καί τοι πρῶτον εἰπὼν ἐν τῷ Παραδείσῳ πρὸ τοῦ σώμα-
τος τὴν ψυχὴν, ὁπότε ἔτι μακαρία καὶ ἀναλγὴς ἦν, ἡμαρτηκέναι·
[14] παραβᾶσα γὰρ τὴν ἐντολὴν, [15] κεκρατυμένης ἤδη διὰ τὴν πρὸς τὸν
ὄφιν πειθὼ τῆς ἁμαρτίας, δεσμὸν αὐτῇ τὸ σῶμα δεδύσθαι τιμωρόν.
Ὥςτε ἢ τὸ πρότερον, ἢ τὸ ὕστερον οὐκ ὀρθῶς ἔχει. Ἤτοι γὰρ πρὸ
σώματος ἥμαρτε, καὶ οὐδέν τι μᾶλλον κἂν μὴ λάβῃ σῶμα ἁμαρτήσε-
ται, καὶ μάταιος ἡ περὶ τοῦ μὴ ἀνίστασθαι τὸ σῶμα περισσολογία· ἢ
μετὰ σώματος, καὶ οὐ δύνανται σῶμα οἱ χιτῶνες νομίζεσθαι εἶναι οἱ
δερμάτινοι. Εὑρίσκεται γὰρ πρὸ τῆς κατασκευῆς αὐτῶν ἀθετήσας ὁ
ἄνθρωπος [16] τὴν θείαν ἐντολήν· οὗ καὶ χάριν οἱ χιτῶνες κατασκευά-
ζονται, τὴν γύμνωσιν τὴν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν προςγενομένην κα-
λύψοντες. Ἀλλὰ πότερον πείθω σε, καὶ ὁρᾷς ὡς ἑαυτῷ μαχόμενα
ὑπέθου, καὶ σοὶ τοῦτο γεγένηται σαφές; ἢ οὐδέπω μανθάνεις, ὦ
Ἀγλαοφῶν, ἔφην, ὃ λέγω; Μανθάνω, ἔφη, καὶ οὐκέτι δέομαι δεύ-
τερον ἀκούσασθαι· ἀλλὰ ἔλαθον οὐκ ὀρθῶς εἰπών. Ἀνάγκη γάρ μοι
δεδωκότι τοὺς δερματίνους χιτῶνας εἶναι τὰ σώματα, ὁμολογεῖν καὶ
πρὶν εἰς τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν ἐληλυθέναι ἡμαρτηκέναι, ἀνθ' ὧν πρὸ
τῆς κατασκευῆς αὐτῶν ἡ παράβασις ἐγένετο· διὰ τὴν παράβασιν γὰρ
οἱ χιτῶνες αὐτοῖς, καὶ δι' [17] αὐτὴν ἡ τούτων αὐτοῖς κατασκεύασις,
καὶ οὐχ ἡ παράβασις διὰ τοὺς χιτῶνας γίγνεται· καὶ ἐκ ταύτης τῆς
ὁμολογίας συγκατατίθεσθαι ὡς οὐ τὸ σῶμα τοῦτο παραίτιον κακίας
ἐστὶν, ἀλλ' αὐτὴ ἡ ψυχὴ ἐν ἑαυτῇ. Διὸ κἂν μὴ λάβῃ τὸ σῶμα, ἁμαρ-
τήσεται, ἐπειδήπερ καὶ πρόσθεν ἥμαρτε χωρὶς σώματος, καὶ ἀνόητον
τὸ λέγειν ἀναβιῶναι μὴ δύνασθαι τὸ σῶμα, διὰ [18] ταύτην τὴν σάρκα
ἵνα μὴ παραίτιον τῇ ψυχῇ τοῦ ἁμαρτῆσαι γεννηθῇ. Ἁμαρτήσεται γὰρ,
ὡς καὶ πρὸ τοῦ σώματος ἥμαρτεν, οὕτως καὶ μετὰ τὴν τοῦ σώματος
ἀπόθεσιν, κἂν μὴ αὖθις τὸ σῶμα ἀπολάβῃ. Ὅθεν ἀνάγκη μοι διὰ
pag. 567. ταῦτα μήτε ἐμαυτοῦ, μήτε ἄλλου ἀποδέχεσθαι λέγοντος τοὺς δερματί-

13. πρῶτον τὸ πρῶτον *cod. Venet.*
14. *Fortasse* παραβάσῃ.
15. *Vulgo* κεκρατημένης.
16. *Libri vulgo* πρὸς τὴν. *Sed illud* πρὸς *accrevit ex voce* ἄνθρωπος.
17. *Libri vulgo* δι' αὐτῶν.
18. ταύτην *scripsi pro* τοῦτο, *quod libri tuentur. Cornarius et Petavius contra verba* τὴν σάρκα *habuerunt suspecta. Cornarius enim hunc locum latine interpretatus verba* τὴν σάρκα *plane neglexit, Petavius delenda ea aut* καὶ τὴν σάρκα *rescribendum censuit.*

peccasse citra corpus animas concessisses, ac mandatum esse transgressas, atque ob id peccatum scorteas illis tunicas obtulisse deum ut ea mortuorum gestatione poenas persolverent, tunicas enim istas de corporibus interpretaris, cum haec, inquam, asseruisses, progrediente deinceps oratione, velut eorum quae antea proposueras oblitus, non posse per sese animam peccare confirmas; neque enim ad id a natura esse comparatam, sed malorum omnium caussam ei corpus attulisse. Quare ne ad improbitatem iterum incitetur, quemadmodum antea ex contagione corporis acciderat, sic illam ab eo separatam perpetuo futuram. Atqui paulo ante dixeras animam ante corpus in Paradiso, dum adhuc felix et a dolore immunis esset, sese obstrinxisse peccato. Quippe violato dei mandato, cum iam peccatum, pro eo quod serpenti paruerat, invaluisset, corpus illi supplicii loco vinculi instar circumdatum. Igitur vel prius, vel posterius perperam a te positum est. Nam aut ante corpus deliquit, ac, tametsi corpus minime resumat, nihilominus peccabit, et inanis erit omnis illa contra corporis resurrectionem ac supervacanea disputatio: aut cum corpore peccavit, atque ita scorteae illae tunicae ad corpus referri non poterunt, siquidem antequam illae consuerentur, divinum ab homine violatum esse praeceptum animadvertimus. Cuius insuper caussa comparatae illae tunicae sunt, quibus contracta ex peccato nuditas obtegeretur. Num tandem tibi ista persuadeo, idque adeo sentis, quemadmodum tecum ipse ratione tua dissenseris, atque hoc a me tibi est perspicue monstratum? An nondum quod dico percipis, Aglaophon? Ego vero percipio, inquit, nec audire secundo necesse est. Sed nescio quo modo imprudens perperam ista iactavi. Necesse enim cum pelliceas illas tunicas corpora esse concesserim, animam quoque, priusquam in corpus subiret, peccasse confiteri, propterea quod delictum, antequam illae fierent, est admissum. Nam ob legem violatam tunicae illis oblatae sunt, ob eamque consutae, neque propter tunicas illa est facta commissio. Quae cum professi fuerimus, assentiri una et illud debemus, ne huic quidem corpori tanquam caussae mali partem ullam esse tribuendam, sed ipsam per sese animam totam illam sustinere. Quare tametsi corpus non resumat, nihilominus peccabit, cum et antea citra corpus peccaverit. Omninoque stolidum est negare ob id corpus aut carnem posse resurgere, ne corpori utcumque sit caussa peccandi. Peccabit enim utique posito corpore, ut et ante corpus peccaverat, etsi corpus non subinde recipiat. Ex quo necesse est neque me ipsum, neque alterum a me probari qui scorteas tunicas corpora

νους χιτῶνας εἶναι τὰ σώματα. Εἰ δὲ ἀποδεξαίμην, ὁμολογεῖν χρή με καὶ τὰ εἰρημένα.

Κεφ. κβ'. (μγ'.) Τί δὲ, οὐχὶ κἀκεῖνο, ἔφην, ὦ Ἀγλαοφῶν, δοκεῖ σοι μὴ ὀρθῶς ἔχειν; Τὸ ποῖον; Τὸ λέγειν, ἦν δὲ ἐγὼ, δεσμὸν καὶ πέδας τὸ σῶμα μεμηχανῆσθαι κατὰ τῆς ψυχῆς, καὶ ὅτι καὶ ὁ προφήτης δεσμίους γῆς ἔφη ἡμᾶς, διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ πεπεδημένους. Καὶ ὃς, Οὐκ ἔχω σοι προχείρως ἀποκρίνασθαι, ἔφη· ἀλλὰ τί ἄλλῳ οὐ διαλέγει; Καὶ ἐγὼ (ᾐσθόμην γὰρ ἐρυθριᾶν αὐτὸν, φεύγοντα ἐλεγχθῆναι τὸν λόγον), Οἴει γάρ [1] με κατὰ φθόνον ἐπιχειρεῖν σε ἐλέγξαι, ἔφην, καὶ μὴ τὸ προκείμενον καταφανὲς φιλονεικεῖν ποιῆσαι; Ἀλλ', ὦ ἀγαθὲ, μὴ ἀποκάμοις [2] ἂν ἐρωτώμενος. Ὁρᾷς γὰρ ὡς οὐ περὶ μικρῶν εἰσιν ἡμῖν οἱ λόγοι, ἀλλ' ὅντινα χρὴ τρόπον πεπιστευκέναι. Καὶ γὰρ οὐδὲν οἶμαι [3] τοσοῦτον κακῶν ἀνθρώπῳ γενέσθαι ὅσον ἀπὸ τῶν ἀναγκαίων, ὁπόταν ψευδῆ περὶ αὐτῶν δοξάζοι. Ἴθι οὖν προθύμως πρὸς τὰ ἐρωτώμενα ἀποσάφει, καὶ ἐάν τί σοι λέγειν ἀληθὲς μὴ δοκῶ, μᾶλλον τῆς ἀληθείας φροντίσας ἢ ἐμοῦ ἔλεγξον. Μεῖζον γὰρ ἀγαθὸν τὸ ἐλεγχθῆναι τοῦ ἐλέγξαι νομίζω, ὅσῳ μεῖζόν ἐστι τὸ αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι κακοῦ τοῦ ἄλλον ἀπαλλάξαι. Φέρε οὖν παρ' [4] ἀλλήλους παραβάλλοντες τοὺς λόγους σκεπτώμεθα εἴ τι διοίσουσιν ἀλλήλων. Καὶ γὰρ τυγχάνει περὶ ὧν ἀμφισβητοῦμεν οὐ πάνυ σμικρὰ ὄντα, ἀλλὰ περὶ ὧν εἰδέναι τε κάλλιον, μὴ εἰδέναι τε αἰσχρόν. Οὐκοῦν σὺ μὲν οὐ νομίζεις ἀναβιῶναι τὸ σῶμα, νομίζω δὲ ἐγώ. Πάνυ μὲν οὖν, [5] ἔφη, καὶ δι' ἃ εἴρηκα. Καὶ σὺ δὲ, ἦν μὲν ἐγὼ, δεσμὸν αὐτὸ καὶ φυλακὴν καὶ σῆμα καὶ ἄχθος καὶ πέδας εἶναι ἔφης, ἐγὼ δὲ οὔ φημι. Ἀληθῆ, ἔφη, μοι λέγεις. Καὶ μὴν δι' ἀκολασίας καὶ πλάνης καὶ λύπης καὶ θυμοῦ, καὶ συλλήβδην τῶν ἄλλων ἁπάντων ὧν εἶναι παραίτιον αὐτὸ κακῶν ἔφης, ἐμποδίζον ἡμῖν τὴν πρὸς τὸ κάλλιον ὁρμὴν τῆς ψυχῆς, μὴ ἐῶν [6] τῶν ὄντως ὄντων εἰς κατάληψιν ἡμᾶς καὶ γνῶσιν παρελθεῖν. Κἂν γὰρ ἐπιχειρήσωμεν θηρεῦσαί τι τῶν ὄντων, ἀεὶ παρεμπίπτων ζόφος ζοφοῖ τὸν λογισμὸν, μὴ ἐπιτρέπων ἡμᾶς ἐπισκοπῆσαι τὸ ἀληθὲς τρανῶς. Ἀπάτης γὰρ ἡ διὰ τῶν ὤτων ἡμῶν πεπλήρωται σκέψις, ὡς ἔφης· pag. 568. ἀπάτης δὲ καὶ ἡ διὰ τῆς ὄψεως, ἀπάτης δὲ καὶ ἡ διὰ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων. Ὁρᾷς, ἔφη, ὦ Εὐβούλιε, ὡς ἐγὼ ἕτοιμός εἰμί σε ἐπαινεῖν, ὁπόταν ὀρθῶς διασαφῇς τοὺς λόγους;

Κεφ. κγ'. (μδ'.) Ἆρα οὖν, ἵνα δή με καὶ μᾶλλον ἐπαινέσεις, εἰ δεσμὸς τὸ σῶμα καθ' ὑμᾶς δοκεῖ, οὐ δύναται κακίας ὑπαίτιον εἶναι νομίζεσθαι τῇ

Cap. XXII. — 1. *Rescripsi* μὲ *pro* μὴ, *quod libri retinent.*

2. *Forlasse* ἀνερωτώμενος.

3. *Libri vulgo* τοσούτων.

fuisse dixerit. Quod si id ego comprobem, una iis quae dixi assentiri convenit.

Ad haec ego, Illud vero, o Aglaophon, nonne tibi perperam allatum videtur? Quid illud est? inquit. Corpus, inquam, asserere vinculi instar ac compedis adversus animam esse fabricatum, quod et propheta *vinctos nos in terra* esse dicat, et David *compeditos* appellat? Tum ille, Respondere, inquit, tam expedite tibi nequeo. Cur autem cum alio potius non disputas? At ego (senseram enim erubuisse hominem, convincique metuere), Num tu tandem adductum me invidia putas voluisse refellere, ac non potius quod erat propositum declarare voluisse? Sed heus tu! nec te interrogari pigeat. Vides enim non parvis de rebus natum hunc nobis esse sermonem, sed de eo scilicet, quanam ratione credendum sit. Etenim nullum homini gravius malum accidere posse puto quam necessariis ex rebus, cum falsam de illis opinionem conceperit. Palam igitur quaeso et alacriter ad interrogata respondeas, ac si quid minus verum proposuisse videor, maiore veritatis quam mei studio ductus redargue. Nam redargui ipsum quam alium redarguere longe excellentius esse bonum arbitror, quo scilicet maius est malo ipsum eripi quam alios eripere. Age igitur collatis invicem sermonibus videamus ecquid a se mutuo dissentiant. Non enim levia sunt illa de quibus contendimus, sed eiusmodi, ut et illa scire praestantius sit, et ignorare turpissimum. Tu igitur reviviscere corpus non existimas, ego vero censeo. Ita se res habet, inquit, ex his quae antea dixi. Praeterea, inquam, vinculum idem ac custodiam et sepulcrum ac pedicas esse dixisti, ego vero non assentior. Vere, inquit, a te ista dicuntur. Ad haec intemperantia, errore, tristitia, iracundia, ceterisque, ut uno verbo dicam, omnibus, quorum tu malorum caussam sustinere corpus asseris, animae ad meliora impetum praepediri dixisti, neque sinere nos ad eorum quae re ipsa sunt comprehensionem ac scientiam pervenire. Quoties enim eorum quae sunt indagare aliquid volumus, tum oborta caligo mentibus nostris tenebras offundit, neque veritatem dilucide a nobis pervideri patitur. Nam et ea perceptio quae fit auribus plenissima fallaciae est; fallax item quae oculis ac reliquis omnino sensibus efficitur. Vides, inquit, Eubuli, quam ego sim in tui laudationem propensus, cum aperte distincteque loqueris?

Cap. XXII. (XLIII.) Thren. 3, 34. Ps. 145, 7.

Ut igitur, inquam, me impensius collaudes, si corpus quoddam opinione vestra vinculum est, non potest animae improbitatis et in- Cap. XXIII. (XLIV.)

4. ἀλλήλοις *suspicatus est Petavius.*
5. *Vulgo* ἔφην.
6. *Vulgo* τὸν, *vitiose.*

ψυχῇ, καὶ ἀδικίας ἔτι, ἀλλὰ σωφροσύνης ἀντιστρόφως, καὶ παιδείας. Ὧδε δὲ σκόπει· οὕτω γὰρ ἂν μᾶλλον ἀκολουθήσειας. Ποῖ ἄγομεν τοὺς τὰ σώματα κάμνοντας; οὐ παρὰ τοὺς ἰατρούς; Δῆλον, ἔφη. Ποῖ δὲ τοὺς ἁμαρτάνοντας; οὐ παρὰ τοὺς δικαστάς; Ἀνάγκη. Οὐκοῦν δίκην ὧν ἔδρασαν δώσοντας, ἔφην, δικαίως; Ναί. Τὸ δὲ δίκαιον πᾶν καλόν; Ὁμολογεῖ. Ὁ δὲ δικαίως κρίνων καλῶς ποιεῖ· δικαίως γὰρ κρίνει; Συνέφη. Τὸ δὲ καλὸν ὠφέλιμον φαίνεται. Ὠφελοῦνται ἄρα οἱ κρινόμενοι. Ἀναιρεῖται γὰρ αὐτῶν ταῖς βασάνοις ἡ πονηρία κωλυομένη, καθάπερ καὶ πρὸς τῶν ἰατρῶν τομαῖς καὶ φαρμάκοις αἱ νόσοι. Τὸ γὰρ ἀδικοῦντα διδόναι δίκην ἐπανορθοῦσθαι τὴν ψυχήν ἐστι, τὴν μεγάλην νόσον ἀδικίαν ἀποβάλλοντα. [1] Ὡμολόγει. Τί δέ, οὐ κατὰ ἀναλογίαν τῶν ἁμαρτηθέντων τὰς κολάσεις τοῖς κολαζομένοις δικαίως προσφέρεσθαι φὴς, καθάπερ καὶ τοῖς ἰατρευομένοις κατὰ ἀναλογίαν τῶν τραυμάτων τὰς χειρουργίας; Ἐπένευσεν. Οὐκοῦν ὁ μὲν θανάτου δράσας ἄξια τιμᾶται θανάτῳ τὴν δίκην, ὁ δὲ πληγῶν πληγαῖς, ὁ δὲ δεσμῶν δεσμοῖς. [2] Ὡμολόγει. Ζημιοῦται δὲ ὁ ὀφλήσας, ἔφην, δεσμοῖς ἢ πληγαῖς ἢ ἄλλῃ τινὶ τοιαύτῃ τιμωρίᾳ, ὅπως παύσηται μεταγνοὺς τοῦ ἀδικεῖν, ξύλον καθάπερ διεστραμμένον, βασάνοις εὐθυνόμενος; Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Τιμωρεῖται γὰρ αὐτὸν οὐ τοῦ παρεληλυθότος ἐγκλήματος ἕνεκα ὁ δικαστής, ἀλλὰ τοῦ μέλλοντος, ὅπως μὴ καὶ αὖθις ποιῇ. Τοῦτο δῆλον, ἔφη. Ὁ γὰρ δεσμὸς αὐτῷ δῆλον ὡς τὴν πρὸς τὸ ἀδικεῖν ὁρμὴν ἀναιρεῖ, μὴ ἐπιτρέπων ποιεῖν ἃ θέλει. Ἀληθές. Οὐκοῦν εἴργεται τοῦ ἁμαρτάνειν, τῶν δεσμῶν μὴ ἐώντων ἐλευθεριάζοντα χρῆσθαι ταῖς ἡδοναῖς, ἀλλὰ συστελλόντων, καὶ τὸ δίκαιον διδασκόντων τιμᾶν ἔστ' ἂν ἀπομάθῃ νουθετούμενος σωφρονεῖν. Φαίνεται, ἔφη. Οὔτε τοίνυν παραίτιος
pag. 569. ὁ δεσμὸς γίγνεται τοῦ πλημμελεῖν, ὡς ἔοικε. Σωφρονίζει γὰρ καὶ ποιεῖ δικαιοτέρους, ἀλεξιφάρμακον ὢν ψυχῆς, αὐστηρὸν μὲν καὶ δηκτικόν, ἀλλὰ ἰατικόν. Δῆλον, ἔφη. Τί γάρ; Φέρε γὰρ ἐξετάζωμεν πάλιν τὰ ἔμπροσθεν. Οὐ δεσμὸν τὸ σῶμα διὰ τὴν παράβασιν δέδωκας εἶναι τῆς ψυχῆς; Καὶ δίδωμι, ἔφη. Ἁμαρτάνειν δὲ τὴν ψυχὴν μετὰ σώματος, εἴπερ τὸ μοιχᾶσθαι, φονεύειν τε καὶ ἀσεβεῖν ἁμαρτία σοι δοκεῖ ἃ μετὰ τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ ποιεῖ; Ἐπένευσεν. Ἀλλὰ τὸν δεσμώτην ὡμολογήσαμεν μὴ δύνασθαι ἀδικεῖν; Ὡμολογήσαμεν, ἔφη. Κωλύεσθαι δὲ ἀλγυνόμενον ὑπὸ τῶν δεσμῶν; Ναί. Δεσμὸς δὲ ἡ σάρξ τῆς ψυχῆς; Ἐπένευσεν. Ἀλλὰ ἁμαρτάνομεν ὄντες ἐν σαρκὶ,

Cap. XXIII. — 1. ὡμολόγει edit. Petav. ὁμολόγει edit. princ. 2. ὁμολόγει edit. princ.

iustitiae aliquo modo esse caussa videri, sed e contrario temperantiae atque disciplinae. Sic autem istud ipsum considera, quo magis quid velim assequare. Qui igitur corporis aegritudine laborant, quo tandem deducimus? Nonne ad medicos? Apparet, inquit. Quonam vero eos qui peccaverint? Nonne ad iudices? Necesse est, ait. Nimirum, inquam, ut pro iis quae commiserint iuste puniantur? Fateor. Iustum porro omne bonum atque honestum est. Assensus est. Iam qui iuste iudicat, praeclare facit; recte enim iudicat? Non negavit. Quod autem bonum est, etiam utile videtur. Quare qui iudicantur utilitatem capiunt; horum quippe repressa nequitia cruciatibus evellitur, ut a medicis sectionibus ac medicamentis aegrotationes tolluntur. Etenim eum qui iniuriam fecerit poenas luere idem est atque animo corrigi, et ingentem morbum, hoc est iniustitiam, deponere. Non diffitebatur. Quid tum postea? An non pro delicti ratione iure iis qui puniuntur infligi poenas existimas, non aliter atque aegrotis pro vulnerum ratione medica manus adhibetur? Annuit ille. Igitur qui morte digna commiserit, extremum in illum supplicium decernitur. Qui verbera meruerit aut vincula, verberibus aut vinculis coercetur. Haec ille fassus est. Tum ego, Vinclis itaque, verberibus, atque id genus suppliciis qui convictus est afficitur, ut ab sceleribus suis resipiscat, ac sic, tanquam distortum lignum, tormentis corrigitur. Verissime id quidem narras, inquit. Non tam enim ob praeteritum crimen quam futuri cavendi gratia iudex in illum animadvertit. Apparet, inquit. Quippe vincula illius ad facinora impetum reprimunt; dum quae velit pro arbitrio facere non permittunt. Recte omnino. Ergo a peccando prohibetur, quod cum vincula libere in voluptates praecipitem ferri prohibent, sed compescunt potius, ac iustitiam colere perdocent, donec eiusmodi castigatione temperantiam condiscat. Ita, inquit, videtur. Non igitur peccati caussam vincula sustinere videntur, sed haec potius ad officium revocant, ac iustiores efficiunt, cum velut praesidiarii cuiusdam medicamenti loco sint, austeri quidem illius ac mordacis, sed tamen praesentissimi. Perspicuum illud est, inquit. Quid porro? age, rursum quae superius posita sunt expendamus. Non tu corpus ob delictum quoddam animae vinculum esse statuisti? Ego vero statuo, inquit. Ad haec peccare cum corpore animam, si quidem adulterium, parricidium et impietas peccata sunt, quae cum corpore anima perpetrat? Annuente illo, Atqui, inquam, vinctum scelus nullum committere posse fatebamur. Fassi omnino sumus, inquit, vinculorum quippe dolore cruciatuque prohiberi etiam. Corpus vero num animae vinculum est? Affirmavit. Utrumnam igitur

ὁμοδοξούσης ἡμῖν εἰς τοῦτο τῆς σαρκός; Ἁμαρτάνομεν, ἔφη. Ὁ δὲ πεπεδημένος οὐ δύναται ἁμαρτάνειν; Καὶ ἐνταῦθα ἐπένευσεν. Ἄγχεται γάρ. Ναί. Μὴ ἐώμενος ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ; Δῆλον. Ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα πρὸς τὸ ἁμαρτῆσαι συνεργόν. Ναί. Εἴργει δὲ ὁ δεσμός. Συνέφη. Οὐκ ἄρα τὸ σῶμα ὁ δεσμὸς, οὔτε κατὰ σὲ, οὔτε κατὰ ἄλλον, ἔφην, ὦ Ἀγλαοφῶν, ἀλλὰ πρὸς ἑκάτερον τῇ ψυχῇ συνεργὸν, εἴτε πρὸς τὸ ἀγαθὸν, εἴτε πρὸς τὸ κακόν. Συνεχώρει.

Κεφ. κδ'. (με'.) Οὐκοῦν οὕτω δὴ τούτων ἐχόντων ἀπολόγησαι, ὦ Ἀγλαοφῶν, πρὸς ἃ πρῶτον ὑπέθου. Ἔφης γὰρ δεσμὸν καὶ εἱρκτὴν καὶ πέδας τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, καὶ ὁρᾷς ὡς οὐ συνᾴδουσι τούτοις ἃ ἔφης; Πῶς γὰρ συνᾴδοιεν, εἴπερ γε ἀνάγκη, ὦ ἄριστε, δεσμὸν μὲν τὴν σάρκα νομίζεσθαι, τὴν δὲ ψυχὴν συνεργῷ πρὸς ἀδικίαν χρῆσθαι καὶ συμπράκτορι τῷ δεσμῷ, ὅπερ ἀδύνατον; Εἰ γὰρ διὰ τὴν ἁμαρτίαν βασανιστήριον ἐδόθη, πρὸς τὸ ἀλγυνθεῖσαν εἰς τὸ τιμᾶν τὸν θεὸν παιδευθῆναι τὴν ψυχὴν, πῶς συνέργει καὶ συναγωνίζεται τὸ σῶμα αὐτῇ πρὸς τὸ ἀδικεῖν; δεσμοὶ γὰρ καὶ φυλακαὶ καὶ πέδαι, καὶ συλλήβδην αἱ τοιαῦται πᾶσαι πρὸς ἐπανόρθωσιν τιμωροὶ μηχαναὶ, [1] ἐφεκτικαὶ τοῦ ἀδικεῖν καὶ ἁμαρτάνειν τοῖς κολαζομένοις γίγνονται. Οὐ γὰρ ὅπως ὁ ἀδικήσας ἀδικήσῃ πλέον, συνεργὸς αὐτῷ πρὸς τὸ ἀδικεῖν
pag. 570. ὁ δεσμὸς δίδοται, ἀλλ' ὅπως λήξῃ τοῦ ἀδικεῖν, βασανιζόμενος διὰ τῶν δεσμῶν. Καὶ γὰρ οἱ δικασταὶ ταύτῃ πεδοῦσι τοὺς φαύλους. Κωλύονται γὰρ, κἂν μὴ βούλωνται, κακοποιεῖν ὑπὸ τῶν δεσμῶν. Ἐλευθεριαζόντων δὲ τὸ κακουργεῖν ἐστι, καὶ ζώντων ἀφυλάκτως, ἀλλ' οὐ πεπεδημένων. Ὁ δὲ ἄνθρωπος πρῶτον μὲν ἐφόνευσε, κατὰ τὸν Κάϊν, ηὐξήθη πρὸς ἀπιστίαν, εἰδώλοις προσέσχεν, ἀπεστάτησεν ἀπὸ θεοῦ· καὶ πῶς αὐτῷ δεσμὸς τὸ σῶμα ἐδόθη; ἢ πῶς ὁ θεὸς μετὰ τὸ πρὸ σώματος ἀνομῆσαι τὸν ἄνθρωπον συνεργὸν πρὸς ἀδικίαν αὐτῷ μείζονα τὸ σῶμα ἔδοτο; πῶς δὲ καὶ μετὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ δεσμοῦ τὸ, Ἰδοὺ, πρὸ προσώπου σοῦ, λέγεται, τέθεικα τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον, ἔκλεξαι τὴν ζωὴν, τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν, ἔκλεξαι τὸ ἀγαθόν· καὶ, Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου. Ταῦτα γὰρ ὡς αὐτῷ ἐξουσιάζοντι, καὶ οὐχ ὡς ὑπὸ δεσμὰ καὶ ἀνάγκην ἀγομένῳ ἐρρήθη· ὥστε ἐκ παντὸς συνίστασθαι μήτε πέδας ἢ φυλακὴν ἢ δεσμοὺς νομίζειν τὸ σῶμα, μήτε δεσμώτιδας γῆς διὰ ταῦτα τὰς ψυχὰς χοϊκαῖς κατακρίνοντος αὐτὰς τοῦ θεοῦ δεθῆναι πέδαις. Πῶς γὰρ, ὁπότε μὴ δύναται ἀποδειχθῆναι τοῦτο; [2] Ἄτοπον δὲ κἀκεῖνο προφανῶς τὸ οἴε-

Cap. XXIV. — 1. *Libri vulgo* ἐπεκτικαί.
2. *Verba* Ἄτοπον – – – ἐσόμεθα *leguntur ap. Ang. Maium Scriptt. Vett. N. Coll. vol. VII. in Anonymi Patrum Doctrina de Verbi Incarnat., pag. 49 sq.*

quamdiu in hoc corpore sumus, ita peccamus ut ad id caro ipsa consentiat? Peccamus, inquit. At qui constrictus est, peccare non potest. Et huic pariter assensus est. Angitur enim ac coercetur. Recte, inquit. Nam ab vinculis inhibetur. Non dubium est, respondit. Verum corpus ad peccandum administrum est? Est, inquit. Vinculum autem coercet? Annuit. Sequitur proinde neque ex tua, Aglaophon, neque ex alterius sententia vinculum esse corpus, sed ad utrumvis, tam bonum scilicet quam malum, corporis adiutor est. Concessit.

Haec cum ita sint, tuum est, Aglaophon, purgare quae antea posuisti. Aiebas enim corpus animae vinculum, carcerem ac compedes esse. Quae cum iis quae modo dixisti nequaquam conveniunt. Qui enim convenire possunt, si quidem necesse est carnem vinculi instar haberi, animam vero adiutore ad scelus uti vinculo? quod quidem fieri nullo pacto potest. Nam cum propter delictum poenae constitutae sint, ut affecta dolore anima ad colendum deum erudiatur, fierine potest ut ad committendum facinus corpus illi adiumento auxilioque esse possit? Vincula quippe, custodiae, compedes et id genus omnia poenarum instrumenta, quae ad emendandos homines pertinent, peccatorum ac scelerum in iis qui puniuntur compescendorum vi praedita sunt. Nam non id eo, ut sceleratus maiora scelera committat, velut praesidium quoddam vinculum adhibetur, sed ut eo modo cruciatus a perpetrandis facinoribus desistat. Atque ea caussa est cur facinorosi homines vinculis a iudice constringantur, propterea quod ab iis vel inviti mali aliquid facere prohibentur. Quinimo liberorum, ac sui iuris hominum, quorum nemo vitam suam observat, peccare proprium est, non vinctorum. Homo vero primum quidem parricidium admisit, veluti Cainus. Tum ad infidelitatem adolevit, simulacra veneratus est, a deo descivit. Fierine igitur potest ut ei corpus tanquam vinculum sit attributum? Aut quomodo deus, cum se homo peccatis ante corpus obstrinxisset, ad maiora scelera, velut praesidium quoddam, ei corpus affinxit? Quomodo denique post illud fabricatum vinculum ita locutus est: *Ecce coram te posui vitam et mortem, elige vitam: bonum et malum, elige bonum.* Item: *Si volueritis et audieritis me.* Haec enim illi tanquam libertate praedito, non vinculis ac necessitate coacto dicta videntur. Ut idipsum omnino consequens sit, non esse corpus compedum, aut custodiae, aut vinculorum loco habendum, neque *vinctas terrae* idcirco appellatas animas, quasi terrenas quibusdam compedibus deus illas damnaverit. Nam quomodo verum id esse potest, cum demonstrari nulla ratione possit? Sed et perspicue illud absur-

Cap. XXIV. (XLV.)

Deut. 30. 15.

Isai. 1. 19.

σθαι τὸ σῶμα ἐν τῇ [3] κατὰ τοὺς αἰῶνας διαγωγῇ μὴ [4] συνέσεσθαι τῇ ψυχῇ, διὰ τὸ δεσμὸν [5] αὐτὸ καὶ πέδας εἶναι, ἵνα μὴ αἰώνιοι γενώμεθα κατάκριτοι δεσμῶται [6] κατ' αὐτοὺς φθορᾶς, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ φωτὸς ἐσόμενοι. [7] Λελυμένου γὰρ ἱκανῶς καὶ ἐξελεγχθέντος τοῦ λόγου ἐν ᾧ δεσμὸν τῆς ψυχῆς [8] ὡρίσαντο εἶναι τὴν σάρκα, λέλυται καὶ [9] τὸ, ἵνα μὴ δεσμῶται [10] δι' αὐτὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ φωτὸς [11] ἣν ἀπολαμβάνομεν ἐσόμεθα, διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσεται. Ποταπὸν γὰρ λοιπὸν [12] εἰς πειθὼ τοῖς δυσχεραίνουσιν ἕτερον ἀλήθευμα χρὴ [13] δεικνύναι; Τῶν εἰρημένων [14] ἐναργέστερον οὐκ ἀνέξονται. Ἀλλὰ ταύτην μὲν αὐτῶν τὴν φιλονεικίαν καὶ ἐκ τούτων ἄν τις καὶ ἐξ ἑτέρων [15] ἐλέγχοι πλειόνων. Ἀποδείξομεν γὰρ ἐν τοῖς ἑξῆς προβαίνοντος τοῦ λόγου φύσεως ἀληθεύμασι, καὶ οὐκ εἰκασίαις, μήτε τὸν [16] Ἱερεμίαν δεσμίους ἡμᾶς γῆς διὰ τὴν πρὸς τὸ σῶμα κοινωνίαν εἰρηκέναι, [17] μήτε τὸν Δαβὶδ κατὰ τοῦτο πεπεδημένους. Ἄξιον γὰρ [18] ταῦτα προφέρειν, ἐν οἷς μάλιστα φαίνονται διαπίπτοντες. Περὶ μὲν [19] οὖν τῶν δερματίνων χιτώνων, καὶ ὅτι πρὸ τῆς κατασκευῆς αὐτῶν οἱ πρωτόπλαστοι διῆγον μετὰ σώματος ἀθανασίας ἀπολαύοντες, ἔτι τε καὶ ὡς οὐ δύναται τὸ σῶμα δεσμὸς καὶ εἱρκτὴ νομίζεσθαι, τὰ προσήκοντα εἰπὼν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ (δικαστὰς γὰρ ὑμᾶς τῶν λόγων, [20] ὦ κράτιστε Θεόφιλε, καλῶ), τρέψομαι λοιπὸν ἐπὶ τὰ ἀκόλουθα, καθάπερ ὑπεσχόμην, τῶν προκειμένων, [21] ἵν' εὐκρινέστερον ἴδωμεν ὃ βουλόμεθα.

Κεφ. κε'. (κϛ'.) Ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς θεὸς, ἐπειδὴ τὸ πᾶν εὐτάκτως συνεστήσατο καθάπερ μεγάλην πόλιν, καὶ διεκόσμησε προστάσσων τῷ λόγῳ, ἕκαστόν τε αὐτῷ συμφώνως ἡρμόσατο στοιχεῖον καὶ πάντα ζώων πεπλήρωτο διαφοραῖς, ἵνα τελείως ὁ κόσμος εἰς κάλλος αὐξηθῇ, παντοίας φύσεως ζωοτοκήσας μορφὰς, ἄστρα μὲν κατὰ τὸν οὐρανὸν, καὶ πτηνὰ κατὰ τὸν ἀέρα, τετράποδα δὲ κατὰ τὴν γῆν, καὶ νηκτὰ κατὰ τὸ ὕδωρ, — τελευταῖον τὸν ἄνθρωπον, προετοιμάσας ὡς οἰκίαν αὐτῷ καλλίστην τὸ πᾶν, μίμημα τῆς ἰδίας εἰκόνος ἐμφερὲς εἰς τὸν κόσμον

3. εἰς αἰῶνας *Galland. p.* 773.
4. συνενοῦσθαι *duo libri apud Galland. l. l.*
5. αὐτὸ *cod. Venet., Anonymus Maii, et Galland. Vulgo* αὐτῷ.
6. κατ' αὐτοὺς φθορᾶς *cod. Venet., Anonymus Maii, et Galland. l. l. Vulgo* κατὰ τοὺς φθορέας.
7. λελυμένοι *cod. Venet.* λελεγμένου *Anonymus Maii.*
8. ὡρίζαντο *Galland.*
9. ὅτι ἵνα *emendavit Galakerus Advv. Misc. cap.* 36. *pag.* 806. τὸ ἵνα *cod. Venet., Anonymus Maii et Galland.* τὸ εἶναι *reliqui libri.*
10. διὰ τὴν *Anonymus Maii et cod. Venet.*
11. εἰ ἀπολάβωμεν αὐτὴν, ἐσώμεθα *Galland. l. l. ex cod. Rupif.*
12. εἰ ἐπειθὼ *cod. Rhedig. et edit. princ.*
13. *Gravissimo vulnere quo laborant quae vulgo circumferuntur exemplaria, transpositis videlicet veteris unde mana-*

dum est, corpus arbitrari in aeterna illa vita procul ab anima futurum, quod huic illud tanquam vinculum ac pedicae sint, ne sempiternis vinculis sceleratorum instar addicti videamur, cum in lucido illo regno simus habitaturi. Cum enim abunde dissoluta ac refutata sit illa sententia, quae animae vinculum carnem esse definiebat, una et illud refellitur, corpus ideo minime resurrecturum, ne in splendido illo regno, si illud receperimus, vincti esse videantur. Quae enim, illa sublata, certa ac constans ratio esse potest, qua id aegre ferentibus persuaderi possit? Clariorem iis quae ante commemorata sunt minime sustinebunt. Verum quanto hac in re contradicendi studio ferantur, cum ex ipsis, tum ex aliis pluribus demonstrari potest. Nam postea in ipso orationis progressu veris ac naturalibus rationibus, non inanibus coniecturis ostendemus, neque ab Hieremia
nos *vinctos terrae* propter communionem cum corpore nominatos esse, Thr. 3, 34.
neque Davidem propterea *compeditos* appellare. Haec enim potissi- Ps. 145, 7.
mum commemoranda sunt in quibus maxime a veritate excidisse videntur. De pelliceis itaque tunicis, utque priusquam eae conficerentur corpore praediti primi nostri parentes extiterint, et immortalitatis compotes, tum nervum et carcerem haberi non posse corpus, ubi quantum necesse est disputavero, iudices (vos enim sermonum nostrorum iudices, teque inprimis, optime Theophile, pronuntio), ad ea quae proposito nostro consentanea sunt et consequentia me, ut pollicitus sum, conferam, ut id quod volumus clarius inspicere possimus.

Cap. XXV. (XVIII.)

Postquam artifex rerum omnium deus totam hanc universitatis machinam, velut ingentem aliquam civitatem, praeclaro ordine con-
didit ac vocis imperio constituit, in eoque elementa singula aptissime Gen. 1.
composuit, ac variis animantium generibus complevit omnia, ut hic mundus perfecte ad omnem pulchritudinem adolesceret, cum in eo omnimodas naturae formas vivas animatasque procreasset, atque et in coelo sidera, et in aëre volucres, et in terra quadrupedes, et in aquis natantia collocasset, postremum omnium hominem, cui totum hunc mundum velut egregium quoddam praetorium paraverat, sic tanquam simulacrum quoddam ad sui effigiem expressum in orbem

*runt scripti exemplaris aliquot foliis medelam attulit codex Venetus, in quo vocabulum* δεικνύναι *apte excipiunt verba* τῶν εἰρημένων, *quae vulgo extant sub medium cap. 17. pag. 540. A. Cod. Rhedig. ab editis libris non differt, nisi quod* δεικνύναι χρὴ *habet pro* χρὴ δεικνύναι.

14. ἐνεργέστερον *cod. Venet.*

15. ἐλέγχων *cod. Venet.*

16. ἠρεμίαν *cod. Venet.*

17. μὴ δὲ *cod. Venet.*

18. καὶ ταῦτα *cod. Venet.*

19. οὖν δὴ τῶν *cod. Venet.*

20. καὶ σὲ δὴ, *vel simile quid, h. l. excidisse sibi persuasit, parum feliciter sane, doctissimus Gatakerus Advv. Misc. Posth. cap. 34. pag. 784.*

21. ἵν' *om. cod. Venet.*

pag. 511. εἰςήγαγεν, ἄγαλμα ὡς ἐν ναῷ φαιδρῷ καλὸν ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶ κατασκευάσας. Ἠπίστατο γὰρ ὅτι πάντως ὅπερ ἂν τῇ ἑαυτοῦ τεχνήσηται χειρὶ, ἐξ ἀνάγκης ἔσται ἀθάνατον, ἅτε ἀθανασίας ἔργον. Ἀθανασίας γὰρ ἀθάνατα γίγνεται, καθάπερ καὶ τὰ κακὰ κακίας, καὶ τὰ ἄδικα ἀδικίας. Οὐ γὰρ δικαιοσύνης ἔργον τὸ ἀδικεῖν, ἀλλὰ ἀδικίας, οὐδ' αὖ ἀδικίας ἀντιστρόφως τὸ δικαιοπραγεῖν ἔργον, ἀλλὰ δικαιοσύνης· ὥςπερ οὐδὲ ἀφθαρσίας τὸ φθείρεσθαι ποιεῖν, ἀλλὰ φθορᾶς, τὸ ἀθανατίζειν οὐ φθορᾶς, ἀλλ' ἀφθαρσίας· καὶ συλλήβδην, οἷον ἂν ᾖ τὸ ποιοῦν, κατὰ τὸν αὐτὸν οὕτως λόγον [1]τοῦτο τὸ ποιούμενον ἐξ ἀνάγκης ἀπεργάζεσθαι συμβαίνει. Ὁ δὲ θεὸς καὶ ἀθανασία καὶ ζωὴ καὶ ἀφθαρσία, ἔργον δὲ ἄνθρωπος θεοῦ, πᾶν δὲ τὸ ὑπὸ ἀθανασίας ἐργασθὲν ἀθάνατον, ἀθάνατος ἄρα ὁ ἄνθρωπος. Διὸ δὴ τὸν μὲν ἄνθρωπον αὐτούργησεν ὁ θεὸς, τὰ δὲ λοιπὰ γένη ζώων ἄερι καὶ γῇ καὶ ὕδατι προςέταξε φέρειν. Ἄνθρωπος δὲ ἀληθέστατα λέγεται κατὰ φύσιν, οὔτε ψυχὴ χωρὶς σώματος, οὔτ' αὖ σῶμα χωρὶς ψυχῆς, ἀλλὰ τὸ ἐκ συστάσεως ψυχῆς καὶ σώματος εἰς μίαν τὴν τοῦ καλοῦ μορφὴν συντεθέν. Ὅθεν ἐντεῦθεν ἀθάνατον δὴ τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι φαίνεται, φθορᾶς δὲ ἁπάσης καὶ νόσων ἐκτός. Μάθοι δ' ἄν τις τοῦτο καὶ ἀπὸ τῆς γραφῆς ἱκανῶς. Ἐπὶ γὰρ τῶν ἄλλων, ὁπόσα χρόνων μετακοσμοῦνται διαστολαῖς ἡβῶντα καὶ γηράσκοντα, Ἐξαγαγέτω, λέγεται, τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ· καὶ, Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κατὰ γένος, τετράποδα καὶ ἑρπετὰ, καὶ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος· ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ὡςαύτως ἐκείνοις, Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ, οὐκέτι, ἢ, Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα, ἢ, Γενηθήτωσαν φωστῆρες, ἀλλὰ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ, Ἔλαβεν ὁ θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον.

Κεφ. κϛ'. (ιϛ'.) Καὶ ἵνα δὴ μᾶλλον καὶ ὑμεῖς τὴν διαφορὰν αἴσθησθε, ὡς ὅλων καὶ παντὶ τῶν ἄλλων διαφέρων καὶ ἐν δευτέρᾳ τιμῇ τῶν ἀγγέλων ἐγκαταλεχθεὶς ὁ ἄνθρωπος εὑρίσκεται ἀθάνατος ὢν, φέρε κατὰ τὸν ἀληθῆ
pag. 512. πάλιν καὶ ὀρθόδοξον καὶ τοῦτο διαλάβω λογισμόν. Τοῖς μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς εἰςπνοῆς τοῦ κατὰ τὸν ἀέρα πνεύματος [1]ἐμψυχοῦσθαι ἐδόθη τὸ ζῆν, τῷ δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀθανάτου καὶ διαφερούσης οὐσίας. Ἐνεφύσησε γὰρ ὁ θεὸς εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Καὶ τοῖς μὲν δουλεύειν καὶ ἄρχεσθαι προς-

Cap. XXV. — 1. τοῦτο τὸ *ego*. *Libri vulgo* τοῦτο. *Petavius volebat* τὸ.

introduxit, ac velut exquisitum signum manibus suis elaboratum praeclaro in templo constituit. Neque enim ignorabat quodcumque suapte manu finxisset, necessario, utpote immortalitatis opus, immortale futurum. Nam ab immortalitate immortalia proficiscuntur, velut a malitia quae mala sunt, et ab iniustitia iniusta. Non enim iustitiae opus est iniusti aliquid facere, sed iniustitiae neque ex adverso iuste aliquid agere iniustitiae est, sed iustitiae; perinde ac corruptelam adferre non incorruptionis est, sed corruptionis proprium. Sic immortale facere non corruptionis, sed incorruptionis est. Atque ut uno verbo dicam, quale est id quod agit, tale id efficere necessario solet quod ab eo producitur. Atqui deus et immortalitas est, et vita et incorruptio, homo vero dei opus est. Quicquid vero ab immortalitate fabricatur, immortale sit oportet. Quare immortalis est homo. Propterea deus hominem sua manu finxit, cetera vero animantium genera aërem, terram et aquam iussit producere. Ceterum homo, si eius naturam inspicias, verissime esse dicitur non corporis expers anima, neque corpus anima destitutum, sed id quod in unam pulchri bonique formam ex animae et corporis coniunctione conflatur. Ex quo quidem colligi posse videtur immortalem hominem esse factum, nec non et corruptionis omnis ac morborum expertem. Atque hoc ipsum sacrae literae abunde nos docent. Nam in reliquis, quae temporum mutata spatiis adolescere ac consenescere solent, *Producant*, inquit, *aquae reptilia animarum viventium et volucres volantes super terram, iuxta firmamentum coeli.* Gen. 1, 21. Item: *Producat terra animam viventem secundum speciem, quadrupedia, reptilia, et bestias terrae secundum genus.* Ubi ad hominem perventum est, non perinde ut in aliis dixit, *Producat terra*, aut, *Producant aquae*, aut, *Fiant luminaria*, sed, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et praesint piscibus et volatilibus coeli et universis pecudibus: et accepit deus de limo terrae, et formavit hominem.*

Cap. XXVI. (XIX.) Atque ut hominis a ceteris discrimen magis ac magis intueri possitis, quantumque antecellat omnibus, et ut secundum post angelos dignitatis locum obtinens immortalitate sit praeditus, age istud ipsum denuo ex vera et orthodoxa ratione disputemus. Etenim ceteris quidem animantibus ex illius spiritus qui per aërem diffusus est immissione anima est vitaque concessa. Homini vero id ipsum ex immortali atque excellenti substantia tributum. *Inspiravit enim deus in faciem eius spiraculum vitae, et factus est homo in animam viventem.* Gen. 2, 7. Illis servire atque imperio subesse, huic dominari atque

Cap. XXVI. — 1. *Vulgo* ἐμψυχῶσθαι. *Pro* ἐμψυχοῦσθαι *possis et* ἐψυχῶσθαι *vel* ἐνεψυχῶσθαι.

ετάγη, τῷ δὲ ἄρχειν καὶ δεσπόζειν. Καὶ τοῖς μὲν διάφορα σχήματα φύσεων δίδονται καὶ μορφαὶ, ὁπόσας ἡ στερέμνιος καὶ ὁρατὴ φύσις κελεύοντος τοῦ θεοῦ ἐγέννησε, τῷ δὲ θεοειδὲς καὶ θεοείκελον, καὶ πάντα πρὸς ἐκείνην ἀπηκριβωμένον τὴν πρωτότυπον τοῦ πατρὸς καὶ μονογενῆ εἰκόνα. Ἐποίησε γὰρ ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Διὸ καὶ ἐμέλησεν αὐτῷ τῆς τοῦ σφετέρου ἀγάλματος διαμονῆς, ἵνα μὴ εὐάλωτον ᾖ πρὸς διαφθοράν· καθάπερ καὶ τῶν ἀνδριάντων τοῖς δημιουργοῖς. Οὐ γὰρ μόνον κάλλους τῶν ἀγαλμάτων αὐτοῖς καὶ τῆς εὐπρεπείας αὐτῶν πεφρόντισται, ὅπως ὦσι περικαλλεῖς ἢ μεγαλοπρεπεῖς, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰς τὸ δυνατὸν σφίσιν αὐτοῖς ἀθανασίας τῶν δημιουργημάτων πρόνοιαν ποιεῖσθαι, [2] εἰς τὸν μακραίωνα χρόνον διασώζεσθαι μὴ λυόμενα· καθάπερ καὶ Φειδίας. Οὗτος γὰρ μετὰ τὸ κατασκευάσαι τὸ Πισαῖον εἴδωλον, ἐξ ἐλεφάντος δὲ τοῦτο ἦν, ἔλαιον ἐκχεῖσθαι προσέταξεν ἀμφὶ τοὺς πόδας ἔμπροσθεν τοῦ ἀγάλματος, [3] ἀθάνατον εἰς δύναμιν [4] φυλάσσειν αὐτό. Καὶ τοίνυν εἰ τῶν [5] χειροτμήτων οὕτως δημιουργοὶ, ὁ θεὸς ὁ [6] ἀριστοτέχνας, ὃς πάντα δύναται καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ποιεῖν, οὐ μᾶλλον τὸ ἄγαλμα τὸ λογικὸν ἑαυτοῦ, τὸν ἄνθρωπον, ἀνώλεθρον καὶ ἀθάνατον εἶναι τὸ παράπαν ἐξ ἁπάσης ἀνάγκης ἐμηχανήσατο, ἀλλ' εἴασεν οὕτως ἀτιμότατα λυόμενον ὀλέθρῳ παραδοῦναι καὶ φθορᾷ ὃ διαφερόντως ἠξίωσε ταῖς ἑαυτοῦ ποιῆσαι χερσὶ, κατ' εἰκόνα μορφοποιήσας αὐτὸ, καὶ καθ' ὁμοίωσιν τὴν ἑαυτοῦ, τὸν κόσμον τοῦ κόσμου, δι' οὗ κόσμος ἐγένετο; Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἀπήει γὰρ εἰς ἀφροσύνην ἐπαρθέντα φρονῆσαι τοῦτο.

Κεφ. κζ'. (κ'.) Ἀλλ' ἴσως μὴ ἐπιστήσαντες ἑαυτοὺς πρὸς τὰ λεχθέντα, ὦ Ἀγλαοφῶν, λέξετε, Καὶ πῶς, εἰ ἀθάνατον ἦν ἐκ γενέσεως καθ' ὑμᾶς τὸ ζῶον, γεγένηται θνητὸν, ὁπότε τὸ ἀθάνατον ἀμεταστρόφως τοῦτο ὅ ἐστιν εἶναι χρὴ, μὴ μεταπίπτον ἢ ἐξανιστάμενον εἰς τὸν αἰσχίονα καὶ
pag. 543. θνητὸν φύσιν; ἀμήχανον γὰρ, ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἀθάνατον. Ἐπειδὴ, λέξω, γενόμενον αὐτεξούσιον πρὸς τὴν αἵρεσιν τοῦ καλοῦ, καὶ τοῦτον τὸν θεσμὸν [1] εἰληφὸς, ὁ μισόκαλος ἐπιστὰς ἐβάσκανε φθόνος. Ὁ γὰρ θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ, καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος ἐποίησεν αὐτὸν, Καὶ γὰρ ὁ θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων· φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰςῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καθάπερ καὶ ἡ Σοφία Σολομῶνος μαρτυρεῖ. Καὶ πόθεν ὁ θάνατος πάλιν δὴ λέγεσθαι ἀνάγκη, εἰ μὴ θάνατον ἐποίησεν ὁ θεός. Εἰ ἀπὸ τοῦ φθόνου, καὶ πῶς ὁ φθόνος τῆς βουλήσεως

2. *Fortasse* εἰς τὸ.
3. τοῦ ἀθάνατον *coniec. Gatakerus l. l. p.* 803. ὥστε ἀθαν. εἰς δ. φυλάσσεσθαι *Photius Bibl. cod. CCXXXIV, p.* 907. *De oleo citant Plin. H. N. XV,* 17.
4. φυλάσσων *coniec. Petavius.*
5. *Repono* χειροκμήτων.
6. *Repono* ἀριστοτέχνης.

imperium exercere mandatum est. Illa diversas naturarum effigies formasque sortita sunt, quotquot dei iussu solida et aspectabilis natura produxit. Huic dei indita similitudo est ad primam illam et unigenitam patris imaginem penitus expressa. *Fecit enim deus hominem, ad imaginem dei fecit illum.* Gen. 1, 27. Unde et simulacrum suum, ut quam maxime firmum ac stabile esset, curam adhibuit, neve corruptione tentari facile posset, perinde atque effictis a se statuis consulere artifices solent. Qui non modo simulacrorum suorum pulchritudini ac decori student, ut eximia specie ac magnifica sint, sed etiam immortalitatem, quoad possunt, iisdem ipsis tribuere conantur, ut quam longissimum in tempus integra minimeque dissoluta permaneant. Id quod Phidiam inter ceteros fecisse memorant. Hic enim cum Olympici Iovis simulacrum finxisset ex ebore, oleum ad pedes ante statuam iussit effundi, quo immortale illam quantum posset efficeret. Cum igitur in iis operibus, quae manibus elaboraverint, artifices ista moliantur, nonne praestantissimus ille opifex deus, qui vel ex nihilo procreare potest omnia, suam illam ratione praeditam effigiem, videlicet hominem, multo magis sempiternam et immortalem penitus necessarioque fabricavit? An potius ignominiose adeo dissolutam corrumpi et interire permisit? Atque eam quidem effigiem quam manibus perpolire suis singulari quadam ratione dignatus est, quam ad imaginem suam ac similitudinem velut mundi alterum mundum expressit, cuius denique caussa mundus est factus. Dici istud omnino non potest. Proxime enim ad insaniam accederet qui id vana opinione inflatus auderet asserere.

Cap. XXVII. (XX.)

Sed quae hactenus proposita sunt, o Aglaophon, minus attento forsitan animo considerantes obiicere ista poteritis, si immortale ab origine sua animal illud extiterit, qui tandem mortale esse potuit, cum quicquid est immortale, hoc quod est ipsum perpetuo esse debeat, nec in viliorem mortalemque naturam degenerando transeat? Hoc enim fieri nequit, alioqui immortale non fuerit. Sed ego tibi caussam rei huius aperiam. Cum enim ad boni delectum arbitrii libertate esset instructus, ac legem illam accepisset, pessima eum superveniens labefactavit invidia. Siquidem deus corruptione carentem hominem creavit, et ad aeternitatis suae produxit imaginem. *Deus enim mortem non fecit, nec delectatur in perditione viventium:* Sap. 1, 13. *invidia vero diaboli mors intravit in mundum*, ut per Salomonem sapientia testatur. Sed undenam mors extiterit repetendum necessario nobis est, si deus illam non fecerit. Nam si ab invidia profectam dixeris, quomodo tandem invidia divina voluntate plus valuit?

Cap. XXVII. — 1. *Vulgo* εἰληφὼς.

μᾶλλον ἴσχυσε τοῦ θεοῦ; Ἀλλὰ τοῦτο δύςφημον λέξωμεν. Πόθεν ὁ φθόνος; ὁ ἀντιλέγων ἐρεῖ. Εἰ γὰρ ἀπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ διὰ τί διάβολος ἐγένετο, εἰ ἐγένετο, καὶ ὁ ποιήσας αὐτόν ἐστιν αἴτιος τοῦ εἶναι κακόν; Ἀλλὰ αναίτιος πάντη κακῶν ἐστιν ὁ θεός· ἀγένητος ἄρα ὁ διάβολος, καὶ εἰ ἀγένητος, καὶ ἀπαθὴς καὶ ἀνώλεθρος καὶ ἀνενδεής. Τῷ γὰρ ἀγενήτῳ ἐξ ἀνάγκης ἁπάσης ταῦτα ὑπάρχειν χρὴ, ὁ δὲ διάβολος καταργεῖται καὶ κολάζεται. Τὸ δὲ κολαζόμενον ἄρα ἀλλοιοῦται καὶ πάσχει, ἀπαθὲς δὲ τὸ [2] ἀγένητον, οὐκ ἄρα ἀγένητος, ἀλλὰ γενητὸς ὁ διάβολος. Εἰ δὲ γενητὸς καὶ πᾶν τὸ γεγενημένον ἀπό τινος ἀρχῆς ἐγένετο, καὶ ἔστιν αὐτοῦ δημιουργὸς καὶ τοῦ διαβόλου. Καὶ πότερον κἀκεῖνος ἀγένητός ἐστιν, ἢ γενητός; Ἀλλὰ τὸ ἀγένητον εἶναι μόνον νοεῖσθαι χρὴ τὸν θεόν· οὐδὲ γὰρ [3] ἔνι τὸ σύνολον ὅλως ἐκ παντὸς εἰς τὸ παράπαν ἕτερος δημιουργὸς πλὴν αὐτοῦ· Ἐγὼ πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν ἐμοῦ ἄλλος οὐκ ἔστι θεός. Οὐδὲ μετασκευάζεσθαι [4] δεῖ τι, ἢ κτίζεσθαι παρὰ τὴν αὐτοῦ δύναται βουλήν. Καὶ γὰρ ὁ υἱὸς οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ δύνασθαι ποιεῖν ὁμολογεῖ, ἐὰν μὴ βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. Ἃ γὰρ ἂν, φησὶν, ὁ πατὴρ ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ποιεῖ. Οὐδὲ μήν τι πολέμιον ἢ ἀντιδοξοῦν αὐτῷ, ἢ ἀντίθεόν ἐστιν· ἐπεὶ κἂν εἰ ἀντέπρασσέ τι τῷ θεῷ, ἐπαύσατο ἂν τοῦ εἶναι, λυθείσης αὐτοῦ τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ ἰσχύϊ τῆς συστάσεως. Τῷ γὰρ ποιήσαντι λῦσαι μόνῳ καὶ τὰ ἀθάνατα δυνατόν.

pag. 511. Κεφ. κη'. (κζ'.) Τί οὖν ὁ διάβολος λέξεται; Πνεῦμα περὶ τὴν ὕλην ἔσχον, καθάπερ ἐλέχθη [1] τῷ Ἀθηναγόρᾳ, γενόμενον ὑπὸ τοῦ θεοῦ· ὥςπερ [2] δὴ καὶ οἱ λοιποὶ γεγόνασιν ὑπ' αὐτοῦ ἄγγελοι, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ ὕλῃ καὶ τοῖς τῆς ὕλης εἴδεσι πεπιστευμένοι διοίκησιν. Τοῦτο γὰρ ἦν ἡ τῶν ἀγγέλων σύστασις, τῷ θεῷ ἐπὶ προνοίᾳ γεγονέναι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διακεκοσμημένοις· ἵνα τὴν μὲν παντελικὴν καὶ [3] γενικὴν ὁ θεὸς ἔχων τῶν ὅλων [4] πρόνοιαν ᾖ, τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος ἁπάντων αὐτὸς ἀνηρτημένος καὶ ὥςπερ σκάφος τῷ τῆς σοφίας οἴακι διευθύνων ἀκλινῶς τὸ πᾶν, τὴν δὲ διὰ μέρους [5] οἱ ἐπὶ τούτῳ ταχθέντες ἄγγελοι. Ἀλλ'

2. Vulgo ἀγέννητον.
3. Vulgo εἶναι, quod correxi. Quod ad locutionem οὐδὲ τὸ σύνολον ὅλως ἐκ παντὸς cf. infra ad cap. 29.
4. δὴ volebat Petavius.
Cap. XXVIII. — 1. τῷ Ἀθηναγόρᾳ rescripsi ex emendatione P. Leopardi Emendatt. XIX, 9. Cf. etiam Gatakerus l. l. pag. 803., et Petav. ad h. l., qui verba Athenagorae (Athenag. Πρεσβ. π. Χριστοῦ p. 223 sqq. edit. Rechenb.) descripsit. — In Epiphanii libris vulgo extat ὦ Ἀθηναγόρα, tanquam Athenagoras unus e dialogi interlocutoribus sit.
2. δὴ emendavit Gatakerus l. l. Vulgo δὲ.
3. γενικὴν correxi cum Petavio et Gatakero ex Athenagora. Vulgo γενετικήν.

Sed hoc dictu infelix detestandumque dicamus, undenam invidia profecta sit adversarius quaerit. Nam si a diabolo respondeas, cur omnino diabolus extitit, si productus est aliquando? Ac profecto qui illum condidit auctor mali debet videri. Atqui malorum caussa deus esse non potest; quare ab nullo productus est diabolus. Quod si ita est, neque pati quicquam potest, et exitii penuriaeque est omnis expers. Nam quod nunquam productum est, huic inesse haec omnia necesse est, at diaboli conatus in nihilum redigitur, idemque punitur. Quod autem punitur, mutatur ac patitur. Atqui pati nihil potest quod productione caret. Non igitur productionis expers, sed productus aliquando diabolus. Iam vero cum et productus ille sit, et quicquid productum est, ab aliquo principio productum sit, consequens est aliquem esse, a quo sit procreatus diabolus. Utrumnam igitur etiam productus ille fuit, an produci non potuit? Verum quod productionis est expers, par est unum duntaxat intelligi deum. Neque enim ullus esse potest omnino praeter illum ipsum opifex. *Ego* Isai. 44, 6.
*primus*, inquit, *et ego novissimus et praeter me non est alius deus.* Sed neque commutari quicpiam, ac praeter eius voluntatem procreari potest. Etenim filius nihil per sese facere posse confitetur, *nisi id patrem facientem viderit: quae enim*, inquit, *pater facit, haec* Ioann. 5, 19.
*et filius facit.* Neque vero inimicum quiddam aut repugnans ac deo contrarium est; si quid enim esset quod deo resisteret, esse omnino desineret, eo quod divina virtute ac robore omnis illius constitutio dissolveretur. Quippe solus ille vel ea quae sunt immortalia dissolvere potest qui condidit.

Cap. XXVIII. (XXI.)

Quidnam igitur tandem diabolum esse dicemus? Spiritum videlicet, qui circa materiam versatur, quemadmodum dictum est, o Athenagora, a deo procreatum, perinde ac reliqui ab eodem angeli sati sunt, quibus tam materia quam formarum, quibus est affecta materia, procuratio administratioque commissa est. Siquidem ea constituendorum angelorum caussa fuit, ut in iis quae a deo ordinata erant ac disposita providentia moderandis vicariam deo operam navarent. Uti nimirum communem ac generalem omnium curam susciperet deus, qui in omnia dominatum atque imperium obtineret, ac veluti navigium quoddam, sic totam illam universitatem constanter suae gubernaculo sapientiae regeret, cum interim singularem functionem atque curam praepositi ad id angeli sustinerent.

4. πρόνοιαν ῆ, τὸ κῦρος *correxit Petavius, probavit Gatakerus l. l. Vulgo* πρόνοιαν, ἢ τὸ κῦρος. *Combefisius distinxit* πρόνοιαν; ῆ τὸ κῦρος *cett., et pro* αὐτὸς ἀνηρτημένος *volebat* αὐτοῦ ἀνηρτ.

5. *Verba* οἱ ἐπὶ τούτῳ ταχθέντες ἄγγελοι. Ἀλλ' *in edit. Petavii prave omissa sunt.*

οἱ μὲν λοιποὶ ἐφ᾽ οἷς αὐτοὺς ἐποίησε καὶ διετάξατο ὁ θεὸς ἔμειναν, ὁ δὲ ἐνύβρισε καὶ πονηρὸς περὶ τῶν πεπιστευμένων ἐγένετο τὴν διοίκησιν, φθόνον ἐγκισσήσας καθ᾽ ἡμῶν· ὥσπερ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα σαρκῶν ἐρασθέντες καὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων εἰς φιλοκοιτίαν ὁμιλήσαντες θυγατράσιν. Αὐθαίρετον γὰρ καὶ αὐτοῖς ἔχειν πρὸς ἑκάτερα διετάξατο βούλησιν ὁ θεὸς, οἷα καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων· ἵν᾽ ἢ πειθόμενοι τῷ λόγῳ συνῶσιν αὐτῷ καὶ ἀπολαύωσι μακαριότητος, ἢ μὴ πειθόμενοι κρίνωνται. Ἦν δὲ καὶ ὁ διάβολος ἀστὴρ Ἑωσφόρος· Πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ Ἑωσφόρος, ὁ πρωῒ ἀνατέλλων; Τοῦ φωτὸς ἦν ἄστρον πρωϊνὸν, ἀλλ᾽ ἐξέπεσε καὶ εἰς τὴν γῆν συνετρίβη, ἐπιτροπεύσας τῷ ἀνθρώπῳ τὰ ἐναντία. Τὸ γὰρ θεῖον νεμεσᾷ τοῖς ὑπερηφάνοις, καὶ τὰ αὐθάδη φρονήματα [6] κωλύει. Ἐπέρχεται δὲ καὶ ἐμμέτρως εἰπεῖν,

[7] Ὡς πᾶσιν ἀρχὴ καὶ πέρας κακῶν [8] ὄφις,
[9] Οὕτω βαρὺν τίκτουσα θησαυρὸν κακῶν
Πλάνη, τυφλοῦ [10] ποδηγὲ ἀγνοίας βίου,
Χαίρουσα θρήνοις καὶ στενάγμασι βροτῶν,
Ὑμεῖς ἀθέσμους εἰς ὕβρεις ὁμοσπόρων
Τὰς μισαδέλφους ὁπλίσαντες ὠλένας
Κάϊν μολύναι φοινίῳ πρῶτον λύθρῳ
[11] Ἐπείσατο τὴν γῆν, [12] καὶ τὸν ἐξ ἀκηράτων
Πεσεῖν αἰώνων πρωτόπλαστον εἰς χθόνα
Ὑμεῖς [13] ἐτεκτήνασθε.

pag. 545. Κεφ. κϛ΄. (κβ΄.)

Καὶ ὁ μὲν διάβολος οὕτως· [1] ὁ δὲ θάνατος πρὸς ἐπιστροφὴν ηὑρέθη, καθάπερ καὶ τοῖς ἀρτιμαθέσι γραμμάτων παιδίοις πρὸς ἐπανόρθωσιν αἱ πληγαί. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο [2] ὁ θάνατος ἢ διάκρισις καὶ διαχωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. Τί οὖν; παραίτιος ὁ θεὸς [3] θανάτου; λέξετε· πάλιν γὰρ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἥκει λόγος. Μὴ γένοιτο. Ἐπεὶ μηδὲ οἱ διδάσκαλοι προκαθηγουμένως τοῦ ἀλγύνεσθαι ταῖς πληγαῖς τοὺς παῖδας αἴτιοι. Καλὸν οὖν ὁ θάνατος, εἰ καθάπερ [4] παισὶ

6. κολούει *volebat Petavius.*
7. Ὦ πᾶσιν *Ios. Scaliger.*
8. *Libri omnes* ὁ ὄφις. *Sed illud* ὁ *iam Petavius spurium iudicavit et uncinis notavit.*
9. ἦτ᾽ ὦ *Ios. Scaliger.*
10. ποδηγὸς *Ios. Scaliger.*
11. Ἐπείσατε τὴν γῆν *emendatio est Petavii. Vulgo* Ἐπείσατο γῆν. *Cod. Venet.* ἔπισα τὸν γῆν. *Ios. Scaliger coniecit:* ἐπείσατ᾽ ὀργὴν.
12. κἀξ ἀκηράτου πεσεῖν αἰῶνος ἄνδρα πρωτόπλαστον *Ios. Scalig.*
13. ἐτεκτήνεσθε *Ios. Scaliger. — Cornarius hos versiculos ita convertit:* ,,Cuncto velut qui principium finisque sit Mortalium serpens malorum statui, Thesaurum habens adeo gravem secum mali. Errore caecus, ignorantiaeque dux, Vitae lachrymis gaudens, simul suspiriis. Ad improbas persuadet hic iniurias, Consanguineas armemus ut contra ma-

At vero ceteri quidem in ea statione perstiterunt cuius gratia conditi a deo constitutique fuerant. Diabolus vero petulanter egit, et in eorum quae sibi commissa fuerant, administratione concepta adversus nos invidia pessimum se praebuit. Quemadmodum et illi qui Gen. 6, 2. postea concupiscentia corporum flagrarunt, et cum filiabus hominum stupri consuetudinem habuerunt. Etenim quod hominibus concessum, idem et illis a deo tributum est, ut utrimque liberum haberent voluntatis consilium, ut, sive illius sermonibus obtemperarent, ipsius consuetudine fruerentur ac felicitatis essent compotes, sive detrectarent imperium, merito in illos iudicium exerceretur. Erat porro diabolus velut sidus quoddam Luciferi. *Quomodo cecidit e coelo Lucifer, qui mane oriebatur?* Isai. 14, 12. Sed erat nimirum matutinum sidus et lucidum, quod quidem decidit et ad terram allisum est, cum homini noxia quaedam et adversa in eo gubernando procurasset. Deus enim contra superbos indignari solet, insolentioresque spiritus comprimit. Ac libet et illud ipsum declarare versibus:

*Caput malorum, et finis, heu, cunctis draco,*
*Gravem malorum saeve thesaurum paris:*
*Caeci error, orbis ductor ignorantiae.*
*Quem tristis hominum luctus ac planctus iuvat:*
*Vos ad nefanda scelera cognatum in caput*
*Fratrem perosas impie armantes manus*
*Inficere primum caede sanguinea Cain*
*Terram impulistis. Inde felici parens*
*Quod primus aevo lapsus in terram excidit,*
*Vestra illa fraus est.*

Cap. XXIX. (XXII.)

Atque hunc quidem in modum diabolus. Mors ipsa vero castigandis hominibus est reperta, perinde ac puerulis, qui literarum rudimenta condiscunt, corrigendis adhiberi verbera consueverunt. Nihil enim aliud mors est quam corporis ab anima separatio atque disiunctio. Quid igitur? Auctorne mortis est ullo modo deus? Dicere enim hoc potestis, eademque nobis recurrit oratio. Sed absit ut ita dicamus. Nam neque praeceptores primariae ac praecipuae caussae sunt cur pueri dolore plagarum afficiantur. Bona igitur

nus Fratres. Cain perduxit ut resperserit Cruore primus terram saevus rubido. Et primus ut noster parens coelestibus De sedibus miser ruinam fecerit."

Cap. XXIX. — 1. *Verba* ὁ δὲ θάνατος - - - καὶ τοῦ χωρισμοῦ *excerpta legimus apud Ang. Maium Scriptt. Vett. N. Coll. vol. III. in Leontii et Ioannis Rerum Sacr. l. II., pag. 102., item quae inde sequuntur usque ad* ὑπερβάντα δικαιοσύνης *eodem libro pag. 92.*

2. ὁ *om. Leontius.*

3. θανάτου λέξεται; *Leontius. Probo. Idem Leontius verba* πάλιν γὰρ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἥκει λόγος *non habet.*

4. φησὶν *Leontius.*

πρὸς ἐπιστροφὴν δίκην πληγῶν ηὑρέθη, οὐχ ὁ τῆς ἁμαρτίας, ὦ σοφώτατοι, ἀλλ' ὁ τῆς διαζεύξεως τῆς σαρκὸς, καὶ τοῦ χωρισμοῦ. Αὐτεξούσιος γὰρ ὢν καὶ αὐτοκράτωρ ὁ ἄνθρωπος, καὶ αὐτοδέσποτον βούλησιν καὶ αὐτοπροαίρετον πρὸς τὴν αἵρεσιν, ὡς ἔφην, τοῦ καλοῦ λαβὼν, ἀκούσας τε, Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ Παραδείσῳ φάγεσθε, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, [5] ἐνδοὺς ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ φαγεῖν τῷ [6] διαβόλῳ, δεδελεασμένῃ σοφίᾳ [7] ποικίλως πρὸς παρακοὴν [8] πείθοντι, ἠθέτησε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ· καὶ ἐγένετο τοῦτο αὐτῷ εἰς σκάνδαλον [9] καὶ παγίδα καὶ σκῶλον. Οὐ γὰρ ἐποίησεν ὁ θεὸς κακὸν, οὐδὲ ἔστι τὸ σύνολον ὅλως ἐκ παντὸς τὸ παράπαν αἴτιος [10] κακοῦ· ἀλλὰ πᾶν ὅπερ ἂν αὐτεξούσιον οὕτως ὑπ' αὐτοῦ γεγονὸς [11] ᾖ πρὸς τὸ φυλάξασθαι καὶ τηρῆσαι νόμον, ὃν αὐτὸς δικαίως διεστείλατο, μὴ [12] τηρῆσαν λέγεται κακόν. Βαρυτάτη δὲ βλάβη τὸ παρακοῦσαι θεοῦ τοὺς ὅρους τῆς κατὰ τὸ αὐτεξούσιον ὑπερβάντα δικαιοσύνης. Ὅθεν ἐπειδὴ κατερυπώθη καὶ κατεμιάνθη τῆς ἀποφάσεως ἀποστατήσας ὁ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ, καὶ κηλίδας ἐναπεμάξατο κακίας πολλὰς, ἃς ὁ ἄρχων οὗτος ἀπεκύησε καὶ πατὴρ τῆς πλάνης, πόνον κατὰ τὴν γραφὴν συλλαβὼν, ἵνα τὸν ἄνθρωπον πρὸς ἀδικίαν ἀεὶ φαντάζειν ἔχῃ καὶ κινεῖν, ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ ἀθάνατον κακὸν ἐξ ἐπιβουλῆς ἰδὼν γεγενημένον, καθάπερ καὶ ὁ διάβολος πλάνος ἦν, τοὺς δερματίνους χιτῶνας διὰ τοῦτο κατεσκεύασεν, οἱονεὶ νεκρότητα περιβαλὼν αὐτὸν, ὅπως διὰ τῆς λύσεως τοῦ σώματος πᾶν τὸ ἐν αὐτῷ γεννηθὲν κακὸν ἀποθάνῃ.

pag. 546. Κεφ. λ'. (κγ'.) [1] Προηπόρηται δὲ ἤδη καὶ ἀπεδείχθη τοὺς δερματίνους χιτῶνας μὴ εἶναι τὰ σώματα. Ὅμως δὲ καὶ πάλιν (οὐ γὰρ ἅπαξ ῥητέον) [2] φράζωμεν. Αὐτὸς πρὸ τῆς κατασκευῆς αὐτῶν ὁ πρωτόπλαστος ὁμολογεῖ καὶ ὀστᾶ ἔχειν καὶ σάρκας, ὁπότε δὴ τὴν γυναῖκα αὐτῷ προσαχθεῖσαν θεασάμενος, Τοῦτο νῦν ὀστοῦν, ἐφώνησεν, ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου· [3] αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη· ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται [4] τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Οὐ γὰρ δὴ ἀνέξομαι φληναφούντων τινῶν καὶ βιαζομένων ἀπηρυθριασμένως τὴν γραφὴν, ἵνα

5. ἐνδοὺς *omiss. in edit. Petavii.*

6. διαβόλῳ δεδελεασμένῃ σοφίᾳ *cod. Venet. et Leontius. Vulgo extat* διαβόλῳ δὲ δελεασαμένη ἡ σοφία. *Gatakerus correxit:* διαβόλῳ δὲ δελεαζόμενος τῇ σοφίας.

7. ποικιλότητι *Gatakerus l. l. p.* 803.

8. πείζοντι *cod. Venet. et Leontius. Vulgo* πείσοντι. *Gatakerus* πείσαντι.

9. καὶ παγίδα καὶ σκῶλον *cod. Venet. et Leontius. Vulgo extat* καὶ εἰς παγίδα καὶ εἰς σκῶλον.

10. τοῦ κακοῦ *cod. Rhedig.*

11. ᾖ *emendavi cum Gallandio Bibl. Patr. tom. III, p.* 772., *ubi extat* εἰ. *Vulgo scriptum est* ἢ. *Et apud Leon-*

mors est, cum plagarum instar ad coercendos pueros reperta sit. Non peccatorum dico mortem, o sapientissimi homines, sed eam qua animus a corporis consortio separatur. Nam cum liber ac sui iuris esset homo factus, et ad honesta capessenda sui ipsius arbitrii consiliique voluntatem accepisset, ac mandatum istud audiisset, *De omni ligno Paradisi comedetis, de ligno autem scientiae boni aut mali non comedetis: quacumque autem die comedetis de illo, morte moriemini*, per sese ad comedendum inductus ac diaboli calliditate, qui ad violandum imperium variis modis incitabat, velut inescatus dei praeceptum transgressus est, idque ipsum scandali instar et laquei et offensionis extitit. Malum enim deus non fecit, nec ullo modo auctor illius est. Sed quicquid arbitrii sui potestate praeditum ab eo factum est, ut quam legem iustissime praescripserit observare possit, nisi eam servaverit, malum appellatur. Est autem gravissimum hoc damnum inprimis, dei mandata negligere, ac iustitiae, quae adiuncta libertati est, limites praeterire. Unde posteaquam a dei sententia deficiens homo inquinatus est, ac delicti sordibus obsolevit, vitiique quamplurimas expressit in sese maculas, quas princeps ille et erroris parens indiderat, qui *laborem,* ut scriptura loquitur, *concepit*, ut hominem ad improbitatem perpetuo fraudibus suis trahere ac circumvenire queat, omnipotens deus aeternum illum daemonis fraudibus malum esse factum videns, ut et impostor diabolus erat, propterea *pelliceas et illas tunicas* fecit, quo illum velut morte quadam indueret, ut ea corporis dissolutione quicquid in eo mali productum fuerat intermoreretur.

Gen. 2, 16. Ps. 7, 14.

Cap. XXX. (XXIII.)

Illud vero iam antea disputatum est monstratumque pelliceas tunicas aliud esse praeter corpora. Sed nihilominus idem rursus (dicendum enim saepius est) hoc loco repetamus. Primus igitur ipse parens, antequam eae tunicae consuerentur, ossa se et carnem habere confitetur, cum nimirum perductam ad sese mulierem contemplatus, *Hoc nunc os*, inquit, *ex ossibus meis, et caro de carne mea: haec vocabitur mulier, quoniam de viro sumpta est: propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carnem unam.* Neque enim certos homines ferre possum, qui consulto nugantur ac scripturas impudentissime detorquent, quo

Gen. 2, 23.

*tium. Idem vitium iam supra occurrit.* — τὸ σύνολον ὅλως ἐκ παντὸς τὸ παράπαν *reperitur etiam supra cap.* 27. *Cf. cap.* 51., *et capp.* 32 *et* 37.

12. τηρῆσαι *Leontius.*

Cap. XXX. — 1. *Excerpsit priorem huius capitis partem, usque ad verba* μετὰ τὸ ἐκπεσεῖν, *Leontius l. l. V. quae annotavit Ang. Maius l. l. pag.* 50.

2. φράσωμεν *habet Excerptum Sirmond. ap. Galland. B. P. tom. III. p.* 772.

3. καὶ πάλιν *addit Exc. Sirm. ap. Galland.*

4. πρὸς τὴν γυναῖκα *habet Excerptum Anonymi Sirmondiani ap. Galland. l. l.*

αὐτοῖς δὴ σαρκὸς μὴ εἶναι [5] προχωρήσῃ ἡ ἀνάστασις, ὀστᾶ νοητὰ καὶ σάρκας νοητὰς ὑποτιθεμένων, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλομένων ἀλληγορίαις· καὶ ταῦτα οὕτω, ὡς γέγραπται, παραλαμβάνεσθαι κρατύνοντος τοῦ Χριστοῦ τὴν γραφὴν, ἔνθα πυνθανομένοις τοῖς Φαρισαίοις περὶ χωρισμοῦ γυναικὸς ἀποκρίνεται [6] ὅτι, Ἀπ' ἀρχῆς ὁ κτίσας ἄρσεν καὶ θῆλυ [7] ἐποίησε, καὶ εἶπεν, Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα [8] καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὰ ἑξῆς. Πῶς γὰρ ἐπὶ ψυχῶν μόνον τὸ, Αὐξάνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, παραληπτέον; ἢ τὸ, Ἔλαβε χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς ὁ θεὸς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, ὃ κυρίως ἐπὶ τοῦ σώματος λελέχθαι φαίνεται. Οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ χοὸς καὶ τῶν βαρυτέρων τὴν οὐσίαν ἐκτήσατο ἡ ψυχή. Ὥςτε συνέστηκεν ἐκ παντὸς ἀληθέστατα πρὸ τῶν δερματίνων σεσωματοποιῆσθαι χιτώνων τὸν ἄνθρωπον. Ταῦτα γὰρ πρὸ τοῦ ἐκπεσεῖν αὐτὸν ἅπαντα εἴρηται, τὰ δὲ κατὰ τοὺς χιτῶνας μετὰ τὸ ἐκπεσεῖν. Ὅθεν ἴωμεν πάλιν ἐπισκεψόμενοι τὰ ἐν χερσὶν, ἱκανῶς ἀποδείξαντες μὴ εἶναι τοὺς δερματίνους χιτῶνας τὰ σώματα, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου τῶν ζώων νεκρότητα κατεσκευασμένην· τοῦτο γὰρ λείπεται. Ἀμέλει τῶν ὅρων ἔξω τοῦ Παραδείσου κατὰ ταύτην ἐξοικίζεται τὴν αἰτίαν. Οὐ γὰρ ὅτι μὴ θέλων ὁ θεὸς ἀπὸ τοῦ ξύλου δρέψασθαι τῆς ζωῆς αὐτὸν καὶ φαγεῖν ἐξέβαλεν (ἠδύνατο γὰρ εἰς τὸν αἰῶνα ζῆν, αὖθις φαγὼν ἀπὸ τῆς ζωῆς), ἀλλ' ἵνα μὴ ἀθάνατον, ὡς ὑπεθέ-
pag. 547. μεθα, γενηθῇ τὸ κακόν. Ἐπεὶ διὰ τί τὸν Χριστὸν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἀπέστειλεν εἰς τὴν γῆν, εἰ ὅλως ἠθέλησε ζωῆς τὸν ἄνθρωπον ἄγευστον ἀποθανεῖν εἰς τὸ παντελές; Εἰ δὲ ἐκ μεταμέλου τοῦτο φαίη πεποιηκέναι τὸν θεὸν ὁ ἀντιλέγων, ἀσθενὴς αὐτῶν ὁ λόγος, μεταγινώσκοντα τὸν θεὸν εἰςάγων. Ἀλλ' οὔτε ἀξύνετος τοῦ μέλλοντος θεὸς, οὔτε κακοποιὸς, ἀλλὰ καὶ ἄκρως ἀγαθὸς, καὶ προγινώσκων τὰ μέλλοντα. Ὥςτε οὐκ ἄρα διὰ τὸ μὴ σώζεσθαι εἰς τὸν αἰῶνα φαγόντα αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἐξέβαλεν, ἀλλὰ διὰ τὸ νεκρωθῆναι πρῶτον θανάτῳ τὴν ἁμαρτίαν· ἵν' οὕτως μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ἐκτακείσης τῆς ἁμαρτίας ἐγερθεὶς ἄνθρωπος καθαρὸς φάγῃ τῆς ζωῆς.

Κεφ. λα'. (κδ'.) Μηδεὶς δὲ ἀβέλτερος ὢν παρακινδυνευέτω ὡς τούτων ἑτέρως λεχθέντων. Ὁ γὰρ ὅλως ὁριζόμενος τὴν σάρκα μὴ εἶναι ταύτην ἀθανασίας δεκτικὴν ὄντως ἀνοίας ὑπαίτιος ὢν νόσῳ βλασφημεῖ. Διὰ τί γὰρ μετὰ τὴν τῶν χιτώνων τῶν δερματίνων ὁ Ἀδὰμ κατασκευὴν ἐκβάλλεται, κωλυόμενος φαγεῖν ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ ζῆσαι, εἰ

5. προχωρήσῃ emendavit Petavius. Libri vulgo habent προχώρησις. Pro δὴ σαρκὸς μὴ εἶναι Galland. ex auctoritate Anonymi Sirmond. rescripsit δίχα σαρκὸς εἶναι l. l. p. 772. — Pro αὐτοῖς δὴ σαρκὸς in cod. Rhedig. legitur αὐτῆς δὴ σαρκὸς.

6. Οὐκ ἀνέγνωτε, ὅτι Galland.

suum illud de tollenda resurrectione dogma procedat; qui ideo et ossa quaedam intelligibilia et carnes similiter intelligibiles commenti sunt, ac suis allegoriis alias aliter sursum deorsumque sese convertunt. Atqui haec perinde ac scripta sunt accipienda esse Christi confirmat auctoritas, ubi interrogantibus Pharisaeis de uxoris divortio respondet, *Ab initio qui creavit masculum et feminam fecit et* Matth.19, 4. *dixit, Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, etc.* Alioqui quomodo de animis solis intelligi istud potest: *Crescite et replete terram?* Gen. 1, 28. Item illud: *Accepit deus de limo terrae, et formavit hominem?* Gen. 2. 7. Quod de corpore proprie dictum videtur. Neque enim de limo deque gravioribus illis concretisque rebus suam anima naturam expressit. Ex quo certissime illud efficitur, ante pelliceas illas tunicas corpore praeditum hominem fuisse. Haec enim omnia ante hominis lapsum pronuntiata esse constat, cetera vero te tunicis nonnisi post lapsum. Quamobrem consideranda nobis porro sunt quae in manibus habemus, cum illud abunde demonstraverimus, scorteas illas tunicas corpora non fuisse, sed illam a ratione velut animalium mortem tunc temporis perfectam; hoc enim demum superest. Quocirca extra Paradisi terminos ob eam caussam eiicitur. Non enim quod ex arbore vitae poma decerpere ac comedere nollet hominem deus ideo deturbavit, poterat quippe in sempiternum vivere, cum subinde ex vitali illa arbore comedisset: sed ne immortale, uti diximus, malum esset, sibi cavendum putavit. Alioqui quid attinebat Christum in terras e coelo mittere, si omnino nulla vitae parte gustata hominem penitus vellet extingui? Quod si nonnulla veluti poenitentia ductum istud egisse deum adversarius obiiciat, imbecilla ea ratio est, quae consilii in deum mutationem invehit. Sed neque ignarus futuri deus est, nec effector mali, sed et bonus inprimis est et futurorum praescius. Quare non ideo eiecisse putandus est, ne, si ex arboris vitae fructu comederet, in aeternum servandus foret, sed ut peccatum primum omnium morte perimeretur, atque ita, cum esset mortuus, velut consumpto eliquatoque peccato excitatus ad vitam homo ac purior factus vita vesceretur.

Cap. XXXI. (XXIV.)

Nec est quod stolidus quispiam temere iactare audeat aliter haec esse pronuntiata. Nam qui carnem hanc immortalitati capiendae idoneam esse penitus negat, hic vesaniae morbo laborans contumeliosis in deum vocibus utitur. Cur enim, posteaquam pelliceae tunicae consutae sunt, Adamus eiicitur ac vitae arborem attingere vivereque prohibetur, si fieri omnino non potest ut in sempiternum

7. ἐποίησεν αὐτοὺς, καὶ Galland. 8. Verba καὶ τὴν μητέρα non habet Galland.

ὅλως ἀδύνατον ἦν μετὰ σώματος εἰς τὸν αἰῶνα ζῆσαι τὸν ἄνθρωπον; Ὡς δυναμένου γὰρ αὐτοῦ μὴ ἀποθανεῖν, ἐὰν ἀπὸ τῆς ζωῆς γεύσηται λαβὼν, ἡ κώλυσις γίνεται. Φησὶ γὰρ, Καὶ ἐποίησε κύριος ὁ θεὸς τῷ Ἀδὰμ, καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ χιτῶνας δερματίνους, καὶ ἐνέδυσεν αὐτούς· καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, Ἰδοὺ, γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν· καὶ νῦν μή ποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα καὶ λάβῃ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν κύριος ὁ θεὸς ἐκ τοῦ Παραδείσου τῆς τρυφῆς ἐργάζεσθαι τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη, καὶ ἐξέβαλε τὸν Ἀδάμ. Οὐκοῦν ἠδύνατο ζῆν εἰ μὴ κεκώλυτο γεύσασθαι τῆς ζωῆς. Ἐκωλύθη δὲ ὅπως ἡ μὲν ἁμαρτία συναποκτανθεῖσα τῷ σώματι θάνῃ, τὸ δὲ σῶμα ἀναστῇ τῆς ἁμαρτίας ἀπολομένης. Ἵνα τοίνυν μὴ ᾖ κακὸν ἀθάνατον ὁ ἄνθρωπος, ὡς ἔφην, ἢ ἀείζωον, ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὴν ἁμαρτίαν κρατιστεύουσαν, ἅτε ἐν ἀθανάτῳ βλαστήσασαν σώματι καὶ ἀθάνατον ἔχουσαν τροφὴν, ὁ θεὸς αὐτὸν διὰ τοῦτο θνητὸν ἀπεφήνατο νεκρότητι περιβαλών. Τοῦτο γὰρ οἱ δερμάτινοι χιτῶνες ἐβούλοντο· ἵνα δὴ διὰ [1] τῆς λύσεως τοῦ σώματος καὶ τῆς διαιρέσεως ἡ ἁμαρτία κάτωθεν αὐτόπρεμνος πᾶσα διαφθαρῇ, ὡς μηδὲ κἂν βραχύτατον ῥίζης ἐαθῆναι μέρος, ἀφ᾽ οὗ νέαι βλάσται πάλιν ἁμαρτημάτων [2] ἀναβλύσονται.

pag. 518. Κεφ. λβ'. (κε'.) Καθάπερ γὰρ ἐν οἰκοδομήμασι ναῶν [1] καλῶν συκῆ γεννηθεῖσα, καὶ εἰς [2] ἔκτασιν καὶ μέγεθος [3] εὐτροφήσασα, καὶ ἐπὶ πάσας τὰς ἁρμονίας πολυκληματοις ῥίζαις τῶν λίθων κεχυμένη, οὐ πρότερον τοῦ φύειν στέλλεται, ἕως πᾶσα ἀποσπασθῇ, λυθέντων τῶν καθ᾽ οὓς ἐβλάστησε τόπους τῶν λίθων (δυνατὸν γὰρ [4] πάλιν εἰς τοὺς ἑαυτῶν ἐναρμοσθῆναι τόπους τοὺς λίθους, τῆς συκῆς ἀφῃρημένης, ὅπως ὁ μὲν ναὸς σώζηται, μηδὲν τῶν ἀφανιζόντων αὐτὸν κακῶν [5] ἑαυτῷ μηκέτι φέρων, ἡ δὲ συκῆ [6] πᾶσα προθέλυμνος ἀποσπασθεῖσα ἀποθάνῃ)· κατὰ ταῦτα καὶ ὁ θεὸς ὁ τεχνίτης τὸν ἑαυτοῦ νεὼ, τὸν ἄνθρωπον, δίκην ἀγρίας συκῆς τὴν ἁμαρτίαν βλαστήσαντα, [7] διέλυσε, θανάτου προσκαίροις προσβολαῖς ἀποκτείνων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ ζωοποιῶν, ἵνα πάλιν τῶν αὐτῶν ἡ σὰρξ μερῶν μετὰ τὸ ξηρανθῆναι καὶ ἀποθανεῖν τὸ ἁμάρτημα δίκην ἀνακαινοποιηθέντος ναοῦ ἀθάνατος καὶ [8] ἀπήμων ἐγερθῇ, τελέως ἐκ βάθρων ἀπολομένης τῆς ἁμαρτίας. Ζῶντος γὰρ ἔτι τοῦ σώματος πρὸ τοῦ τεθνήξασθαι συζῆν ἀνάγκη καὶ τὴν ἁμαρτίαν, ἔνδον τὰς ῥίζας αὐτῆς ἐν ἡμῖν ἀποκρύπτουσαν, εἰ καὶ ἔξωθεν τομαῖς ταῖς ἀπὸ τῶν [9] σωφρονισμῶν καὶ τῶν νουθετήσεων ἀνε-

Cap. XXXI. — 1. τῆς ἀναλύσεως τοῦ σώματος ἡ ἁμαρτία *Galland. l. l. pag.* 773. *ex cod. Rupif.*

2. ἀναβλύσονται *edit. princ. et cod. Rhedig.* ἀναβλύζωνται *edit. Petav. et Galland. l. l.*

Cap. XXXII. — 1. καλοῖς *Galland. l. l.*

2. ἔκστασιν *viliose Galland.*

3. εὐτραφήσασα *Galland.*

4. πάλιν *non habet Galland.*

5. ἐν ἑαυτῷ *Galland.*

vitam homo cum corpore traducat? Sic enim interdictio illa edita est, tanquam vita ille degustata mortem posset effugere. Sic enim ait: *Fecit itaque dominus deus Adam et uxori eius tunicas pelliceas,* Gen. 3, 21. *et induit illos: et dixit deus, Ecce factus est Adam sicut unus ex nobis, ut cognoscat bonum et malum: et nunc ne forte extendat manum, et sumat de ligno vitae, et comedat et vivat in aeternum: et emisit illum dominus deus e Paradiso voluptatis, ut operaretur terram, ex qua assumptus est, et eiecit Adam.* Quamobrem poterat in aeternum vivere corpus et immortale fieri, nisi ab gustanda vita foret prohibitum. Est autem idcirco prohibitum, ut et peccatum extinctum una cum corpore moreretur, et corpus peccato mortuo resurgeret. Igitur ne immortale quoddam ac sempiternum malum esset homo, ut iam diximus, ac peccati in sese dominationem foveret, utpote quod immortali in corpore pullularet et immortali perinde alimento glisceret, propterea mortalem illum deus esse voluit ac morte damnavit. Hoc enim scorteae illae tunicae significabant, ut dissolutione divisioneque corporis omne ex imo peccatum stirpitus enecaretur, ac ne tenuissimae quidem fibrae remanerent, unde nova subinde germina peccatorum efflorescerent.

Cap. XXXII. (XXV.)

Ut enim e magnificorum templorum structura caprificus enascens, atque in maximam amplitudinem adolescens et multiplicibus radicum brachiis per omnes lapidum diffusa compages non prius excrescere desinit quam disiectis ex eo unde prodierit loco lapidibus tota poenitus labefactata concidat (tum enim sublata caprifico suis locis restitui redivivi lapides possunt, ut et templum ipsum incolume servetur, cum nullum amplius ex iis quibus evertebatur incommodis habeat, caprificus vero ab imis radicibus evulsa moriatur), ad eundem plane modum artifex ille deus templum suum hominem, qui peccatum caprifici cuiusdam instar produxerat, dissolvit, eumque mortis ad tempus impressione atque impetu opprimi passus est primum, uti scriptum est, dehinc ad vitam excitavit; ut iisdem praedita partibus caro exsiccato intermortuoque peccato velut templum quoddam instauratum immortalis ac sine ullo damno resurgeret, sublato a fundamentis profligatoque peccato. Etenim quamdiu corpus vivit, nec adhuc mortuum est, cum eo vivere peccatum necesse est, et occultas in nobis ipsis radices agere, quantumvis quibusdam velut castigationum reprehensionumque putationibus coerceatur. Alioqui

6. πᾶσα *non habet Galland.*
7. διεκώλυσε *Galland. l. l., quod interpretatur* fruticatione inhibuit.
8. *Editi libri praeter Galland. vitiose* ἀπήνων, *quod correxit iam Gataker. Adverss. Miscell. cap. 34. pag. 783.*
9. συμφορῶν *cod. Rupif. ap. Galland. l. l.*

στέλλετο. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἂν μετὰ τὸ φωτισθῆναι συνέβαινεν ἀδικεῖν, ἅτε παντάπασιν εἰλικρινῶς ἀφῃρημένης ἀφ' ἡμῶν τῆς ἁμαρτίας. Νῦν δὲ καὶ μετὰ τὸ πιστεῦσαι καὶ ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἐλθεῖν τοῦ [10] ἁγνισμοῦ πολλάκις ἐν ἁμαρτίαις ὄντες εὑρισκόμεθα. Οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἁμαρτίας ἐκτὸς εἶναι ἑαυτὸν [11] καυχήσηται, ὡς μηδὲ κἂν ἐνθυμηθῆναι τὸ σύνολον ὅλως τὴν ἀδικίαν. Ὥςτε [12] συμβέβηκε συστέλλεσθαι μὲν καὶ [13] κατευνάζεσθαι τῇ πίστει νῦν τὴν ἁμαρτίαν εἰς τὸ μὴ [14] οἶσαι καρποὺς βλαβοποιοὺς, οὐ μὴν [15] ἀναιρεῖσθαι καὶ τῶν ῥίζων ἄχρις. Νῦν μὲν ἐνταῦθα τὰς βλάστας αὐτῆς, οἷον τὰς ἐνθυμήσεις τὰς πονηρὰς, συστέλλομεν, μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα [16] ἐνοχλήσῃ, μὴ ἐῶντες ἀναμύειν καὶ διοιγνῦσθαι τὰ μεμυκότα στόμια πρὸς τὰς ἐκφύσεις, τοῦ λόγου δίκην ἀξίνης [17] τὰς ῥίζας αὐτῆς τὰς κάτω φυομένας τέμνοντος. Τότε [18] δὲ καὶ τὸ ὅλως ἐνθυμηθήσεσθαι περὶ κακίας ἀφανισθήσεται.

Κεφ. κγ'. (κς'.) pag. 519. Οὐδὲ γὰρ ἀμάρτυρος ὁ λόγος γραφῶν, τοῖς βουλομένοις εἰλικρινῶς τὸ ἀληθὲς λέγειν, ἐπεὶ οἶδε καὶ ἀπόστολος μηδέπω τὴν ῥίζαν ἐξ ἀνθρώπων τῆς ἁμαρτίας ὁλοσχερῶς ἀνῃρημένην, ὁτὲ μὲν, Οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, φράζων, τὸ ἀγαθόν· τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, οὔ· οὐ γὰρ ὃ θέλω ποιῶ ἀγαθὸν, ἀλλ' ὃ οὐ θέλω κακὸν τοῦτο πράσσω· εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω τοῦτο ποιῶ, οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία· ὁτὲ δὲ, Συνήδομαι τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον· βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ ἐκ παντὸς αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου. Οὕτως οὐδέπω τὴν ἁμαρτίαν αὐτόπρεμνον ἐκ ῥιζῶν διακοπῆναι συνέβη. Οὐ γὰρ εἰς τέλος ἀπέθανεν, ἀλλὰ ζῇ (πῶς γὰρ πρὸ τοῦ περιβεβλῆσθαι θανάτῳ τὸν ἄνθρωπον;), ἵνα αὐτῷ συμμαρανθεῖσα καὶ συμφθίνασα αὐτὴ μὲν εἰς ἄρδην ἀπόληται καὶ διαφθαρῇ, καθάπερ φυτὸν, λυθέντος ἐν ᾧ κρύπτουσα τὰς ῥίζας αὐτῆς διεσώζετο, ὁ δὲ ἄνθρωπος αὖθις μηκέτι ῥίζαν ἐνθωπεύουσαν πικρίας ἔχων ἐξεγερθῇ. Ὥςπερ οὖν ἀλεξιφαρμάκου τρόπον ὑπὸ τοῦ ἀλεξητῆρος ἡμῶν καὶ ἀληθῶς ἰατροῦ θεοῦ πρὸς ἐκρίζωσιν τῆς ἁμαρτίας παρελήφθη ὁ θάνατος καὶ ἀφανισμὸν, ἵνα μὴ διαιωνίζον ἐν ἡμῖν εἴη τὸ κακὸν, ἀθάνατον, ἅτε ἐν ἀθανάτοις ἀνατεῖλαν, αὐτοὶ δὲ λελωβημένοι καὶ ἐκστάντες, νοσούντων τρόπον, τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐπὶ πολὺ διατρίβωμεν, ἅτε ἐν ὑφεστηκόσιν ἀεὶ καὶ ἀθανάτοις σώμασι τὴν κατὰ τὸ ἁμάρτημα μεγάλην τρέφοντες νόσον. Διὸ δὴ καλῶς ταύτην πρὸς ἄμφω σωτηρίαν, καὶ ψυχῆς καὶ σώματος, φαρ-

10. ἁγιασμοῦ *Galland.*
11. καυχήσεται *Galland.*
12. *Sic Galland. Vulgo* συνέστηκε.
13. κατευνάζειν *cod. Rupif. apud Galland.*
14. φῦσαι *Galland.*
15. ἀνασπασθῆναι *Galland.*
16. ἐνοχλήσει *edit. Petav.*

post baptismum nullum iam scelus perpetraremus, posteaquam peccatum a nobis funditus esset omne sublatum. Atqui etiam post susceptam fidem sanctissima illa aquae lotione perfusi peccatis saepius obstringimur. Neque enim adeo se immunem ab omni esse peccato gloriari quispiam potest, ut ne cogitatione quidem ullum scelus admittat. Ex quo consequens est reprimi quidem ac consopiri modo fide peccatum, ne perniciosos fructus emittat, non omnino tamen ac radicitus extingui. Quocirca nunc illius quidem germina, pravas nimirum cogitationes, inhibemus, ne qua *radix amaritudinis* erumpens Hebr 12, 15. molestiam nobis afferat; nec apertas ad pullulandum vias ac spiramenta dehiscere ac patefieri sinimus, proindeque divino verbo velut securi quadam fruticantes identidem ab radice stirpes excidimus. At in futuro illo statu mali omnis vel cogitatio tolletur.

Cap. XXXIII. (XXVI.)

Neque vero quod dicimus scripturarum testimonio caret, si quis veritatem sincere profiteri velit. Nam et apostolus peccati radicem nondum ex hominibus sensit omnino sublatam, cum ita loquitur: *Scio enim quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum: velle* Rom. 7, 18. *enim adiacet mihi, perficere autem bonum minime: non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc facio: si autem quod nolo hoc facio, non iam ego perficio illud, sed quod habitat in me peccatum.* Idem illud: *Condelector legi dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et omnino captivantem me legi peccati, quae est in membris meis.* Ita nondum peccatum ab ipsis radicibus excidi penitus potuit. Neque enim funditus est extinctum, sed etiamnum vivit. Qui enim fieri istud posset, antequam homo morti esset addictus, ut cum eo corruptum atque consumptum funditus quidem ipsum extinguatur et pereat, plantae instar, quae dissoluto illo in quo abditis sese radicibus conservabat emoritur, homo vero nullam iam insitam habens amaritudinis radicem ad vitam resurgat? Itaque ad peccatum velut extirpandum penitusque delendum opitulator noster ac vere medicus deus mortem quasi auxiliare quoddam medicamentum adhibuit, ne malum in nobis, utpote immortalibus, excitatum sempiternum maneret, nos autem pessime affecti et a propria virtute aegrotantium more desciscentes diutius in eo statu maneremus, cum ingentem ex peccato morbum in perpetuis ac sempiternis corporibus aleremus. Proindeque ad utriusque repraesentandam salutem animae scilicet ac corporis

17. *Vulgo* πρὸς τὰς ῥίζας, *ut etiam Galland. Sed illud* πρὸς *de proxima linea irrepsit. Retinuit Gatakerus qui vertit:* „— sermonis divini ope ad id usi, qui securis instar ad radices positae germina inde identidem progerminantia excidit."

18. δὲ *non habet Galland.*

μακευτικῆς τρόπον καθάρσεως τὸν θάνατον ὁ θεὸς ηὕρατο, ἵνα πανάμωμοι καὶ ἀσινεῖς οὕτως ἐξεργασθῶμεν.

Κεφ. λδ'. (κζ'.) Φέρε γάρ, [1] ἐπειδὴ πολλῶν δεῖ τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα παραδειγμάτων, ἐντεῦθεν αὐτὰ μάλιστα σκεπτώμεθα, μὴ ἀφιστάμενοι πρὶν ἂν [2] πρῶτον εἰς εὐδηλοτέραν ἑρμηνείαν ἀποτελευτήσῃ καὶ ἀπόδειξιν ὁ λόγος. Φαίνεται τοίνυν ὥςπερεί τις δημιουργὸς ἄκρος ἄγαλμα καλὸν [3] ἀπὸ χρυσοῦ κατεσκευασμένον ἢ ὕλης ἑτέρας αὐτῷ, καὶ πάντα τὰ μέλη συμμέτρως εἰς κάλλος διακεκοσμένον, πάλιν χωνεύοι, λελωβημένον ἄφνω θεασάμενος ὑπό τινος ἀνθρώπου πονηροτάτου, ὃς οὐκ ἐνεγκὼν pag. 550. ὑπὸ βασκανίας εὐπρεπὲς εἶναι τὸ ἄγαλμα ἐσίνατο, ματαίαν ἡδονὴν [4] καρπούμενος τοῦ φθόνου. Πρόςσχες γάρ, ὦ σοφώτατε Ἀγλαοφῶν, ὅτι, εἰ βούλοιτο μὴ εἶναι σεσινωμένον ὅλως ὁ δημιουργὸς καὶ ψεκτὸν τὸ μετὰ τοσαύτης αὐτῷ σπουδῆς τε καὶ φροντίδος [5] πεπονημένον, πάλιν προτραπήσεται συγχωνεύσας αὐτὸ τοιοῦτον ποιεῖν οἷον καὶ πρόσθεν ἦν· εἰ δὲ μὴ ἀναχωνεύοι, μηδὲ [6] ἀνασκευάζοι, ἐᾷ δὲ οὕτως μένειν, θεραπεύων αὐτὸ καὶ ἐπανορθούμενος, ἀνάγκη δὴ πυρακτούμενον καὶ χαλκευόμενον τὸ ἄγαλμα μηκέτι δύνασθαι διατηρηθῆναι τὸ αὐτό, ἀλλὰ [7] διηλλαγμένον ἔσεσθαι καὶ ὑπεσπασμένον. Διὰ τοῦτο εἰ βούλοιτο καλὸν [8] αὐτὸ καὶ ἄμωμον εἶναι τὸ ἔργον, ἀναθλᾶσθαι αὐτὸ καὶ ἀναχωνεύεσθαι δεῖ, ὅπως τὰ μὲν [9] αἴσχη καὶ τὰ ἀλλοιώματα πάντα τὰ ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτῷ καὶ φθόνου ὑπάρξαντα αὐτὰ μὲν διὰ τῆς ἀνασκευῆς καὶ [10] ἀναχωνεύσεως ἀπόληται, τὸ δὲ εἰς τὸ [11] ἑαυτοῦ εἶδος ἀσινὲς καὶ ἀκίβδηλον αὖθις ἄγαλμα ὁμοιότατον αὐτῷ κατασκευασθῇ. Τῷ μὲν γὰρ ἀγάλματι ἀπολέσθαι οὐκ ἔστιν [12] ὑπὸ τῷ αὐτῷ τεχνίτῃ, κἂν πάλιν εἰς ὕλην [13] λυθῇ, ἀποκατασταθῆναι δὲ ἔστι. Τοῖς αἴσχεσι καὶ λωβήμασιν ἀπολέσθαι μὲν ἔστι, τήκονται γάρ, [14] ἀποκατασταθῆναι δὲ οὐκ ἔστι, διὰ τὸ ἐν πάσῃ τέχνῃ τὸν ἄριστον δημιουργὸν μὴ πρὸς τὸ αἴσχιον ἢ [15] ἀποτευχθησόμενον ὁρᾶν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σύμμετρον καὶ [16] εὐθὲς τοῦ δημιουργουμένου. Ταὐτὸν γὰρ φαίνεται [17] δή μοι καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν ὁ θεὸς οὕτως διῳκονομηκέναι. Τὸν γὰρ ἄνθρωπον, τὸ εὐπρεπέστατον ἑαυτοῦ τέχνημα, βασκάνοις ἐπιβουλαῖς [18] φθόνου κεκακωμένον ἰδὼν οὐκ ἠνέσχετο τοιοῦτον καταλεῖψαι φιλάνθρωπος ὤν,

Cap. XXXIV. — 1. ἐπειδὰν *Galland. l. l. p.* 774.

2. πρῶτον *non habet Galland. In seqq. pro* ἀποτελευτήσῃ *vulgo* ἀποτελευτήσει.

3. *Vulgo* ὑπό. *Correxit vitium etiam Galland. l. l. p.* 774.

4. καρποζόμενος (*sic?*) *cod. Rupif. ap. Galland. l. l. p.* 774.

5. πεπονημένος *cod. Rupif. ap. Gall. l. l. Idem codex non agnoscit in seqq.* αὐτό.

6. ἀνασκευάζοι *mea est emendatio, quam postea inveni etiam a Gallandio receptam. In seqq.* οὕτως, *quod recepi cum Gall., desideratur vulgo. Libri enim vulgo habent* ἀναγκάζοι. *Sic paulo infra iterum iunguntur* ἀνασκευὴ *et* ἀναχώνευσις.

7. διηγαλμένον *cod. Rupif. ap. Gall.*

8. καλὸν καὶ ἄμ. ὅλον αὐτὸ εἶναι *Gall. omissis verbis* τὸ ἔργον.

9. *Mendose libri vulgo* ἔσχη.

quasi medicam quandam purgationem ita mortem deus excogitavit, ut nos immunes ab omni damno integrosque praestaret.

Cap. XXXIV. (XXVII.)

Age enim, quoniam multis ad id exemplis opus est, hinc potissimum ista consideremus; neque prius ab eo argumento discedamus quam in clariorem explicationem ac probationem nostra desierit oratio. Perinde igitur contigisse mihi videtur ac si peritissimus quispiam artifex egregiam ex auro aut alia materia statuam a se fabricatam ac membris omnibus concinne eleganterque perpolitam iterum conflet, quod illam subinde ab nequissimo aliquo foedatam animadverterit, qui hanc statuae pulchritudinem prae invidia non ferens labem aliquam inferre studuerit, quo inanem ex invidia sua fructum caperet. Animadverte enim, o sapientissime Aglaophon, si deturpatam ac foedatam illam habere statuam nolit artifex, quam tanto studio diligentiaque elaborarit, rursum in animam inducturum, ut illam conflatam qualis erat antea reficiat. Quod si fundere denuo et in unum cogere non libeat, sed eam duntaxat emendans ac corrigens ita uti se habet relinquat, necesse est igni candefactam ac fabrili arte retractatam effigiem non eandem manere amplius, sed commutatam ac distractam videri. Quare si praeclarum ac labis omnis expers opus suum esse voluerit, confringi conflarique iterum oportet, ut quicquid malevolorum fraude atque invidia turpitudinis ac vitii est allatum, instauratione ac conflatione tollatur, simulacrum porro ipsum integrum et illaesum denuo sibi quam simillimum reddatur. Ita enim statuae ipsi contigit, non ut artifici suo pereat, tametsi in suam materiem solvatur, sed ut in integrum restituatur, labes autem omnes ac foeditates cum ipsa colliquatione pereant, non amplius redeunt, propterea quod in omni arte praestantissimus opifex non id quod in opere suo turpitudinis et offensionis aliquid habeat, sed quod aptissime modulatum affabreque factum est sibi proponat. Idem igitur in nobis fecisse mihi deus et administrasse videtur. Cum enim hominem elegantissimum opus suum fraudulentis artibus atque invidia pessime affectum videret, talem pro sua benignitate relinquere noluit, ne hac in omnem aeternitatem macula

10. χωνεύσεως ἀπόλλωνται *Galland.*

11. τὸ αὐτὸ εἶδος αὖθις τὸ ἄγ. ὁμοιότ. ἑαυτοῦ ἀσινὲς καὶ ἀκιβδήλευτον κατασθῇ *Galland.*

12. ὑπὸ *recepi ex Galland. Libri vulgo praebent* κατὰ, *quod Petavius spurium iudicavit et uncinis inclusit. — Cornarius videtur legisse* τῷ αὐτοῦ τεχνίτῃ, *siquidem vertit:* „per artificem ipsius."

13. χυθῇ, ἀποκατασθῆναι δέ ἐστι· τοῖς δὲ αἴσχ. *Galland.*

14. ἀποκατασθῆναι *Gall.*

15. *Sic emend. Galland. Libri habent* ἐπιτευχθησόμενον, offensas *vertit Cornarius.*

16. *Fortasse* εὐφυὲς.

17. δὴ *Galland. Vulgo* δὲ. *Idem in seqq. om.* οὕτως.

18. *Editi (praeter Galland.)* φθόνῳ, *mendose. Antea placuit* φθόνῳ τε κεκακ.

ὅπως μὴ δι' αἰῶνος εἴη μεμωμημένον, ἀθάνατον [19] ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν ψόγον, ἀλλὰ διέλυσεν εἰς ὕλην πάλιν, ἵνα διὰ τῆς ἀναπλάσεως ἐκτακῶσι καὶ ἐξαφανισθῶσι πάντα τὰ ἐν αὐτῷ [20] μωμήματα. Τὸ γὰρ ἐκεῖ ἀναχωνευθῆναι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον τὸ ἐνταῦθα ἀποθανεῖν καὶ διαλυθῆναι τὸ σῶμα· τὸ δὲ ἐκεῖ [21] ἀναμορφοποιηθῆναι τὴν ὕλην ἢ [22] ἀνακοσμοποιηθῆναι τοῦτο ἐνταῦθα μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸ ἀναστῆναι. Ὥςπερ καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας. Τούτοις γὰρ ἤδη καὶ αὐτὸς ὧδε ταῦτα παρεγγυᾷ, Καὶ κατέβην, λέγων, εἰς τὸν οἶκον τοῦ κεραμέως, καὶ ἰδοὺ, αὐτὸς ἐποίει ἔργον ἐπὶ τῶν λίθων, καὶ διέπεσε τὸ ἀγγεῖον [23] ὃ ἐποίει ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἐποίησεν [24] αὐτὸ ἀγγεῖον ἕτερον, καθὼς ἤρεσεν ἐνώπιον αὐτοῦ τοῦ [25] ποιῆσαι· καὶ ἐγέ- pag. 551. νετο λόγος κυρίου πρὸς μὲ, λέγων, Εἰ καθὼς ὁ κεραμεὺς οὗτος οὐ δυνήσομαι τοῦτο [26] ποιῆσαι ὑμᾶς, οἶκος [27] τοῦ Ἰσραήλ; ἰδοὺ, [28] ὁ πηλὸς τοῦ κεραμέως ὑμεῖς ἐστε ἐν ταῖς χερσί μου.

Κεφ. λε'. (κη'.) Πρόςσχες γὰρ ὅπως, ὡς ἔφην, μετὰ τὸ παραβῆναι τὸν ἄνθρωπον ἡ μεγάλη χεὶρ εἰς [1] νεῖκος καταλεῖψαι τὸ ἑαυτῆς ἔργον οὐκ ηὐδόκησεν, ὡς κίβδηλον, [2] πονηροῦ ἀδίκως αὐτὸ λυμηναμένου βασκάνοις αἰτίαις, ἀλλὰ ἀνατήξας ἀνέδευσεν αὖθις εἰς πηλὸν, οἷα κεραμεὺς [3] ὃς ἀναπλάσσων αὐτὸ, πρὸς τὸ ἀφανισθῆναι μὲν διὰ τῆς ἀναπλάσεως πάντα τὰ ἐν αὐτῷ αἴσχη καὶ θλάσματα, γενηθῆναί [4] τε τὸ πᾶν ἄνωθεν ἀμέμπτως ἀρεστόν. Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι σκεῦος, ὃ μὲν εἰς τιμὴν, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; ὃ δή ἐστι (τοῦτο γὰρ ὁ ἀπόστολός μοι δηλοῦν φαίνεται), Μή τι ἐξουσίαν οὐκ ἔχει ὁ θεὸς ἀπὸ τῆς ὕλης ἑκάστου τῆς αὐτῆς ἀναπλάσας καὶ ἀνακοσμήσας εἶδος ἕκαστον ἢ εἰς τιμὴν ἡμῶν ἀναστῆσαι καὶ δόξαν, ἢ εἰς ἀτιμίαν καὶ κατάκρισιν; εἰς ἀτιμίαν μὲν τῶν ἐν ἁμαρτίαις φαύλως βιωσάντων, εἰς τιμὴν δὲ τῶν ἐν δικαιοσύνῃ. Καθάπερ ἐδηλώθη καὶ τῷ Δανιὴλ ὅτι, Πολλοὶ τῶν καθευδόντων ἐν γῆς χώματι, λέγοντι, ἐξεγερθήσονται οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς ὀνειδισμὸν καὶ αἰσχύνην αἰώνιον, καὶ οἱ συνιέντες ἐκλάμψουσιν ὡς ἡ λαμπρότης τοῦ στερεώματος. [5] Ἐφ' ἡμῖν γὰρ οὐ τὸ ἀφανίσαι τὴν [6] ῥίζαν τῆς πονηρίας τελείως, ἀλλὰ τὸ μὴ πρὸς [7] ἔκτασιν αὐτὴν ἐᾶσαι φῦναι καὶ [8] καρποφορεῖν. Ἡ μὲν γὰρ καθόλου καὶ παντελικὴ [9] ταῖς ῥίζαις αὐτῆς ἀναίρεσίς τε καὶ ἀπώλεια ὑπὸ [10] τοῦ θεοῦ κατὰ τὴν τοῦ σώματος, ὡς

19. *Repono* ἔχον.
20. μήματα *edit. princ.*
21. ἀναμορφωθῆναι *cod. Rupif. apud Galland.*
22. ἀνακοσμηθῆναι *cod. Rupif. apud Galland.*
23. ὃ αὐτὸς ἐποίει *Galland.*
24. αὐτὸς *Galland.*
25. ποιεῖν *cod. Rupif. ap. Galland.*
26. ποιεῖν ὑμῖν *cod. Rupif. ap. Galland.*
27. τοῦ *om. Gall.*
28. ὡς ὁ πηλ. *Galland.*

Cap. XXXV. — 1. νεῖκος *correxerunt Cornarius et Petavius. Libri vulgo* νῖκος, *quod retinuit Galland.*
2. τῷ πονηρῷ ἀδίκως ἀπολυμηναμένῳ *Galland. l. l. p.* 775.

esset infectum, cum sempiternam in sese labem illam retineret, sed in materiam denuo resolvit, ut quicquid in eo vitiosum erat reformatione ipsa velut eliquatum atque extinctum periret. Quod enim illic est statuae conflatio, idem hic mors est dissolutioque corporis, ac quod illic est iterum conformari materiam atque in pristinum nitorem restitui, idem hic est post obitum resurgere. Cui et propheta Hieremias adstipulatur. Hic enim eadem omnino docet his verbis: *Et descendi in domum figuli, et ecce ille faciebat opus super* Ierem 18, 3.
*lapidibus, et excidit vas quod fingebat in manibus suis, et rursum finxit ille vas alterum quemadmodum placuit illi, ut faceret: et factum est verbum domini ad me dicens, Si quemadmodum figulus ipse non potero hoc facere vobis, domus Israel? ecce lutum figuli vos estis in manibus meis.*

Cap. XXXV. (XXVIII.)

Velim istud attendas, uti dixi, quemadmodum post hominis delictum ingens illa manus opus suum tanquam adulterinum in tanta contumelia probroque relinquere noluerit, cum eum nefarius hostis ex invidia violasset, sed rursus eliquatum et in lutum subactum figuli more refecerit, ut ea reformatione quodcumque in eo foedatum ac contusione deformatum erat penitus tolleretur, ipsius vero opificium, ut erat antea, reprehensionis expers ac iucundum existit: *An non* Rom. 9. 21.
*habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere vos aliud ad honorem, aliud ad contumeliam?* Quod idem est (id enim significare mihi velle videtur apostolus) ac si diceret, Nonne potestatem habet deus ex eadem cuiusque materia singulorum formam reficiens et instaurans, alium ad honorem et gloriam, alium ad infamiam et damnationem excitare? Ad ignominiam quidem eos qui in peccatorum consuetudine turpiter vixerunt, ad honorem vero eos qui vitam ad iustitiam accommodarunt. Quod et a Daniele declaratum est: *Quo-* Dan. 12. 2.
*niam multi dormientium in terrae aggere resurgent, hi ad vitam aeternam, et hi ad probrum et dedecus sempiternum:* et: *Qui intelligunt, fulgebunt sicut splendor firmamenti.* Est enim hoc in nostra potestate positum, non ut improbitatis radices penitus evellamus, sed ut ne amplius illam excrescere ac fructus edere patiamur. Siquidem absoluta radicum ipsarum extinctio ac profligatio, tum eum, uti

3. ἄγγος ἀνακλάσας πρὸς *Galland.* — *Pro* ἐφ' ἡμῖν *ibi extat* Ἔφημεν.
4. δὲ *Galland.*
5. *Inde ab his verbis usque ad* ἀρετῆς τὰ ἀμοιβαῖα, *quae sunt cap.* 36., *leguntur inter excerpta Leontii et Ioannis Rer. Sacrarum lib. II., ap. Ang. Maium Vett. Scriptt. N. Collect. vol. VII, p.* 92.
6. ῥίζαν τελέως τῆς πονηρίας *Leontius.*
7. ἔκστασιν *Leontius.*
8. καρποφορὰν *Leontius.*
9. τῆς ῥίζας *Leontius.*
10. τοῦ *om. Leontius.*

εἴρηται, διάλυσιν γίνεται, ἡ δὲ ἐκ μέρους πρὸς τὸ μὴ οἶσαι [11] βλαστὸν ὑφ' ἡμῶν. Καὶ διὰ τοῦτο τὸν [12] ἐκθρέψαντα πρὸς αὔξησιν αὐτὴν μᾶλλον καὶ μέγεθος, ἀλλὰ [13] μή τι στειρώσαντα τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ [14] καὶ συμπιλήσαντα, ἀνάγκη διδόναι δίκην, ὅτι δυνάμενος καὶ ἔχων πρὸς τοῦτο τὴν ἐξουσίαν [15] εἵλατο τὸ βλάπτον [16] τοῦ συμφέροντος μᾶλλον [17] προτιμῆσαι.

Κεφ. λς'. (κς'.) Ὥςτε μηδεὶς, [1] αὐτὸς αἴτιος ὢν, ἀκολάστῳ γλώσσῃ μεμφέσθω τὴν θείαν φύσιν ὡς οὐκ ἐν δίκῃ διανέμουσαν ἑκάστῳ κακίας [2] καὶ ἀρετῆς τὰ ἀμοιβαῖα. Τίς γὰρ εἶ, ὦ ἄνθρωπε, ὁ ἀνταποκρινόμενος
pag. 552. τῷ θεῷ, μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ ποιήσαντι, Τί με ἐποίησας οὕτως; Πῶς γὰρ, ὁπότε αὐτοδεσπότῳ βουλῇ κακίαν εἵλατο; Διὸ καὶ οὐ λέξει δικαιοσύνης δόγμασιν ἀπαραλλάκτοις κρίνοντι τῷ θεῷ, Τί με ἐποίησας οὕτως; Ὥςπερ ἀκοντιστὴς ὁ ἀπόστολος δεινὸς διεστραμμένα ῥήματα τῶν λόγων εἰς μέσον ἐμβαλὼν ἀσαφῆ μὲν καὶ ἐπικεκαλυμμένην ποιεῖται εἰς βάθος τῶν ἀναγνωσμάτων τὴν ἐξεργασίαν, ἀληθεστάτην δὲ καὶ ὀρθόδοξον, καὶ μηδὲν ἔχουσαν [3] ἀπημελημένον ἢ δύσφημον. Τοῖς μὲν γὰρ μὴ μετὰ σπουδῆς, ἀλλὰ ἀγεννῶς [4] ἐμπίπτουσι τοῖς λόγοις ἀσυνάρτητα ἔσθ' ὅτε δοκεῖ καὶ ἀσύμφωνα λέγειν, τοῖς δ' αὖ σπουδαίως καὶ λογισμῷ νήφοντι ὁπόσης τάξεως ἔμπλεα καὶ ἀληθείας. Δι' ἀκριβείας μὲν οὖν περὶ τούτων διεξιέναι τὰ νῦν ἱκανὸν ἂν γένοιτο αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ μόνον ἔργον. Καὶ γὰρ γελοῖον καταλείψαντάς σου τὴν σκέψιν, ἧς ἕνεκα ταύτην ἐστειλάμεθα, εἰς ἄλλα μετιέναι. Ταῦτα γὰρ ἡμῖν εἴρηται διὰ τῶν ἐθελοκακούντων τιμωρὸν δίκην. Ἀποδειχθέντος τοίνυν ἐνδηλότατα τὸν θάνατον τῷ ἀνθρώπῳ μεμηχανῆσθαι μὴ ἐπὶ κακῷ τινι, ἀλλὰ χρὴ λοιπὸν τὸν μὴ φαύλως τούτοις ἐγκύπτοντα περὶ τῆς ἀναστάσεως νοεῖν τοῦ σώματος. Πῶς γὰρ οὐκ ὠφέλιμος ὁ θάνατος, διαφθείρων ἡμῶν τὰ ληΐζοντα τὴν φύσιν; εἰ καὶ παρὰ τὸν καιρὸν ἐπαχθὴς καθ' ὃν προσφέρεσθαι δοκεῖ καθάπερ αὐστηρότατον νοσοῦντι φάρμακον. Καὶ ἵνα μὴ πολλάκις τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν διαλεγώμεθα, φέρε καὶ ἀπὸ τῆς ᾠδῆς τοῦ Δευτερονομίου βεβαιώσαντες τὸν λόγον ἴωμεν τὰ ἑξῆς διαληψόμενοι.

Κεφ. λζ'. (λ'.) Τὸ γὰρ, Ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω, πατάξω, κἀγὼ ἰά-

11. καρπὸν ἢ βλαστὸν *Leontius.*
12. ἐκθρέψαντα *cod. Rhedig. et Leontius. Vulgo* ἐκτρέψαντα.
13. μή τι *ego reposui. Vulgo* μὴ ὅτι. *Leontius habet* μὴ στειρώσαντα ὅσον.
14. καὶ μὴ συμπλήσαντα *Leontius.*
15. εἵλετο *Leontius.*
16. πρὸ τοῦ *Leontius.*

dixi, dissolvitur corpus, a deo perficitur. Quae autem ex parte fit, ut a pullulando coerceatur, opera nostra praestari debet; ex quo fit ut qui malam illam stirpem ad amplitudinem et magnitudinem educando perduxerit, neque, quoad potuit, sterilem illam effecerit atque compresserit, poenas illum persolvere oporteat, quod cum facere istud posset ac facultatem haberet, certo animi consilio utilitati damnum praetulerit.

Cap. XXXVI. (XXIX.)

Quamobrem nemo, cum eius mali caussam sustineat, divinae naturae intemperantis linguae reprehensionem aspergat, quasi unicuique virtutis vitiique praemia non iuste distribuat. *Quis enim es, o homo, qui respondeas deo? Numquid dicet figmentum factori suo, Cur me ita fecisti?* (Rom. 9, 20.) Qui enim id usurpare potest, cum suopte nutu ac voluntate improbitatem elegerit? Propterea non utique deo, qui ex immutabilibus iustitiae decretis iudicat, potest dicere, Cur me ita fecisti? Etenim apostolus, velut peritissimus quidam iaculator contortas verborum sententias in medium emittens, ut obscuram profundissimisque sensibus occultatam orationem instituit, sic verissimam rectaeque fidei consentaneam, quae nihil aut negligentius dictum aut absurdum continet. Qui enim non studiose, sed oscitanter in illius sermones incurrunt, iis nonnunquam minus sibi consentanea ac cohaerentia dicere videtur: qui vero operam adhibent, et sobria atque experrecta mente in illos incumbunt, ex ordine omnia ac rei veritate pronuntiata iudicant. Verum accuratius de his modo disputare magni per sese laboris opus est. Est vero ridiculum proprio argumento derelicto quod tractandum suscepimus nos ad alia conferre. Nam haec a nobis propter illos dicta sunt qui stultorum more mali et ignavi esse sua sponte cupiunt. Cum igitur manifestissime hactenus demonstratum sit, mortem homini non mali esse caussa ullius inflictam, oportet ut deinceps qui non ad haec negligenter attenderit, corporum resurrectionem intelligat. Nam nonne vel eo nomine utilis mors est, per quam ea profligantur quae naturam nostram quodammodo praedantur? tametsi quo tempore nobis infertur, nonnihil molesta videatur, velut medicamentum quoddam, quod aegrotanti amarissimum praebetur. Sed ne eadem saepius de eodem argumento disputemus, age vero, ubi ex Deuteronomii cantico, quod a nobis dictum est comprobaverimus, ad reliqua transeamus. (Deut. 32, 39.)

Cap. XXXVII. (XXX.)

Haec enim verba: *Ego occidam et vivere faciam: percutiam, et*

17. τιμῆσαι *Leontius.*
Cap. XXXVI. — 1. αὐτοαιτὴς ὢν *Leontius.*
2. ἢ *Leontius.*
3. *Suspicor* ἀτημελημένον.
4. *Rescripsi* ἐμπίπτουσι. *Nam vulgo extat* ἐκπίπτουσι.

σομαι, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἐξελεῖται ἐκ τῶν χειρῶν μου, λεγόμενον ὑπὸ τοῦ θεοῦ τί ἄλλο διδάσκειν βούλεται ἢ ὅτι διὰ τοῦτο τὸ σῶμα πρῶτον ἀποκτέννυται καὶ θνήσκει, ἵνα αὖθις ἀνασταθῇ καὶ ζήσῃ; Πατάσσεται πρῶτον καὶ θραύεται, ἵνα αὖθις ζῶον πλασθῇ καὶ ὑγιές. Καὶ οὐδὲν ἐξελέσθαι ὅλως τὸ σύνολον τῆς μεγάλης καὶ κραταιᾶς αὐτοῦ χειρὸς πρὸς ἀπώλειαν καὶ ὄλεθρον σθένει οὐ πῦρ, οὐ θάνατος, οὐ σκότος, οὐ χάος, οὐ φθορά. Τίς γὰρ ἡμᾶς, φησὶ, χωρίσει ἀπὸ τῆς
pag. 553. ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; ὃς ἑρμηνεύεται χεὶρ τοῦ πατρὸς καὶ λόγος, θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; καθὼς γέγραπται, Ὅτι ἕνεκεν σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς· ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς, Ἀληθέστατα, ἵνα πληρωθῇ, καθὼς ἔφην, τὸ, Ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω, πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἐξελεῖται ἡμᾶς ἐκ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸς ἀπώλειαν· διὸ καὶ ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς, ἵνα ἀποθανόντες τῇ ἁμαρτίᾳ ζήσωμεν τῷ θεῷ. Καὶ ταῦτα μὲν μέχρι τοσούτου διεσκέφθω. Τὰ δὲ συνεχῆ τούτοις ὧδε πάλιν προχειριστέον.

Κεφ. λη'. (λα'.) Εἰ πᾶν τὸ γεννώμενον νοσεῖ (προτείνει γὰρ οὕτως ὁ ἐξ ἐναντίας), καὶ κατὰ τὴν γένεσιν καὶ κατὰ τὴν τροφὴν ἀπὸ τῶν προσιόντων, φησὶν, αὔξεται, καὶ ἀπὸ τῶν ἀπιόντων ἐλαττοῦται, τὰ δὲ μὴ γεννώμενα ὑγιαίνει, μηδὲ νοσεῖ μηδὲ προσδεῖται ἢ ἐπιθυμεῖ, ἐπιθυμεῖ δὲ τὰ γεννώμενα καὶ συνουσίας καὶ τροφῆς, τὸ δὲ ἐπιθυμεῖν νοσεῖν ἐστι, τὸ δὲ μὴ δεῖσθαι μηδὲ ἐπιθυμεῖν ὑγιαίνειν, νοσεῖ δὲ τὰ γεννώμενα ὅτι ἐπιθυμεῖ, τὰ δὲ μὴ γεννώμενα οὐ νοσεῖ, πάσχει δὲ τὰ νοσοῦντα ἢ κατὰ πλῆθος ἢ ἔνδειαν τῶν προσγινομένων καὶ ἀπογινομένων, τὸ δὲ πάσχον καὶ φθίνει καὶ ἀπόλλυται, διόπερ καὶ γεννᾶται, γεννᾶται δὲ ὁ ἄνθρωπος, — οὐ δύναται ἄρα ἀπαθὴς εἶναι ὁ ἄνθρωπος καὶ ἀθάνατος. Καταπίπτει μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς ὁ λόγος. Εἰ γὰρ πᾶν τὸ γιγνόμενον ἢ γεννώμενον ἀπόλλυται (διαφέρει γὰρ οὐδὲν οὕτως εἰπεῖν, ἐπειδὴ καὶ οἱ πρωτόπλαστοι οὐκ ἐγεννήθησαν, ἀλλ' ἐγενήθησαν), γενητοὶ δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι καὶ αἱ ψυχαὶ (Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα), ἀπόλλυνται ἄρα οἱ ἄγγελοι κατ' αὐτοὺς, αἳ καὶ ψυχαί. Ἀλλὰ οὔτε οἱ ἄγγελοι, οὔτε αἱ ψυχαὶ ἀπόλλυνται. Ἀθάνατα γὰρ ταῦτα καὶ ἀδάμαστα, καθὼς ὁ ποιήσας εἶναι βεβούληται. Ἀθάνατος ἄρα καὶ ὁ ἄνθρωπος. Οὐκ ἀρεστὸν δὲ ἐκεῖνο, τὸ λέγειν εἰς ἄρδην ἀπολεῖσθαι τὸ πᾶν, [1] καὶ γῆν καὶ ἀέρα καὶ οὐρανὸν μὴ ἔσεσθαι. Ἐκπυρωθήσεται μὲν γὰρ πρὸς κάθαρσιν καὶ ἀνακαινισμὸν καταβὰς [2] ἅπας

Cap. XXXVIII. — 1. καὶ οὐρ. καὶ γῆν κ. ἀέρα *Galland. l. l. p. 775.* 2. *Rescripsi* ἅπας, *Cornarium atque Petavium secutus. Libri vulgo* ὡς πᾶς. *Galland. edidit* ἀνακαινισμὸν καταβασίῳ πυρὶ πᾶς κατακλυζ. ὁ κόσμος.

*ego sanabo, et non est qui eruat de manibus meis*, quae a deo proferuntur, quid aliud nos docent, nisi ob id corpus interfici primum atque emori ut postea resurgat atque reviviscat? Percutitur inprimis ac confringitur ut salvum deinceps integrumque formetur. Nec est omnino quicquam, quod ab ingenti illius fortique manu nos ad interitum ac perniciem possit eximere, non ignis, non mors, non tenebrae, non chaos, non corruptio. *Quis enim nos separabit*, inquit, *a caritate Christi?* quem patris manum ac verbum interpretamur: *Tribulatio? angustia? aut persecutio? aut fames? aut nuditas? aut periculum? aut gladius? Quemadmodum scriptum est, Quoniam propter te mortificamur quotidie, aestimati sumus, sicut oves occisionis: sed in his omnibus superamus per eum, qui nos dilexit.* Verissime omnino; ut illud impleatur, quemadmodum diximus: *Ego occidam, et ego vivere faciam: percutiam et ego sanabo: et non est qui eruat nos ex caritate dei, quae est in Christo Iesu*, ad exitium videlicet. Quocirca *aestimati sumus sicut oves occisionis, ut mortui peccato vivamus deo.* Sed de his hactenus. Nunc quae his consentanea sint hunc in modum expromenda sunt.

Rom. 8, 35. Ps. 44, 23. Deut. 32, 39. Rom. 8, 35.

Cap. XXXVIII. (XXXI.)

Si id omne, quod genitum est, aegre sese habet (ita enim adversarius obiicit), ac tam in generatione ipsa quam nutricatu et ab accedentibus augetur, et ab decedentibus minuitur, quae autem minime gignuntur, saluberrima sunt, nec aegrotant unquam, neque ullius rei indigent aut appetunt, quae autem genita sunt, et coitum et alimentum appetunt, est autem appetere idem atque aegrotare, e contrario vero nullius indigere nec appetere idem est ac sanum esse, aegrotant porro quaecumque nata sunt, quia concupiscunt, quae vero minime nata sunt, non aegrotant, iam vero quaecumque aegra sunt eorum quae accedunt deceduntve copia vel inopia laborant, quod autem patitur, corrumpi atque interire necesse est, cuius rei gratia gignitur, atqui homo gignitur, non potest igitur homo passionis expers et immortalis esse. Verum vel iis ipsis illorum evertitur oratio. Nam si quicquid productum aut genitum est interit (nihil autem refert, si ita dixerimus, quoniam primi nostri parentes non geniti sunt, sed producti), cum et angeli et animae productae sint (scriptum est enim, *Qui facit angelos suos spiritus*), ex illorum opinione consequens est tam angelos quam animas perire. At neque angeli neque animae occidunt, sunt enim immortales, nec a quoquam edomari possunt, quemadmodum illorum conditori placuit. Igitur immortalis est homo. Sed nec illud magnopere probo, si et funditus hoc universum periturum esse dicamus, et terram atque aërem et coelum quandoque desiturum. Siquidem totus hic mundus, ut pur- Ps. 103, 4.

pag. 554. ὁ κόσμος κατακλυζόμενος πυρὶ, οὐ μὴν εἰς ἀπώλειαν ἐλεύσεται παντελῆ καὶ φθοράν. Εἰ γὰρ κρεῖττον τὸ μὴ εἶναι τοῦ εἶναι τὸν κόσμον, διὰ τί τὸ χεῖρον ᾑρεῖτο ποιήσας τὸν κόσμον ὁ [3] θεός; ματαίως ἐχειροποίει. Οὐκοῦν εἰς τὸ εἶναι καὶ μένειν τὴν κτίσιν ὁ θεὸς διεκοσμήσατο, καθάπερ καὶ ἡ Σοφία [4] διασυνίστησιν. Ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι, [5] λέγουσα, πάντα ὁ θεὸς, καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς φάρμακον ὀλέθρου. Καὶ ὁ Παῦλος δὲ σαφῶς μαρτυρεῖ, λέγων, Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ [6] ἀπεκδέχεται· τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' [7] ἐλπίδι ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ. Τῇ γὰρ ματαιότητι [8] ἡ κτίσις ὑπετάγη, φησίν. Ἐλευθερωθήσεσθαι δὲ τῆς τοιαύτης δουλείας προσδοκᾷ [9] κτίσιν, τὸν κόσμον τοῦτον βουλόμενος νῦν [10] καλεῖν. Οὐ γὰρ τὰ μὴ βλεπόμενα τῇ φθορᾷ δουλεύει, ἀλλὰ ταῦτα δὴ τὰ βλεπόμενα. Μένει ἄρα ἡ κτίσις εἰς τὸ ἄμεινον ἀνακαινοποιηθεῖσα καὶ εὐπρεπέστερον, ἀγαλλομένη καὶ χαίρουσα ἐπὶ τοῖς τέκνοις τοῦ θεοῦ τῇ ἀναστάσει· [11] διὸ στενάζει καὶ συνωδίνει νῦν, τὴν ἀπολύτρωσιν ἡμῶν ἀπὸ τῆς φθορᾶς καὶ αὐτὴ τοῦ σώματος ἀπεκδεχομένη, ὅπως ἡμῶν ἐξεγερθέντων καὶ ἀποτιναξαμένων τὴν νεκρότητα τῆς σαρκὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον, Ἐκτίναξαι τὸν χοῦν, καὶ ἀνάστηθι, [12] κάθισον Ἱερουσαλὴμ, ἐλευθερωθέντων τε τῆς ἁμαρτίας, ἐλευθερωθήσεται καὶ αὐτὴ τῆς φθορᾶς, μηκέτι τῇ ματαιότητι δουλεύουσα, ἀλλὰ τῇ δικαιοσύνῃ. [13] Οἴδαμεν γὰρ ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει, καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες καὶ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν, υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν. Καὶ ὁ [14] Ἡσαΐας, Ὃν τρόπον γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς καὶ ἡ γῆ καινὴ, [15] ἃ ἐγὼ, φησὶ, ποιῶ, μένει ἐνώπιόν μου, λέγει κύριος, οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα ὑμῶν, καὶ τὸ ὄνομα ὑμῶν. Καὶ πάλιν, Οὕτω λέγει κύριος ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, οὗτος ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν, καὶ ποιήσας αὐτὴν, αὐτὸς διώρισεν αὐτὴν
pag. 555. οὐκ εἰς [16] κενὸν, ἀλλὰ κατοικεῖσθαι. Ὄντως γὰρ οὐκ εἰς κενὸν, οὐδὲ εἰς μάτην πρὸς ἀπώλειαν ἔκτισε, κατὰ τοὺς φρονοῦντας μάταια, τὸ πᾶν ὁ θεὸς, ἀλλὰ εἰς τὸ εἶναί τε καὶ οἰκεῖσθαι καὶ διαμένειν. Διὸ ἀνάγκη δὴ καὶ τὴν γῆν αὖθις καὶ τὸν οὐρανὸν μετὰ τὴν ἐκφλόγωσιν [17] ἔσεσθαι πάντων καὶ τὸν βρασμόν. Διὰ τί δὲ τοῦτο ἀνάγκη, λόγος

3. *Galland. edidit* θεός; Ἀλλ' οὐδὲ ὁ θεὸς, ματαίως ἢ χείρω ἐποίει.
4. διασυνίστησιν *ego.* δι' ἃ συνίστησιν *vulgata est scriptura.* συνίστησιν *Galland.*
5. τὰ πάντα λεγ. ὁ θεὸς *Galland.*
6. ἐπεκδέχεται *Galland.*
7. ἐλπίδα *Galland.*
8. φησιν, ἡ κτ. ὑπετάγη *Galland.*
9. κτίσις *Galland. Suspicor* κτίσιν, κτίσιν τὸν κόσμον *cett.*
10. φιλοκαλεῖν *cod. Rupif. apud Gal-*

gari instaurarique possit, exundantibus flammis incendio conflagrabit, non tamen interibit ac corrumpetur omnino. Etenim si mundum non esse quam esse melius est, cur quod deterius est mundum fabricando deus eligeret ac frustra opus illud produceret? Quamobrem ut essent ac manerent, conditas a se res deus constituit; id quod Sapientia confirmat his verbis: *Creavit enim ut essent omnia* Sap. 1, 14.
*deus, et salutares sunt mundi generationes, nec est in illis medicamentum exitii.* Cui et perspicue Paulus adstipulatur, dum ita loquitur: *Nam expectatio creaturae revelationem filiorum dei expectat: va-* Rom. 8, 19.
*nitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quod et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei: Vanitati quippe creatura subiecta est,* ait. Ab hac porro servitute liberatum iri creaturam expectat; quo nomine mundum hunc significare volunt. Non enim quae videri nequeunt, sed haec quae aspectabilia sunt corruptelae serviunt. Manet igitur creatura meliorem in statum decentioremque renovata, resurrectione propter dei filios gaudens et exultans; quorum gratia *ingemiscit et parturit modo*, redemptionem nostram a corruptione ipsa corporis expectans, ut cum nos a mortuis fuerimus excitati ac mortalitatem carnis excusserimus, pro eo ac scriptum est, *Excute pulverem et consurge, sede Ierusalem,* cumque a pec- Isai. 52, 2.
cato libertati fuerimus, a corruptione ipsa quoque liberetur, nec iam vanitati, sed iustitiae serviat. *Scimus enim quod omnis creatura* Rom. 8, 22.
*ingemiscit, et parturit usque adhuc: non solum autem, sed et nos primitias spiritus habentes, et ipsi in nobis ipsis geminus adoptionem, expectantes redemptionem corporis nostri.* Ita et Esaias: *Quemadmo-* Isai. 66, 22.
*dum enim,* inquit, *coelum novum et terra nova, quae ego facio, manent coram me, dicit dominus, sic erit semen vestrum, et nomen vestrum.* Ac rursum: *Sic dicit dominus qui fecit coelum, hic qui ter-* Isai. 45, 18.
*ram condidit, et fecit illam: ipse discrevit illam, non in vanum, sed ut habitetur.* Nam revera non frustra atque inaniter et ad exitium ex ineptissimorum hominum opinione totum hoc universum condidit deus, sed ut esset, et habitaretur, atque permaneret. Unde et terram necesse est et coelum post illam rerum omnium conflagrationem atque aestum existere. Cur autem ita fieri necesse sit, lon-

*land.* *Voc.* νῦν *ante* καλεῖν *abest a Galland.*
11. διὸ *edidi Gallandium secutus. Vulgata scriptura est* δι᾽ οὓς.
12. [καὶ] κάθισον *Galland.*
13. *Verba* Οἴδαμεν – – τοῦ σώματος ἡμῶν *non habet Galland.*
14. Ἡσαΐας δὲ, ὃν *Galland.*
15. φησιν, ἃ ἐγὼ ποιῶ *Galland.*
16. κενὸν [ἐποίησε αὐτὴν] ἀλλὰ κατοικεῖσθαι [ἔπλασεν αὐτὴν]. Ὄντως *Galland.*
17. πάντων, καὶ τ. βρ. ἔσεσθαι *Galland. Verba* Διὰ τί – – φθοράν. *non extant ap. Galland.*

ἂν ἔτι [18] πλείω τῶν εἰρημένων γίγνοιτο. Οὔτε γὰρ εἰς ὕλην ἀργὴν καὶ τοιαύτην ἔτι κατάστασιν οἵαν καὶ πρὸ τῆς διακοσμήσεως, εἰς ἣν διαλυθῇ, ἀναστοιχειωθήσεται τὸ πᾶν, οὔτ' αὖ εἰς ἀπώλειαν παντελῆ καὶ φθοράν.

Κεφ. λθ'. (λβ'.) Ἐὰν δὲ, Πῶς οὖν, [1] ἐὰν μὴ ἀπόλλυται τὸ πᾶν, οἱ ἐξ ἐναντίας εἴπωσιν, [2] ὁ μὲν κύριος τὸν οὐρανὸν παρελεύσεσθαι ἔφη, καὶ τὴν γῆν, ὁ δὲ προφήτης ἀπολεῖσθαι μὲν [3] οὐρανὸν ὡς καπνὸν, τὴν δὲ γῆν ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεσθαι; [4] Ἐπειδὴ ἔθος ταῖς γραφαῖς, λέξομεν, τὴν εἰς τὸ κρεῖττον καὶ ἐνδοξότερον [5] ἀπὸ ταύτης τῆς καταστάσεως τοῦ κόσμου μεταβολὴν ἀπώλειαν λέγειν, οἷον τοῦ πρόσθεν σχήματος ἀπολλυμένου κατὰ [6] τὴν εἰς τὸ φαιδρότατον ἁπάντων ἐξαλλαγήν· ὅτι μηδεμία ὑπεναντίωσις ἢ ἀτοπία ἐν τοῖς θείοις λόγοις. Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, καὶ οὐχ ὁ κόσμος εἴρηται. Οὕτως ἔθος ἀπώλειαν καλεῖν τὰς γραφὰς τὴν πρὸς τὸ ἄμεινον ἔσθ' ὅτε καὶ εὐμορφότερον τροφὴν τοῦ [7] πρόσθεν σχήματος, οἷον ὥςπερ ὁπότ' ἄν τις ἀπώλειαν [8] λέγοι [9] τοῦ κατὰ τὸν νηπίον σχήματος τὴν εἰς τὸν ἄνδρα τὸν τέλειον μεταλλαγὴν, τρεπομένης εἰς μέγεθος καὶ κάλλος τῆς ἡλικίας τοῦ νηπίου. [10] Ὅτε γὰρ ἤμην νήπιος, ὡς νήπιος ἐλάλουν, ὡς νήπιος ἐφρόνουν, ὡς νήπιος ἐλογιζόμην· ὅτε δὲ γέγονα ἀνὴρ, τὰ τοῦ νηπίου κατήργησα. [11] Παραχθήσεσθαι μὲν γὰρ τὴν κτίσιν, ὥςπερ τεθνηξομένην κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν, ἵνα [12] ἀνακτισθῇ, οὐ μὴν ἀπολεῖσθαι προςδοκητέον· ὅπως οἱ ἀνακαινοποιηθέντες ἐν ἀνακαινοποιηθέντι κόσμῳ ἄγευστοι λύπης κατοικήσωμεν· [13] κατὰ τὸ λεχθὲν, Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, [14] ἐν ἑκατοστῷ τρίτῳ Ψαλμῷ, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, τοῦ περιέχοντος τῆς εὐκρασίας [15] ἐπιτροπεύσαντος λοιπὸν τοῦ θεοῦ. Ἐσομένης γὰρ καὶ μετὰ τοῦτον τὸν αἰῶνα γῆς ἀνάγκη πᾶσα ἔσεσθαι καὶ τοὺς οἰκήσοντας, οὐκέτι τεθνηξομένους ἢ
pag. 556. γαμήσοντας [16] καὶ γεννησομένους, ἀλλ' ὡς ἀγγέλους ἀμεταστρόφως ἐν ἀφθαρσίᾳ τὰ ἄριστα πράξοντας. Διὸ ληρῶδες τὸ ἐν ποίᾳ διαγωγῇ τότε δὴ τὰ σώματα ἔσονται λέγεσθαι, μήτε ἀέρος, μήτε γῆς, μήτε τῶν ἄλλων ἐσομένων.

Κεφ. μ'. (λγ'.) Ἄξιον δὲ κἀκεῖνο πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐπισκοπεῖν, ὡς ἔχει πολλὴν διάπτωσιν, εἰ δεῖ παρρησίαν ἄγειν, [1] περὶ τούτων, ὦ Ἀγλαοφῶν,

18. *Repono* πλείων.
Cap. XXXIX. — 1. εἰ μὴ *Galland. l. l. p.* 776.
2. ὅμως Χριστὸς *cod. Rupif. ap. Gall.*
3. τὸν οὐρανὸν *Galland.*
4. ἐπειδὰν *Galland.*
5. *Sic Galland. Libri vulgo habent* ἀποκατάστασιν ταύτης τοῦ κόσμου.
6. κατὰ τὴν φαιδρότερον *ed. Galland.*
7. ἔμπροσθεν *Galland.*
8. λέγει *Galland.*
9. *Libri vulgo habent* λέγοι τῆς κατὰ τοῦ νήπιον σχήματος, *quod correxit Gallandius.*

giorem quam hactenus sermonem ad explicandum requirit. Non enim in otiosam materiem, eamque quam ante constitutionem habuit et in quam dissoluta fuerit, neque in absolutum interitum ac corruptionem, redacta universitas ista reformabitur.

Cap. XXXIX. (XXXII.)

At enim, obiicient adversarii, si totum hoc universum nequaquam pereat, quomodo *coelum ac terram transitura esse* dominus dicit? Matth. 24, 35.
propheta vero *coelum fumi instar esse periturum, terram autem* Ps. 101, 27.
*quasi vestimentum inveteraturam?* Sed nos hunc scripturae morem cf. Isai. 51, 6.
esse respondebimus, ut mundi instaurationem atque in melius praestantiusque mutationem interitum appellet, utpote sum prior forma in illa iucundiorem in statum conversione pereat. Nihil enim in sacris literis contrarium est et absurdum. *Praeterit enim figura huius* 1.Cor. 7. 31.
*mundi.* Non mundum ipsum dixit. Sic igitur scripturis usitatissimum est, antecedentis in id quod melius ac formosius est figurae commutationem interitum dicere. Perinde ac si quis infantilis figurae perfectum in virum transitum ac mutationem interitum nominet, cum illius aetas ad magnitudinem pulchritudinemque traducitur. *Cum* 1.Cor.13.11.
*enim essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus, postquam autem factus sum vir, evacuavi quae erant parvuli.* Et vero perturbandam esse creaturam, velut in illa conflagratione perituram, ut iterum creetur, non tamen extinguendam esse, putandum est, ut instaurato mundo ipsimet instaurati ac doloris expertes habitemus: quemadmodum in centesimo tertio Psalmo proditum est: *Emittes spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis* Ps. 103, 30.
*faciem terrae.* Quod nimirum ambientem aërem temperatissimum deinceps facturus sit deus. Cum enim post saeculi praesentis exitum adhuc terra perseveratura sit, habitatores in ea quosdam inesse necesse est, qui nec morituri sunt amplius, neque copulandi nuptiis aut procreandae soboli operam daturi, sed angelorum more sine ulla mutatione in immortalitatis statu optima sint quaeque facturi. Proindeque stultum est quanam vitae ratione usura sint corpora quaerere, si nec aër, neque terra, neque quicquam ceterorum sit amplius futurum.

Cap. XL. (XXXIII.)

Est illud insuper, o Aglaophon, consideratione dignum, errare illum vehementer ac falli, si quod res est audacter pronuntiare li-

10. *Verba* Ὅτε γὰρ --- κατήργησα *non habet Galland.*

11. Παραχθήσεσθαι *ed. Galland. Vulgo extat* Ταραχθήσεσθαι.

12. καὶ ἀνακαινισθῇ *Galland.*

13. *Sic Galland. Vulgo* ἢ κατὰ τὸ *cett.*

14. *Verba* ἐν ἑκατοστῷ τρίτῳ Ψαλμῷ *non habet Galland.*

15. ἐπιτροπεύοντος *Galland.*

16. ἢ *Galland.*

Cap. XL. — 1. περὶ τηλικούτων, Ἀγλαοφῶν. ἔφρασας *cett. Galland. l. l. p.* 776.

διαλεγόμενος πραγμάτων. Φράσας γὰρ ἀποφήνασθαι τὸν κύριον ὡς οἱ τῆς ἀναστάσεως τευξόμενοι ἔσονται τότε ὡς ἄγγελοι, ἔνθα πειράζουσιν αὐτὸν οἱ Σαδδουκαῖοι, [2] ἐπέφερες, Οἱ δὲ ἄγγελοι ἐκτὸς ὄντες σαρκὸς ἐν μακαριότητος ἀκρότητι διὰ τοῦτο καὶ δόξης εἰσὶ, καὶ ἡμᾶς δὲ ἄρα, [3] ἐξισάζεσθαι μέλλοντας ἀγγέλοις, ἀνάγκη δὴ σαρκῶν ὡσαύτως ἐκείνοις γυμνοὺς [4] ἔσεσθαι δεῖν· οὐκ ἐπιστήσας, ὦ ἄριστε, ὡς ὁ ποιήσας καὶ διακοσμήσας ἐξ οὐκ ὄντων τὸ πᾶν τὴν τῶν ἀθανάτων φύσιν οὐ μόνον εἰς ἀγγέλους καὶ λειτουργοὺς διανείμας διεκόσμησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀρχὰς καὶ θρόνους καὶ ἐξουσίας. Ἄλλο γὰρ γένος τὸ τῶν ἀρχῶν, καὶ ἄλλο τὸ [5] τῶν ἐξουσιῶν, ὅτι μὴ τάγμα ἓν καὶ μία σύστασις καὶ φυλὴ καὶ πατριὰ τῶν ἀθανάτων, ἀλλὰ γένη καὶ φυλαὶ καὶ διαφοραί. Καὶ οὔτε τὰ Χερουβὶμ τῆς ἰδίας ἐξιστάμενα φύσεως εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων ἰδέαν μετασκευάζονται, [6] οὔτε εἰς ἑτέρων πάλιν οἱ ἄγγελοι. Εἶναι γὰρ αὐτὰ χρὴ καὶ ὅ εἰσι καὶ ὃ γεγόνασιν. [7] Ἀτὰρ καὶ ὁ ἄνθρωπος τὸν κόσμον οἰκεῖν καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πάντων ἡγεμονεύειν κατασταθεὶς τῆς ἐξ ἀρχῆς διακοσμήσεως, ἀθάνατος ὢν, τοῦ εἶναι ἄνθρωπος οὔποτε μεταβληθήσεται, οὔτε εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων, οὔτε εἰς τὴν τῶν ἑτέρων μορφὴν, ὅτι μηδὲ οἱ ἄγγελοι εἰς τὴν [8] ἄλλων τῆς ἐξ ἀρχῆς ἰδέας μετακοσμούμενοι μεταβάλλονται. Ὁ γὰρ Χριστὸς ἧκεν οὐκ εἰς ἑτέραν μεταπλασθῆναι κηρύσσων ἢ μετασκευασθῆναι τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, ἀλλὰ εἰς ὃ ἦν ἐξ ἀρχῆς πρὸ τοῦ ἐκπεσεῖν, ἀθάνατος ὤν. Χρὴ γὰρ ἐν τῷ ἰδίῳ τῆς ἕξεως [9] ἑαυτοῦ τύπῳ τῶν γενητῶν ἕκαστον μένειν, ἵνα πάντα πάντων ὦσι πεπληρωμένα, οὐρανοὶ μὲν ἀγγέλων, θρόνοι δὲ ἐξουσιῶν, φῶτα δὲ λειτουργῶν, καὶ οἱ θειότεροι τόποι καὶ τὰ [10] ἀκραιφνῆ φῶτα τῶν Σεραφὶμ, ἃ παρεστήκασι τῇ μεγάλῃ
pag. 557. βουλῇ [11] διακρατούσῃ τὸ πᾶν, ὁ δὲ κόσμος ἀνθρώπων. Ἐὰν δὲ μεταβάλλεσθαι δῶμεν τοὺς ἀνθρώπους εἰς ἀγγέλους, ὥρα μεταβάλλεσθαι λέγειν καὶ τοὺς ἀγγέλους εἰς ἐξουσίας, καὶ ταύτας εἰς ἄλλο καὶ ἄλλο, [12] ἔστ' ἂν ὁ λόγος ἀναβὰς εἰς κίνδυνον ἐμπέσῃ.

Κεφ. μα'. (λδ'.) Ἀλλ' οὔτε ὡς φαῦλον τεκτηναμένος ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἢ διαμαρτήσας αὐτοῦ περὶ τὴν [1] διάπλασιν ἄγγελον αὐτὸν ὕστερον ἐπενόησε ποιῆσαι μεταγνοὺς, ὥσπερ οἱ φαυλότατοι τῶν [2] δημιουργῶν, οὔτε ἄγγελον κατ' ἀρχὰς θελήσας ποιῆσαι καὶ μὴ δυνηθεὶς ἄνθρωπον ἔπλασεν. Ἀσθενὲς τοῦτο γάρ. Τί δή ποτε οὖν τὸν ἄνθρωπον ἐποίει, καὶ οὐκ

2. ἐπέφερες οὖν· οἱ δὲ ἀγγ. *Galland.* *Vulgo extat* ἐπέφερεν, Οἱ δὲ ἀγγ. *Cornarius vertit* mox intulisti.

3. ἐξίσασθαι *Galland.*

4. ἀγγέλους *addidit ante* ἔσεσθαι *Galland.*

5. τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν ἐξουσιῶν *Galland.*

ceat, cum iis de rebus sermonem instituit. Nam cum ita dixisset, dominum Sadducaeis tentantibus respondisse, *qui compotes resurrectionis essent, angelorum instar futuros*, post ista subiunxit, Angeli porro carnis expertes in summa felicitate degunt ac gloria. Quare et nos, quos aequari angelis oportet, necesse est ad eundem modum carne nudari. Nec illud, optime virorum, animadvertit, eum, qui ex nihilo mundum fabricavit ac constituit, non angelis modo et administris suis, sed et Principatibus, Thronis ac Potestatibus eandem immortalitatis conditionem tribuisse. Aliud enim est Principatuum genus, aliud Potestatum; eo quod non unus ordo, nec unum veluti corpus ac tribus immortalium et familia sit, sed generum ac velut nationum divortia. Neque Cherubim igitur ab natura sua desciscentia in angelorum conditionem transeunt, neque contra aliorum in naturam angeli commutantur. Quippe quod et sunt, et cuiusmodi producta sunt, esse illa necesse est. Etenim si et homo, qui ut hunc mundum habitaret, omnibusque qui in eo sunt praeesset, ex prima dispositione constitutus est, cum sit immortalis, nunquam in angelorum aut alterius cuiuslibet formam ex homine convertendus est, certe nec angeli ab ea quam initio sortiti sunt specie ac natura transformari mutarique possunt. Et vero Christus adveniens non in alteram demutari vertique naturam hominis oportere praedicavit, sed in id redire duntaxat quod initio fuerat, antequam excideret, tum cum esset immortalis. Siquidem necesse est unumquodque eorum quae producta sunt in propria naturae suae forma ac conditione permanere ut omnibus omnia compleantur, puta coelestes angelis orbes, throni potestatibus, administris lumina, diviniores porro sedes sincerioraque lumina Seraphimis, qui summae illi providentiae, qua omnia continentur, velut apparitores assistunt, mundus denique hominibus. Atqui si in angelos mutari homines concesserimus, consequens est ut et angelos in potestates, et has in aliud atque aliud transire dicamus, donec ac superiora sermo progrediens periculosius implicetur. Marc. 12, 25.

Neque vero quod velut malum hominem fabricaverit deus, aut in eo fingendo aberrarit, angelum postea facere illum voluit, quasi ipsum vilissimorum opificum instar poenitentia cepisset. Neque cum angelum principio facere constituisset, neque id esset assecutus, hominem procreavit. Nimium istud imbecillum est. Cur igitur ho- Cap. XLI. (XXXIV.)

6. οὔτ' αὖ πάλιν εἰς ἑτέραν *Galland.*
7. 'Ατὰρ *Galland. Vulgo* Εἰ γὰρ.
8. ἄλλην *Galland.*
9. αὐτῶν τόπῳ *Galland.*
10. ἀκράτητα καὶ ἀκραιφνῆ *Galland.*
11. διακρατοῦντα *Galland.*
12. ἔστ' ἂν καὶ ὁ λόγος *Galland.*
Cap. XLI. — 1. *Al.* πλάσιν. (*Galland.*)
2. λειτουργῶν *Galland.*

ἄγγελον, εἴγε ἄγγελον τὸν ἄνθρωπον καὶ οὐκ ἄνθρωπον γενέσθαι ἠθέλησεν; Ὡς οὐ δυνάμενος; βλάσφημον. [3] Ἀλλὰ ἀνεβάλλετο περὶ τοῦ κρείττονος τὸ χεῖρον ποιῶν; καὶ τοῦτο ἄτοπον. Οὔτε γὰρ διασφάλλεται περὶ [4] τὸ ποιεῖν τὸ καλὸν, οὔτε ἀναβάλλεται, οὔτε ἀδυνατεῖ, ἀλλὰ καὶ ὡς θέλει καὶ ὅτε θέλει τὸ δύνασθαι ἔχει δύναμις ὤν. Οὐκοῦν εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἄνθρωπον θέλων ἐξ ἀρχῆς ἔκτισεν· εἰ δὲ θέλων, θέλει δὲ τὸ καλὸν, καλὸν δὲ ὁ ἄνθρωπος, ἄνθρωπος δὲ τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος λέγεται συντεθὲν, οὐκ ἔσται ἄρα ἐκτὸς σώματος ὁ ἄνθρωπος, [5] ἀλλὰ μετὰ σώματος, ἵνα μὴ ἄλλος ἄνθρωπος παρὰ τὸν ἄνθρωπον γεννηθῇ. Δεῖ γὰρ τῷ θεῷ τὰ ἀθάνατα γένη πάντα [6] σώζεσθαι. Ἔκτισε γὰρ, φησὶ ἡ Σοφία, τὸν ἄνθρωπον ὁ θεὸς ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ, [7] καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος ἐποίησεν αὐτόν. Οὐκ ἄρα ἀπόλλυται τὸ σῶμα. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος.

Κεφ. μβ'. (λε'.) Διὸ ἐπίστησον, ὡς ὁ κύριος τὰ αὐτὰ [1] ταῦτα διδάσκειν θέλων, μὴ πιστευόντων Σαδδουκαίων εἰς τὴν ἀνάστασιν τῆς σαρκός. Δόγμα γὰρ τοῦτο Σαδδουκαίων. Ὅθεν συσκευασάμενοι τὴν κατὰ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς ἑπτὰ ἀδελφοὺς παραβολὴν, ἵνα τὸν περὶ ἀναστάσεως τῆς σαρκὸς λόγον ἀπορήσωσι, Προσῆλθον αὐτῷ, φησὶ, καὶ Σαδδουκαῖοι, λέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι. Ὁ οὖν Χριστὸς, εἰ μὴ ἦν ἀνάστασις σαρκὸς, ἀλλὰ μόνον ἐσώζετο ψυχὴ, συνέθετο ἂν αὐτοῖς, ὡς καλῶς καὶ ὀρθῶς φρονοῦσι· νυνὶ δὲ ἀποκρίνεται, λέγων, Ἐν τῇ [2] ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ εἰσιν· οὐ τῷ
pag. 559. σάρκα μὴ ἔχειν, ἀλλὰ τῷ μὴ γαμεῖν καὶ γαμεῖσθαι, ἀλλὰ εἶναι λοιπὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ. Καί φησιν ἀγγέλοις κατὰ τοῦτο [3] παραπλησιασθέντας, ἵν' ὥσπερ οἱ ἄγγελοι ἐν τῷ οὐρανῷ, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ Παραδείσῳ μήτε γάμοις ἢ εἰλαπίναις ἔτι σχολάζοντες, ἀλλὰ [4] τοῦ βλέπειν τὸν θεὸν καὶ γεωργεῖν τὴν ζωὴν, πρυτανεύοντος ἡμῖν τοῦ Χριστοῦ. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἔσονται ἄγγελοι, ἀλλ', Ὡς ἄγγελοι, οἷον δόξῃ μὲν καὶ τιμῇ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐστεφανωμένοι, βραχὺ δέ τι παρὰ τοὺς ἀγγέλους διαλλάσσοντες, καὶ ἐγγὺς ὄντες τοῦ εἶναι ἄγγελοι. Καθάπερ εἰ ἔλεγεν, οὔσης εὐταξίας κατὰ τὸν ἀέρα καὶ γαλήνης, [5] καὶ νυκτὸς καὶ πάντων [6] τῷ τῆς σελήνης αἰθερίῳ φωτὶ κεκοσμημένων, Ἡ σελήνη φαίνει ὡς ὁ ἥλιος, καὶ οὐ πάντως ἂν ἥλιον εἶναι τὴν σελήνην ἀπομαρτυρεῖν αὐτὸν λέγομεν, ἀλλ' ὡς ἥλιον. Ὥσπερ καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον χρυ-

3. ἀλλ' *Galland.*
4. τοῦ ποιεῖν *Galland.*
5. *Verba* ἀλλὰ μετὰ σώματος *non habet Galland.*
6. *Plenius Galland.* σώζεσθαι· ἀθάνατον δὲ ὁ ἄνθρωπος. ἔκτισε γὰρ ὁ θεὸς, φησὶν ἡ Σοφία, τὸν ἄνθρ. ἐπὶ ἀφθ.
7. κατ' εἰκόνα *suspicabatur Petavius.*
CAP. XLII. — 1. ταῦτα *om. Galland.*
2. ἀναστάσει τῶν νεκρῶν *Galland.*

minem faciebat, non angelum, si angelum hominem facere, non hominem, cogitabat? An quia non poterat? Contumeliosum istud et impium est. An in deteriore occupatus quod praestantius est differebat? Est et illud perabsurdum. Neque enim in moliendo bono vel aberrat deus, vel in aliud tempus reiicit, vel destitutus viribus est, sed et utcumque libuerit, et quando libuerit, agendi potestate praeditus est, cum sit ipsa potentia. Quamobrem hominem esse hominem volens initio produxit. Quod si id volens fecit, vult autem quod bonum est, homo vero bonum est, idemque ex anima constat et corpore, sequitur minime extra corpus hominem fore, sed cum corpore, ne alius praeter hominem homo producatur. Opus enim est uti deo immortalia genera omnia serventur. *Creavit enim,* Sap. 2, 23.
ait Sapientia, *hominem in incorruptione; ad imaginem aeternitatis suae fecit illum.* Corpus itaque non prorsus extinguitur, cum homo ex corpore animaque coalescat.

Cap. XLII. (XXXV.)

Ac vide quaeso quemadmodum dominus eadem illa tradere Sadducaeis resurrectionem carnis inficiantibus voluerit. Est enim hoc Sadducaeorum dogma. Unde conficta illa de muliere deque septem fratribus parabola, quam adversus resurrectionis corporum dogma proponerent. *Accesserunt ad eum,* inquit, *et Sadducaei, dicentes* Matth. 22, 23.
*resurrectionem non esse.* Proinde Christus, si nulla carnis esset resurrectio, sed anima duntaxat salutem consequeretur, illis utique, utpote recte ac praeclare sentientibus, suam auctoritatem adiungeret. Atqui alia omnia respondit et, *In resurrectione,* inquit, *neque ducunt uxores, neque nubunt, sed ut angeli in coelo sunt.* Non quod carnem amplius non habeant, sed quod nuptias mutuo nullas contrahant, sed deinceps corruptelae sunt omnis expertes. Et addit nos hac in parte angelorum esse similes, ut quemadmodum angeli in coelo, sic nos in Paradiso neque nuptiis amplius neque conviviis indulgeamus, sed in contemplando deo excolendaque vita simus occupati, praeside ac moderatore Christo. Non enim dixit, *Erunt an-* Ps. 8, 5.
*geli,* sed, *Sicut angeli,* perinde *ac gloria et honore coronati,* uti scriptum est, *paululum vero ab angelis differentes,* atque illorum naturae proximi. Quasi ita diceret: Tranquillo per noctem ac sereno aëre, cum coelesti lunae luce collustrantur omnia, solis instar luna resplendet. Tum enim non omnino solem esse lunam ex illius testimonio colligeremus, sed ad solem accedere. Sicut quod aurum

3. πλησιάζοντας, ἵνα ὥςπερ *Galland.*
4. *Petavius suspicatus est* τῷ βλέπειν.
5. καὶ *om. Galland.*
6. τῷ *Galland.* τῶν *vulgata est scriptura.*

σὸς, ἐγγὺς δὲ τοῦ εἶναι χρυσὸς, πεφυκὸς ὡς χρυσὸς λέγεται, καὶ οὐ χρυσός· εἰ δὲ ἦν χρυσὸς, οὐκ ἐλέγετο ἂν ὡς χρυσὸς, ἀλλὰ χρυσός. Ἐπεὶ δὲ μὴ ἔστι χρυσὸς, ἀλλὰ [7] ἐγγὺς τοῦ εἶναι χρυσὸς, καὶ φαντάζεται [8] τὸν χρυσὸν, ὡς χρυσὸς λέγεται. Οὕτω καὶ ὡς ἀγγέλους ἔσεσθαι λέγοντος τοὺς ἁγίους ἐν τῇ ἀναστάσει οὐκ αὐτὸ τοῦτο ἀγγέλους αὐτὸν ἐπαγγέλλεσθαι ἀκούομεν τοὺς ἁγίους ἐν τῇ ἀναστάσει [9] ἔσεσθαι, ἀλλὰ ἐγγὺς τοῦ εἶναι ἀγγέλους. Ὥςτε ἀλογώτατον λέγειν, [10] ἐπειδὴ ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο τοὺς ἁγίους ὀφθῆναι ὡς ἀγγέλους ἐν τῇ ἀναστάσει, τὰ σώματα διὰ τοῦτο ταῦτα μὴ ἀνίστασθαι· καίτοι τῆς λέξεως αὐτὴν τὴν [11] πρᾶξιν δηλούσης σαφῶς τοῦ συμβαίνοντος. Ἀνάστασις γὰρ οὐκ ἐπὶ τοῦ μὴ πεπτωκότος ἀλλ' ἐπὶ τοῦ πεπτωκότος λέγεται, καὶ ἀνισταμένου. Ὥςπερ ὁπόταν λέγει [12] καὶ ὁ προφήτης, Καὶ ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν. Ἔπεσε δὲ ὀκλάσασα ἡ ποθητὴ σκηνὴ τῆς ψυχῆς εἰς γῆν χώματος. Οὐ γὰρ τὸ μὴ θνῆσκον, ἀλλὰ τὸ θνῆσκον κλίνεται. Θνήσκει δὲ ἡ σὰρξ, ψυχὴ [13] γὰρ ἀθάνατος. Καὶ τοίνυν εἰ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, σῶμα δὲ ὁ νεκρὸς, οἱ λέγοντες ἀνάστασιν μὲν εἶναι, σαρκὸς δὲ μὴ εἶναι, ἀρνοῦνται ἀνάστασιν· ὅτι μὴ τὸ ἑστὸς, ἀλλὰ τὸ πεπτωκὸς καὶ κλιθὲν διανίσταται, κατὰ τὸ γεγραμμένον, Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἀναστρέφει;

pag. 559. Κεφ. μγ'. (λς'.) Ὅτι δὲ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, ἐδίδαξεν ἀναφανδὸν ὁ κύριος, καὶ δι' ἑαυτοῦ καὶ διὰ Σολομῶνος εἰπὼν, δι' ἑαυτοῦ μὲν ἐν τῇ κατὰ τὸν πλούσιον καὶ τὸν πένητα Λάζαρον ἱστορίᾳ, τὸν μὲν ἐν κόλποις Ἀβραὰμ δοὺς ἀναπαύεσθαι μετὰ τὴν ἀπόθεσιν τοῦ σώματος, τὸν δὲ ἐν ἀχθηδόσιν, οἷς διαλεγόμενον τὸν Ἀβραὰμ εἰςήγαγε· διὰ Σολομῶνος δὲ ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σοφίᾳ, ἔνθα, Δικαίων αἱ ψυχαὶ ἐν χειρὶ, γέγραπται, θεοῦ, καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν βάσανος· ἔδοξαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀφρόνων τεθνάναι, καὶ ἐλογίσθη κάκωσις ἡ ἔξοδος αὐτῶν, καὶ ἡ ἀφ' ἡμῶν πορεία σύντριμμα· οἱ δέ εἰσιν ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἡ ἐλπὶς αὐτῶν ἀθανασίας πλήρης. Ὅθεν σώματος ἡ ἀνάστασις, καὶ οὐ ψυχῆς. Οὐ γὰρ τὸν ἑστῶτά τις ἀνίστησιν, ἀλλὰ τὸν κείμενον, ὥςπερ οὐδὲ τὸν ὑγιαίνοντα θεραπεύουσιν, ἀλλὰ τὸν πάσχοντα. Εἰ δέ τις τὴν ἀνάστασιν ἐπὶ τῆς ψυχῆς, καὶ μὴ ἐπὶ τῆς σαρκὸς, βιάζεται [1] λέγειν ἔσεσθαι, πολλὴ μὲν μωρία [2] τούτῳ, καὶ ἀλογία. [3] Καὶ δεῖ γὰρ φθορὰν πρῶτον καὶ λύσιν τὸν τοιοῦτον τῆς ψυχῆς δεικνύναι, ἵνα δείξῃ δὴ καὶ τὴν ἀνάστα-

7. ἐγγὺς, quod cod. Rhedig. et editi libri non agnoscunt, reposui ex auctoritate cod. ms., cuius scripturam in marg. sui exempli annotavit Fr. Schottus. In seqq. pro καὶ φαντάζεσθαι, quod vulgo extat, reposui καὶ φαντάζεται. Erat cum suspicarer διὰ τὸ φαντάζεσθαι.

8. τὸν non agnoscit Galland.

9. ἔσεσθαι om. Galland.

10. ἐπειδὰν Galland.

11. παράδειξιν Galland.

12. καὶ om. Galland.

non est, et auro tamen natura sua propinquius est, non aurum, sed auri simile esse dicitur, quod quidem aurum si esset, non auri simile, sed aurum diceretur. Nunc quoniam aurum non est, sed auro proximum, eiusdemque mentitur speciem, auri simile nuncupatur. Eodem modo prorsus quod in resurrectione sanctos angelorum fore similes pronuntiavit, non sic accipiendum est, quasi in angelorum naturam transcribendos esse sanctos in illa resurrectione voluerit, sed nihil aliud nisi angelorum conditioni propinquos futuros. Quamobrem stultissimum mihi videtur ita colligere: Quoniam Christus sanctos in resurrectione tanquam angelos visum iri praedixerit, haec idcirco resurrectura non esse corpora. Praesertim cum vocabulum ipsum eius quod contingit actionem perspicue declaret. Nam resurrectio non de eo quod nunquam cecidit, sed de eo quod cecidit, atque iterum assurgit, usurpatur. Velut cum propheta dicit, *Et excitabo tabernaculum David quod cecidit.* Cecidit porro Amos 9, 11.
optatum illud animae tabernaculum *in terram aggeris* collapsum. Dan. 12, 2.
Non enim quod non moritur, sed quod moritur inclinare dicitur. At moritur caro. Anima quippe immortalis est. Quapropter si immortalis est anima, corpus vero cadaver est, qui ita resurrectionem fore confitentur, ut eam nihil ad carnem pertinere putent, resurrectionem funditus negant. Quandoquidem non illud quod stat, sed quod cecidit et inclinavit, exsurgere dicitur; pro eo ac scriptum est, *Num* Ier. 8, 4.
*qui cecidit non resurget? aut qui aversus est non revertetur?*

Cap. XLIII. (XXXVI.)

Quod autem immortalis anima sit, manifeste dominus cum per sese, tum per Salomonem edocuit. Per sese quidem in divitis ac Lazari pauperis historia, quorum hunc in Abrahami sinu post exu- Luc. 16.
tum corpus acquiescere voluit, alterum cruciatibus damnavit, e quibus cum Abrahamo colloquentem introduxit. Idem vero per Salomonem in eo libro qui Sapientia inscribitur ostendit, ubi, *Iustorum,* Sap. 3, 1.
inquit, *animae in manu dei sunt, et non tanget illos tormentum: visi sunt in oculis insipientium mori, et aestimata est afflictio exitus illorum, et quod a nobis est iter exterminium: illi autem sunt in pace, et spes illorum immortalitate plena est.* Ergo corporis est resurrectio, non animae; neque enim stantem ullus, sed iacentem erigit. Uti neque sano corpori, sed male affecto remedium adhibetur. Quod si quis resurrectionem animae non corpori eventuram pertinacius affirmare velit, magna est hominis stoliditas et amentia. Prius enim animae corruptionem ac dissolutionem necesse est asseveret, ut illius partis esse resurrectionem inferat, nec prorsus delirare, sed ul-

13. δὲ ἀϑάν. *Galland.*
Cap. XLIII. — 1. *Fortasse* λέγων. 2. τούτῳ *non extat in cod. Rhedig.* 3. Καὶ δεῖ *rescripsi. Vulgo extat* Λέγει. *Petavio placuit* δεῖ. *Cornario, qui vertit* Dico, λέγω.

σιν μή τοι ληροῦντά γε, ἀλλὰ σαφῶς λέγοντά τι φαίνεσθαι. Ὅμως γοῦν δοτέον αὐτῷ θνητὴν ὁρίσασθαι τὴν ψυχήν. Δυοῖν γάρ τοι θάτερον ταῦτα θετέον, ἢ ἀληθῆ τὸν κύριον ἀποφήνασθαι τὴν ψυχὴν ἀθάνατον διδάσκοντα, καὶ ψεῦδος αὐτὴν τὸ φθείρεσθαι λέγειν, ἢ φθείρεσθαι καὶ ψεῦδος αὐτὴν τὸ ἀνόλεθρον καὶ ἀθάνατον εἶναι διδάσκειν τὸν Χριστόν, καὶ ἐν τῇ κατὰ τὸν πλούσιον καὶ τὸν πένητα φράσει, καὶ ἐν τῇ κατὰ τὸν Μωσέα καὶ τὸν Ἠλίαν ὀπτασίᾳ. Ἀλλ' οὐδὲν ὁ κύριος ἄλλως ἐφθέγξατο ἢ ἐψεύσατο. Οὐ γὰρ εἴδωλον ἢ φάντασμα, τοὺς ἀποστόλους βουλόμενος ἀπατᾶν, ἐδείκνυεν αὐτοῖς ἐν τῷ ὄρει τὸν Ἠλίαν καὶ τὸν Μωϋσέα, ἀλλ' ὃ ἦσαν ἀψευδῶς· ὥςτε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, καὶ τὸν δυςμαθέστατον μαθεῖν ἀθάνατον αὐτὸν εἶναι καὶ ἀνόλεθρον διαβεβαιοῦσθαι τὴν ψυχήν.

Κεφ. μδ'. (λζ'.) Οὐκοῦν σαρκὸς ἡ ἀνάστασις γίνεται, οὐ ψυχῆς, ὅπως ἡ πεπτωκυῖα τοῦ Δαβὶδ εἰς τὴν φθορὰν ἀναστῇ σκηνὴ, καὶ ἀναστᾶσα καὶ ἀνοικοδομηθεῖσα, καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος, ἀπήμων λοιπὸν καὶ ἀδιάπτωτος διαμένοι, ὅτι μὴ τῷ θεῷ τὴν λιθίνην οἰκίαν [1] δεῖ δείμασθαι
pag. 560. τοῦ Δαβὶδ, μηδὲ ἵν' ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν οἰκίαν σχῇ καλὴν, ἀλλὰ τὴν σάρκα, τὸ σκῆνος τῆς ψυχῆς, ἣν αὐτὸς ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν ἐτεκτήνατο. Σκοπεῖσθαι δέ σε, ὦ σοφώτατε Ἀγλαοφῶν, οὑτωσὶ χρή. Πάντως δὲ ῥᾷστα μαθήσῃ τοῦτο, ἐὰν ἐπὶ τὴν τοῦ καθεύδειν εἰκόνα πρόςσχες καὶ ἀνίστασθαι. Εἰ γὰρ τὸ ὑπνοῦν ἀπὸ τοῦ ἐγρηγορέναι καὶ τὸ ἀνίστασθαι ἀπὸ τοῦ καθεύδειν γίνεται, καὶ τοῦτο ἀναστάσεως καὶ θανάτου μελέτη,

Ὕπνῳ γὰρ καὶ θανάτῳ διδυμάοσιν — —,

ἀνάγκη δὴ καὶ τὸ [2] ἀναβιώσκεσθαι εἶναι ἐκ τοῦ τεθνάναι, εἰς τὸ ζῆν τὴν σάρκα, εἴπερ καὶ τὸ ἀνεγείρεσθαι ἐκ τῶν καθευδόντων. Ὡς γὰρ ἐκ τοῦ καθεύδειν τὸ ἐγρηγορέναι γίνεται, καὶ οὐ πάντως ὁ καθεύδων ἐν τῷ αὐτῷ διαμένει σχήματι ἀεὶ καθεύδων, ἀλλὰ αὖθις ἀνίσταται, οὕτως καὶ τὸ ζῆν ἐκ τοῦ ἀποθανεῖν συμβήσεται, καὶ οὐ πάντως ὁ ἀποθανὼν, ἐπειδὰν ἀποθάνοι, ἐν τῷ αὐτῷ μένει. Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ κοιμᾶσθαι τὸ ἐγρηγορέναι, καὶ ἐκ τοῦ πεσεῖν τὸ ἀνεγερθῆναι, καὶ ἐκ τοῦ καταβληθῆναι τὸ ἀνοικοδομηθῆναι, τίς μηχανὴ καὶ ἐκ τοῦ κλιθέντος μὴ οὐχὶ προςδοκᾶν τὸ ἀναστήσεσθαι, καὶ ἐκ θανόντος τὸ ἀναστήσεσθαι; Καὶ γὰρ ἡμεῖς ταῦτα οὐκ ἐξαπατώμενοι ὁμολογοῦμεν, ἐκ τῶν τεθνεώτων σωμάτων τὸ ἀναβιώσκεσθαι συμβαίνειν. Καὶ μὴ μόνον τοῦτο, εἰ βούλει, ἀπὸ τοῦ καθεύδειν σκόπει καὶ ἀνίστασθαι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν σπερμάτων καὶ φυτῶν ὡς ἐν πᾶσιν αὐτοῖς ἡ ἀνάστασις κα-

Cap. XLIV. — 1. δεῖ, *quod vulgo desideratur, repetii ex vocabulo* δείμασθαι.

cumque aliquid disserere videatur. Verum demus hoc illi, ut mortalem esse animam definiat. Iam duorum alterum poni necesse est, aut vere pronuntiasse dominum, cum immortalem esse animam docuit, et si eandem corrumpi falsissime praedicari, aut illam certe revera corrumpi, adeoque immortalem illam atque exitio carentem esse perperam docuisse Christum, tum in illa divitis ac pauperis historia, tum in altera, in qua Moses atque Elias apparuit. Atqui nihil temere locutus est, neque mentitus est dominus. Non enim, ut apostolis illuderet, inane iis simulacrum ac ludicram speciem ostendit, cum in monte Eliam ac Moysem exhibuit, sed quod re ipsa erant sine ullo mendacio patefecit. Unde vel imperitissimus quisque, ut uno verbo dicam, intelligere potest immortalem ab ipso et exitii immunem animam esse confirmari. Matth. 17.

Cap. XLIV. (XXXVII.)

Corporis itaque resurrectio est, non animae, ut corruptionem lapsum *Davidis tabernaculum resurgat;* atque ubi constiterit, et instauratum fuerit, *sicut dies seculi*, inviolabile deinceps ac sempiternum permaneat. Neque vero deum arbitrari debemus lapideam velle domum Davidis exstruere, neque in coelesti regno eximium aliquod domicilium construere, sed de carne loqui, quod animae tabernaculum est, quod quidem suis ipse manibus molitus est. Tu vero, sapientissime Aglaophon, hunc ad modum ista considera. Facillime enim illa animo perceperis, si ad dormientium et expergiscentium similitudinem attendis. Nam si somnus vigiliam sequitur, et somnum expergefactio, idque resurrectionis ac mortis est nonnulla meditatio, quippe Amos. 9, 11.

*Et somno et morti geminis* — —, Hom. Il. XVI, 672.

perinde necessarium est ut et reviviscere morte sit posterius, ut corporis vita succedat, cum et excitari e dormientibus quispiam dicatur. Etenim ut e somno vigilia sequitur, et qui dormit non in eodem omnino habitu persistit, ut assidue dormiat, sed subinde consurgit, ita et ex morte vita consequetur, nec omnino qui mortuus est post mortem eodem in statu perseverat. Cum enim post somnum vigilia succedit, et post lapsum excitatio et post demolitionem instauratio, nonne et ab eo quod inclinavit, quodque mortuum est, expectanda resurrectio est? Non enim haec nos frustra confitemur, posteaquam emortua corpora sunt, denuo reviviscere. Quod ipsum non in somno solum et expergefactione, sed in seminibus ac stirpibus intuere, si lubet, quemadmodum resurrectionem haec omnia prae-

2. ἀναβιῶσθαι cod. Rhedig.

ταγγέλλεται. [3] Κατάμαθε γὰρ τὰ σπέρματα, πῶς [4] γυμνὰ καὶ ἄσαρκα βάλλεται εἰς τὴν γῆν, καὶ τελεσφορούμενα πάλιν ἀποδίδοται. Ἐπεὶ εἰ θνήσκοι μὲν καὶ σήποιτο τὰ σπέρματα, ἐκ δὲ τῶν σπερμάτων μηκέτι τὸ ἀναζῆν καὶ φύειν γένοιτο, τίς ἡ ἀποκλήρωσις, μὴ οὐχὶ πάντα καταναλωθῆναι εἰς τὸ τεθνάναι;

Κεφ. με΄. (λη΄.) Ἀλλὰ γὰρ περὶ τούτων πλείω λέγειν τὰ νῦν, ὦ κράτιστε Θεόφιλε, παρήσωμεν, καὶ οἱ λοιποὶ κριταὶ τῶν λόγων· λάβωμεν δὲ καὶ τὰ τούτοις ἐφεξῆς ἀκόλουθα, ὡς ἀφέστηκε τοῦ δέοντος μακράν. Ὁ θεὸς γὰρ αὐτῷ [1] πάλιν αὐτὰς τὰς ψυχὰς ἐν τῇ κατὰ τὸν [2] ἑξηκοστὸν πέμπτον Ψαλμὸν προφητείᾳ, βεβιασμένως αὐτὴν καὶ ἀνοικείως ἐκτιθεμένῳ, [3] ὡς εἰς παγίδα τὴν σάρκα δίκην ὑφέξουσαν τῶν ἡμαρτημένων ἐμβιβάζει. Ὅπερ [4] ἀτοπίας μᾶλλον ἢ ὀρθοδοξίας ἐστίν. Εἰ γὰρ πρὸ τῆς παραβάσεως, καθάπερ ἤδη καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐξεθέμεθα, [5] σώματα ἐκέκτηντο αἱ ψυχαί, πῶς εἰς παγίδα ὕστερον, μετὰ τὴν παράβασιν, εἰς σῶμα ἐμβιβάζονται, οὐκ ὄντος χρόνου ἐν ᾧ πρὶν αὐτὰς [6] τὸ σῶμα λαβεῖν ἐξημάρτοσαν; οὐ γὰρ ἔμφρονος ὁτὲ μὲν ὡς διὰ τὸ
pag. 571. σῶμα λέγειν τὰς ψυχὰς ἡμαρτηκέναι, ὁτὲ δέ, ἐπειδήπερ ἡμάρτησαν, διὰ τοῦτο καὶ δεσμὸν αὐτὸ καὶ παγίδα πρὸς κατάκρισιν γεγονέναι. Εἰ γὰρ διὰ τὸ σῶμα ἥμαρτον, συνῆν ἄρα ἐξ ἀρχῆς αὐταῖς καὶ πρὸ τῆς ἁμαρτίας τὸ σῶμα. Πῶς γὰρ διὰ τοῦτο ἡμάρτανον ὃ μὴ ἦν μηδέπω; Εἰ δὲ παγὶς πάλιν αὐτῷ τὸ σῶμα καὶ πέδαι νομίζεται καὶ δεσμός, οὐκέτι τὸ συναμφότερον αἴτιον, ἀλλὰ ψυχὴ μόνη, [7] ἁμαρτήσασα. Τί γὰρ μετὰ τὸ ἁμαρτῆσαι τῷ ἁμαρτήσαντι; δεσμὰ καὶ παγίδες καὶ πέδαι κατασκευάζονται. Ἀλλὰ μὲν δὴ ὡμολογήσαμεν μὴ δύνασθαι δεσμὸν εἶναι τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς, ἐπειδὴ τὸ μὲν σῶμα πρὸς ἑκάτερα, καὶ πρὸς τὸ δίκαιον καὶ ἄδικον, συνεργεῖ, ὁ δὲ δεσμὸς εἴργει τοῦ ἀδικεῖν, ὥςτε, ὅπερ λέγω, δυοῖν θάτερον. Ἢ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἡμάρτομεν μετὰ σώματος καὶ οὐ φαίνεται χρόνος ἐν ᾧ ἐκτὸς ὑπήρξαμεν σώματος, καὶ συναίτιον τὸ σῶμα καὶ κακῶν τῇ ψυχῇ καὶ ἀγαθῶν, ἢ χωρὶς σώματος ἡμάρτομεν διαγόντες, καὶ ἀναίτιον τὸ σῶμα κακίας ἐκ παντός. Ἀλλὰ χωρὶς σώματος ὑπὸ ἀλόγου ἡδονῆς οὐ κρατεῖται ἡ ψυχή, ἐκρατήθησαν δὲ οἱ πρωτόπλαστοι ἀλόγῳ δελεασθέντες ἡδονῇ. Ἦν ἄρα ἡ ψυχὴ μετὰ σώματος καὶ πρὸ τῆς ἁμαρτίας.

3. Καταμάθετε *cod. Venet.*
4. γυμνὰ καὶ ἄσαρκα *cod. Venet.* γυμνά, φησί, καὶ ἄσαρκα *cod. Rhedig., et editi libri. Defendit hanc scripturam Gatakerus Advv. Misc. pag.* 804., *contra Petavium, qui* φύσει *suspicatus est reponendum pro* φησί, *apostolicum videlicet dictum (I. Corinth.* 15, 37.) *significari ratus. Idem vocem* ἄσαρκα, *nisi exilia explicaretur, non suspectam se negavit habere.*

CAP. XLV. — 1. πάντας ψυχὰς *cod. Venet.*
2. ἑξηκοστὸν πέμπτον ψαλμὸν προφητείᾳ *cod. Venet. Vulgo* ἑξηκοστὸν ψαλμὸν προφητείᾳ καὶ πέμπτον.
3. *Post vocem* ὡς *cod. Rhedig. et editi libri pergunt* φησί, τὴν ἀνάστασιν *cett., quae sunt cap.* 17. *Vulneri medelam attulit cod. Venetus. Cf. quae annotavi ad cap.* 17. *et* 24. — *Ceterum verba* αὐτῷ - - ἐκτιθεμένῳ *de Origene esse intelle-*

dicare videantur. Aspice semina, quae nuda ac carne destituta terrae mandantur, dehinc perfecta consummataque redduntur. Nam si morerentur quidem ac putrescerent semina, ne ex his quicquam revivisceret ac pullularet aliud, quae sors esset alia rerum atque conditio quam ut omnia morte consumpta penitus occiderent?

Cap. XLV. (XXXVIII.) Sed de his pluribus disputare, optime Theophile, vosque ceteri sermonum nostrorum arbitri, in praesentia supersedebimus. Quae vero iis consentanea ac consequentia sunt, quomodo scilicet procul ab scopo aberrarit, deinceps videamus. Etenim ille de animis disserens ad Psalmum LXV., quem violenta quadam interpretatione alienaque declarat. Resurrectionem, animam ut delictorum suorum poenas exsolvat, in hanc carnem velut in laqueum coniici; quod stultitiae magis quam sincerae fidei tribuendum est. Nam cum ante violatum dei mandatum, ut antea monstravimus, corporibus praeditae fuerint animae, quonam pacto secundum delictum includi corpore potuerunt, in quo, priusquam corpus induerent, in peccatum prolapsae sunt? Neque vero sui compos est qui alias propter corpus peccasse putat animas, alias, postquam peccaverint, eodem illo corpore tanquam vinclis ac compedibus fuisse damnatas. Si enim propter corpus deliquerint, cum eo vel ante peccatum coniunctae fuerint oportet. Alioqui propter id quod nondum extiterat peccasse quomodo potuerunt? Quod si vinculi loco compedisque corpus est animae, non iam utrique simul est, sed animae duntaxat peccati caussa tribuenda. Quid est enim quod secundum peccatum ei qui peccarit infligitur? Vincula nimirum ac compedes parantur. Nos autem paulo illud ante fatebamur, corpus animae vinculum esse non posse, quoniam ad utrumque, tam iustum scilicet quam iniustum, ministerio corporis adiuvantur. At vinculum ab eo quod iniustum est committendo nos prohibet. Ex quo alterum, uti diximus, e duobus sequitur: aut enim initio cum corpore peccavimus, nec ullum tempus apparet quo sine corpore fuerimus, estque bonorum malorumque caussa cum anima communiter corpus: aut tum peccatum admisimus, cum citra corpus degeremus, ut ab omni malitiae culpa corpus immune sit. Atqui nulla sine corpore rationis experte voluptate capi anima potest; cuiusmodi primi nostri parentes illecebra capti supe- Gen. 3. ratique sunt. Anima igitur corpori coniuncta fuit etiam ante peccatum.

*genda nemo non videt.*

4. *Vocem* ἀτοπίας, *quae excidit, restitui ex cod. Veneto.*

5. σῶμα *cod. Venet.*

6. *Libri vulgo habent* τῷ. *Correxi* τὸ, *quod sententia postulat.*

7. ἁμαρτήσασα *scripturam libri vetusti, nescio cuius, annotatam inveni in marg. exempli Schottiani.* ἁμαρτήσαν *vulgata scriptura est.*

Κεφ. μϛ'. *Περὶ γὰρ τοῦ μὴ ἐγχωρεῖν αὐτὸ νομίζεσθαι διὰ τὴν παράβασιν δεσμὸν ἐπὶ τιμωρίᾳ γεγονότα, ἵν' ἄκρατον ἡ ψυχὴ καὶ συνεχῆ κατ' αὐτοὺς βάσανον ἔχῃ νεκροφοροῦσα, δοκῶ μοι πλήρη ταῦτα ἤδη μετὰ πάσης ἀποδείξεως δεδηλωκέναι. Ὅθεν ἀσύστατον καὶ ἀνένδεκτον τὸ μὲν σῶμα παγίδα τίθεσθαι καὶ δεσμὰ, τὸν δὲ θεὸν εἰςάγειν τὰς ψυχὰς εἰς τὴν παγίδα, δίκην ὑφεξούσας, ἄνωθεν ἐκ τρίτου ἐκβάλλοντα οὐρανοῦ, ὅτι ἄνωθεν παρήκουσαν τῆς ἐντολῆς. Πρὸς τί γάρ τις βλέψας πιστεύσειεν τοῖς οὕτω ὑπ' αὐτῶν προπετῶς εἰρημένοις; καίπερ οὐκ ἔχοντος οὕτως τοῦ Ψαλμοῦ, κἂν βεβιασμένως αὐτὸν ἐκτίθενται. Αὐτὰ δὲ προοίσω τὰ ἐγκείμενα, ἵνα [1] δὴ καὶ τὸ μυθῶδες αὐτῶν τῆς ἐξηγήσεως φανῇ, ὀρθῶς μὴ θελόντων νοεῖν τὰς γραφάς. Εἰσὶ γὰρ οὕτω πως δήπου λεχθέντα· Δοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον· εἰςήγαγες ἡμᾶς εἰς τὴν παγίδα, ἔθου θλί-*
pag. 572. *ψεις ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν· ἐπεβίβασας ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν· διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. Καὶ εὐθέως ἐπιφέρουσι· Ταῦτα δὲ ὑπὸ τῶν ψυχῶν εἴρηται, τῶν εἰς τὴν παγίδα τὸ σῶμα, ὡς εἰς ἀγώνισμα, κατενεχθεισῶν ἐκ τοῦ τρίτου οὐρανοῦ, ἔνθα ὁ παράδεισος. Τὸ γὰρ, Διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, ἤτοι, [2] φησὶ, τὴν διὰ μήτρας εἰς τὸν κόσμον τῆς ψυχῆς πάροδον δηλοῖ, ἐπειδήπερ ἐν φλογὶ τοσαύτῃ καὶ ὑγρασίᾳ καταγίνεται, ἢ τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν κατάπτωσιν ἐπὶ τὸν βίον, διερχομένην τὰς πηγὰς τοῦ πυρὸς καὶ τὰ ὑπὲρ τὰ νῶτα τοῦ στερεώματος ὕδατα. Πρὸς οὓς ἠξίουν ἐνίστασθαι. Φέρε γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν, ὦ Ἀγλαοφῶν, αὐτὸς ποίησαι τὴν ἀπόκρισιν, τί λέξουσι.*

Κεφ. μζ'. *Πρῶτον γὰρ ὁ Παράδεισος, ὅθεν καὶ ἐξεβλήθημεν ἐν τῷ πρωτοπλάστῳ, ἐκ ταύτης ἐστὶ τῆς γῆς προδήλως τόπος ἐξαίρετος, πρὸς ἄλυπον ἀνάπαυσιν καὶ διαγωγὴν τοῖς ἁγίοις ἀφωρισμένος κρείττονα. Ἀπ' αὐτοῦ καὶ τὸν Τίγριν καὶ τὸν Εὐφράτην καὶ τοὺς λοιποὺς ποταμοὺς τοὺς ἐκεῖθεν προχεομένους ἐνταῦθα φαίνεσθαι τῶν ῥευμάτων τὰς διεκβολὰς εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς ἤπειρον ἐπικλύζοντας. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἄνωθεν καταράσσονται χεόμενοι· ἐπεὶ οὐδὲ ὑπέστη ἂν ἡ γῆ ὄγκον τοσοῦτον ἀθρόως ἐξ ὕψους καταφερόμενον ὑποδέξασθαι ὕδατος. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἀπόστολος ὑποτίθεται τὸν Παράδεισον εἶναι ἐν τρίτῳ οὐρανῷ τοῖς λεπτῶν ἀκροᾶσθαι λόγων ἐπισταμένοις. Οἶδα γὰρ ἁρπαγέντα ἕως τρίτου, λέγων, οὐρανοῦ, καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, εἴτε ἐν σώματι, εἴτε χωρὶς σώματος, ὁ θεὸς οἶδεν, ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν Παράδεισον, δύο ἀποκαλύψεις μεγάλας ἑωρακέναι μηνεῖ, δὶς ἀναληφθεὶς ἐναργῶς, ἅπαξ μὲν ἕως τρίτου οὐρανοῦ, ἅπαξ δὲ εἰς*

CAP. XLVI. — 1. *Vulgo* δὲ, *quod uncinis notavit Petavius.*

Quod enim absurdum sit, poenae loco corpus animae post peccatum tanquam vinculum fuisse constitutum, ut addicta mortuo gerendo anima mero quodam supplicii genere ac sempiterno ex illorum opinione crucietur, videor illud hactenus abunde copioseque demonstrasse. Quare minime cohaerens ac probabile videtur laquei ac vinculi instar esse corpus, in quod animas deus supplicii caussa nihilominus inserat, quas e tertio coelo deturbarit, quod mandatum suum illo in loco violarint. Quid est enim, quo tam temere haec ab illis affirmata persuaderi possint? Cum praesertim nihil eiusmodi Psalmus ille contineat, tametsi per vim eius sententiam detorquere conentur? Sed eadem illa verba libet afferre, quo illorum interpretatio quam inanibus sit referta fabulis appareat, qui scripturarum rectam intelligentiam repudiant. Haec enim illo in Psalmo leguntur: *Probasti nos deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum: induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra: transivimus per ignem, et aquam, et eduxisti nos in refrigerium.* Quibus statim adiiciunt, His animae sermonibus utuntur, quae in corpus velut in laqueum, e tertio coelo ubi et Paradisus est, ad certamen delatae sunt. Nam iis verbis, *Transivimus per ignem et aquam*, aut animae maternum per uterum in hunc mundum transitus exprimitur, quod in tanto incendio atque humore versetur, aut eiusdem in hanc vitam e coelo lapsus ostenditur, in quo cum ignis veluti fontes, tum illam, quae supra firmamentum est, aquarum vim copiamque transmittit. Contra quos visum est mihi disputare. Age itaque, Aglaophon, tu pro illis quae afferri ab iis possunt respondeas. Cap. XLVI. Ps. 65, 10.

Inprimis enim Paradisus ille, de quo in primo nostro parente deiecti fuimus eximius quidam haud dubie hac in terra locus est, et ad exquisitam quandam ac iucundissimam piorum requiem habitationemque secretus. Indidem porro Tigris et Euphrates ceteraque flumina proficiscuntur, quorum in continentem nostram derivationes ac decursus exundant. Non enim in terras e coelo delapsa praecipitant. Neque enim tantam aquarum molem cum ingenti ex alto impetu depressam sustinere terra potuisset. Sed nec apostolus Paradisum tertio in coelo collocat, si quis illius verba subtili quadam intelligentia penetrare possit. *Novi*, inquit, *hominem raptum ad tertium coelum, et eundem novi hominem, sive in corpore, sive extra corpus, deus scit, quoniam raptus est in Paradisum.* Quibus verbis duo sibi maximi momenti patefacta significat, cum bis perspicue esset assumptus, primum tertium in coelum, deinde in Paradisum. Cap. XLVII. 2. Cor. 12, 2.

2. Fortasse φασι.

τὸν Παράδεισον. Τὸ γὰρ, Οἶδα ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ, ἰδίως ἀποκάλυψιν αὐτῷ κατὰ τὸν τρίτον ἀναληφθέντι πεφηνέναι συνίστησι· τὸ δὲ, Καὶ οἶδα, πάλιν ἐπιφερόμενον, τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, εἰς τὸν Παράδεισον, ἑτέραν αὖθις αὐτῷ πεφανερῶσθαι κατὰ τὸν Παράδεισον ἀποκάλυψιν δείκνυσι. Τερετισμὸς οὖν ἐστι καὶ τραγικολογία τὸ καταβάλλεσθαι λέγειν τὰς ψυχὰς ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ διαβαίνειν τοῦ πυ-
pag. 573. ρὸς τὰς πηγὰς καὶ τὰ ὕδατα τὰ ὑπὲρ τὰ νῶτα τοῦ στερεώματος, εἰς τὸν καθ᾽ ἡμᾶς φερομένας κόσμον. Ἐπεὶ μηδὲ ὁ Ἀδὰμ ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐξεβλήθη, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ κατὰ ἀνατολὰς ἐν Ἐδὲμ πεφυτευμένου Παραδείσου. Οὐ γὰρ πρὸ τῆς ἐνσωματώσεως τὸ παράπτωμα, καθάπερ ἐδείξαμεν ἱκανῶς, οὐδ᾽ αὐτὸ σῶμα παγὶς τοῦτο, ἀλλὰ μετὰ τὴν εἰς τὸ σῶμα σύμφυσιν τῆς ψυχῆς γίνεται τὸ παράπτωμα, ὅτι τοῦτο συναμφότερον ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἡ ἐκ τοῦ Παραδείσου κατάπτωσις ἐνθάδε. Ὁ δὲ ὅλως οὐ προσέσχεν ἐπιμελέστερον, Ἀγλαοφῶν, τῷ λόγῳ, ἀλλὰ διετείνατο περὶ πραγμάτων διανόησιν οὐκ ἐχόντων ἐπιχείρησιν, κατὰ τὰς δόξας ἐξηγήσασθαι τῶν φαύλων τὸν Ψαλμὸν, περὶ ὧν λέγειν πλείω παρήσομεν.

Κεφ. μη΄. Βούλομαι γὰρ, ἐπειδὴ ἅπαξ εἰς τὸ διευθῦναι τὴν μοχθηρίαν αὐτῶν ἥκομεν, ἀπογυμνῶσαι καὶ ταύτης αὐτοῖς τῆς προφητείας τὴν πρόφασιν. Ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεὸς, καὶ ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. Δοκιμασθέντες διαρκῶς οἱ μάρτυρες ἐν ταῖς κατὰ τοὺς πειρασμοὺς τῶν βασάνων προσβολαῖς (τὰ πολλὰ γὰρ εἰς τὴν καθ᾽ ἡμᾶς αἱ προφητεῖαι πίστιν πληροῦνται), καὶ εὐσεβῶς καὶ ἐρρωμενέστατα διαθλήσαντες εὐχαριστοῦσι τὸ, Ἐδοκίμασας ἡμᾶς, λέγοντες τῷ θεῷ, ὃς, ἵνα τὴν δόξαν παρ᾽ αὐτῷ κτήσωνται μείζονα, διὰ πολλῶν αὐτοὺς ἤλεγξε πόνων, τὸν ἀληθῶς Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα νικῆσαι προσθείς. Καὶ ἐπισκέψασθε ὡς τούτοις συνῳδὰ σαφῶς τοῖς λόγοις περὶ τῶν μαρτύρων καὶ ὁ Σολομὼν ἀναφθέγγεται (οὐ γὰρ ἀμάρτυρος ὁ λόγος καὶ ἄλλων γραφῶν), ὅτι, Ὁ θεὸς ἐπείρασεν αὐτοὺς, καὶ εὗρεν αὐτοὺς ἀξίους ἑαυτοῦ, ὡς χρυσὸν ἐν χωνευτηρίῳ ἐδοκίμασεν αὐτοὺς, καὶ ὡς ὁλοκάρπωμα εὐωδίας προσεδέξατο αὐτοὺς, καὶ ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν, πρόσθεν εἰπὼν, Καὶ γὰρ ἐὰν ἐν ὄψει ἀνθρώπων κολασθῶσιν, ἡ ἐλπὶς αὐτῶν ἀθανασίας πλήρης, καὶ ὀλίγα παιδευθέντες μεγάλα εὐεργετηθήσονται. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ρκγ΄ Ψαλμῷ τὸ εἰρημένον, Εἰ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ᾽ ἡμᾶς, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς· χειμάρρουν διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ἄρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον· εὐλογητὸς κύριος, ὃς οὐκ ἔδωκεν ἡμᾶς εἰς θήραν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν· ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐρρύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων· ἡ παγὶς συνετρίβη, καὶ

Haec enim verba, *Scio raptum huiusmodi usque ad tertium coelum,* peculiare quiddam, cum ad tertium coelum esset evectus, ostensum illi esse demonstrant. At illud quod subiicitur: *Et scio huiusmodi hominem sive in corpore, sive extra corpus, quoniam raptus est in Paradisum,* aliud rursus in Paradiso patefactum ipsi atque indicatum demonstrat. Quocirca canorae istae nugae sunt, et ad pompam speciemque tragice confictae, demitti e coelo animas asserere, atque in hunc inferiorem orbem delapsos igneos fontes et aquas, quae supra firmamentum eminent, transcurrere. Nam et Adamus neutiquam e coelo deiectus est, sed ex eo Paradiso qui in Eden fuerat ad orientem consitus. Non enim, antequam corpus indueret, peccatum contigit, ut abunde ante docuimus, neque corpus ipsum laquei instar affixum est. Sed tum denique peccatum est admissum, cum in unum corpus animaque coaluissent, propterea quod ex utroque hominis natura conflatur, estque in hunc locum e Paradiso facta deportatio. Ille vero, o Aglaophon, non attente admodum in illius loci sententiam incubuit, sed ea disputando affirmare instituit, quae percipi nullo modo possunt, atque ex pravorum hominum opinione explicare Psalmum illum aggressus est. Gen. 3.

Libet enim, quandoquidem semel ad illorum reprehendendam nequitiam devenimus, illius oraculi declarare mentem. *Probasti nos,* inquit, *deus, et igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.* Ubi martyres, qui tormentis ac cruciatibus admotis assidue probantur (saepe enim prophetarum responsa in fide nostra ac religione complentur), postea quam pie ac fortiter certamen obierunt, iis ipsis verbis, *Probasti nos,* deo gratias agunt, qui, ut maiorem illi gloriam apud se promererentur, variis illos laboribus periclitari voluit ac vere Olympiaci cuiusdam certaminis victoriam proposuit. Quam vero consentanea iis de martyribus a Salomone pronuntiata sint, attendite. Neque enim aliarum scripturarum testimonio caremus. *Deus,* inquit, *tentavit illos, et invenit eos dignos se: tanquam aurum* Sap. 3, 5. *in fornace probavit illos, et sicut holocaustum suavitatis accepit illos, et in tempore visitationis illorum, etc.,* cum antea dixisset, *Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est: in paucis correpti magna beneficia consequentur.* Praeterea Psalmo CXXIII., cum ista dicuntur: *Nisi quia dominus erat in nobis,* Ps. 123, 2. *cum exsurgerent homines in nos, forte vivos deglutissent nos: torrentem pertransisset anima nostra aquam intolerabilem: benedictus dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum: anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, et*

Cap. XLVIII.

pag. 574. ἡμεῖς ἐῤῥύσθημεν. Οἵ μάρτυρές εἰσιν οἱ ψάλλοντες. Δύο δὲ τῶν καλλινίκων οἱ χοροὶ μαρτύρων, εἷς μὲν τῆς διαθήκης τῆς καινῆς, θάτερος δὲ τῆς παλαιᾶς, ἀντίφθογγον ὕμνον συμφώνως τῷ ὑπερμάχῳ θεῷ καὶ βασιλεῖ τῶν ὅλων ἀναπέμποντες, Ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον, εἰςήγαγες ἡμᾶς εἰς τὴν παγίδα, ἔθου θλίψεις ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν, τὸ δικαστήριον τῶν ἐθνῶν, ἢ τοὺς πειρασμοὺς καθ' οὓς ἐκθλιβέντες ἰσχυρῶς ἐδοκιμάσθησαν. Δοκίμασόν με γὰρ, φησὶ, κύριε, καὶ πείρασόν με· πύρωσον τοὺς νεφρούς μου, καὶ τὴν καρδίαν μου. Λεγέτω δὴ καὶ Ἁβραὰμ ἐπὶ τῷ μονογενεῖ πυρωθεὶς τὰ σπλάγχνα, προτιμήσας τε τὸ τοῦ θεοῦ μᾶλλον πρόσταγμα, μετὰ τὸ ἀκοῦσαι, Ἁβραὰμ, φεῖσαι τοῦ παιδός σου, ἀποῤῥίψας τὸ ξίφος, Ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. Λεγέτω καὶ Ἰὼβ μετὰ τὸ ἀποῤῥεῦσαι τὴν σαπρίαν καὶ ὀνειδισθῆναί τε ὑπὸ τῶν φίλων καὶ ἀλγῆσαι τὸ σῶμα, διὰ λαίλαπος ἀκούσας λαλοῦντος αὐτῷ τοῦ θεοῦ, Οἴει με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα φανῇς δίκαιος; Ἔθου θλίψεις [1] ἐναντίον ἡμῶν, κύριε, ἵνα ἡμᾶς ὡς χρυσὸν ἐν χωνευτηρίῳ δοκιμάσῃς. Λεγέτωσαν καὶ οἱ τρεῖς ἐν τῇ καμίνῳ παῖδες δροσιζόμενοι, ἵνα μὴ καταφλεχθῶσιν ὑπὸ τοῦ πυρὸς, Ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον· διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν· ὡς εἰπεῖν κἀμοὶ τῷ Μεθοδίῳ, Ὁ θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ αἰώνιος, ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου διαβάντι τὸ πῦρ ἀναλγητὶ, καὶ τῶν ὑδάτων εἰς τὴν καυστικὴν [2] μεταβληθέντων φύσιν, ὑπεξαλύξαντι τὰς ὁρμὰς, Διῆλθον διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγές με εἰς ἀνάψυξιν. [3] Σὴ γὰρ αὕτη τοῖς ἀγαπῶσί σε ἡ ἐπαγγελία· Ἐὰν διαβαίνεις δι' ὕδατος, μετὰ σοῦ εἰμι, καὶ ποταμοὶ οὐ συγκλείσουσί σε· κἂν διαβαίνῃς διὰ πυρὸς, οὐ μὴ κατακαύσει σε. Ἀλλὰ γὰρ περὶ τῆς κατὰ τὸν Ψαλμὸν ἐξηγήσεως ἅλις ἔχει ταῦτα.

Κεφ. μθ'. Εἰς δὲ ἐκεῖνο διασκεπτέον, ἐν ᾧ πολυμόρφως ἐμφανταζόμενοι ἀπάταις, καθευδόντων τρόπον, ἀποφαίνονται τὸν ἀπόστολον εἰρηκέναι, Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτὲ, καὶ βοῶσι, Τὴν πρὸ τῆς ἐντο-
pag. 575. λῆς ἡμῶν ἐν τῷ πρωτοπλάστῳ διαγωγὴν πρὸ σώματος ἔφη, ὡς τὰ ἐπιφερόμενα συνίστησιν, Ἐγὼ δὲ σάρκινός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν· ὅτι μὴ ἄλλως ὁ ἄνθρωπος ἄρχεσθαι ἠδύνατο καὶ κυριεύεσθαι ὑπὸ τοῦ κακοῦ, πραθεὶς αὐτῷ διὰ τὴν παράβασιν, εἰ μὴ σάρκινος ἦν γεγονώς. Ἄληπτος γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ, φησὶ, τῇ ἁμαρ-

Cap. XLVIII. — 1. *Petavius suspitus est* ἐν νώτῳ. 2. μεταβληθέντων *emendavit Petavius. Libri vulgo* μεταβληθέντες.

*nos liberati sumus.* Martyres Psalmum illum pronuntiant. Duplex porro triumphantium martyrum chorus est. Alter enim ad novam testamentum; alter ad vetus pertinet, qui quidem in patroni ac regis omnium dei honorem alterna invicem huius hymni modulatione respondent. *Probasti nos deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum: induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro.* Ubi tribunalia gentilium ac tentationes significant, quibus vexati ac velut igne percocti validissime probati sunt. *Proba me enim,* inquit, *deus, et tenta me; ure renes meos et cor meum.* Liceat et haec Abrahamo dicere, cum unigenae filii gratia illius viscera, veluti quodam igne torrerentur, ac maiorem divini mandati rationem haberet. hunc, inquam, Psalmi locum usurpet, postquam vocem illam accepit, *Abraam, parce filio tuo, et gladium abiice:* Gen. 22, 12.
*probasti nos deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.* Eadem et Iob verba proferat, posteaquam et illius corpus purulenta sanie distillavit, et amicorum probra pertulit, et corporis cruciatibus affectus est, cum per procellam loquentem sibi deum exaudisset, *Num tu me aliam ob caussam tibi locutum arbitraris, quam ut iustus* Iob. 40, 8.
*appareas?* Dicat inquam, *Posuisti tribulationes coram nobis, domine, ut nos tanquam in fornace aurum probares.* Item et tres in fornace pueri concinant rore perfusi, ne incendio concrementur. *Probasti* Dan. 3.
*nos deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Transivimus per ignem, et aquam; et eduxisti nos in refrigerium.* Quod utinam et mihi Methodio usurpare aliquando liceat omnipotens et aeterne deus pater Christi, cum in die tua per ignem sine ullo dolore transiero, et aquarum, quae inurendi naturam mutatae sint, impetum effugero: *Transivi per ignem et aquam, et eduxisti me in refrigerium.* Haec est enim tui amantibus a te edita promissio: *Si transieris per* Isai. 43, 2.
*aquam, tecum sum, et flumina non concludent te: et si transieris per ignem, non combureris; flamma non comburet te.* Sed de Psalmi illius interpretatione abunde hactenus est dictum.

Nunc illud considerandum est, in quo variis somniis dormien- Cap. XLIX.
tium more delusi apostolum haec dixisse iactitant: *Ego autem vive-* Rom. 7, 9.
*bam aliquando sine lege,* statimque clamitant illam primi nostri parentis ante corpus legisque praescriptionem vitam esse declaratam, ut quae sequuntur fidem faciunt: *Ego vero carnalis sum, venumdatus sub peccatum.* Quoniam sub peccati potestatem ac dominatum redigi aliter homo non poterat, eique violato mandato venumdari nisi carne praeditus extitisset. Nam anima per sese nullo peccato corripi po-

3. Σή *cod. Rhedig. Vulgo* σύ.

τίᾳ. Διὸ δριμέως ἐπήγαγε τὸ, Ἐγὼ σάρκινός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, πρόσθεν εἰπὼν τόδε, Ἐγὼ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ. Θαῦμα μὲν τοῖς πολλοῖς ταῦτα λεγόντων αὐτῶν τότε ὑπεδύετο, καὶ κατάπληξις, νῦν δὲ προκυψάσης εἰς τὸ φανερώτατον ἤδη τῆς ἀληθείας οὐ μόνον μακρῷ πλανώμενοι καταφαίνονται, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς ἄκρας ἀναβαίνοντες βλασφημίας. Δόντες γὰρ ἀσωμάτως τὰς ψυχὰς πρὸ τῆς ἐντολῆς βεβιωκέναι, ἀλήπτους τε εἶναι καθ' ἑαυτὰς ἐκ παντὸς τῇ ἁμαρτίᾳ, διανοηθέντες πάλιν ἀνέτρεψαν τὸν λόγον, ἑαυτοὺς δὲ πολὺ μᾶλλον. Τὰ γὰρ δὴ σώματα κατασκευάζουσιν αὐταῖς ὕστερον ἐπὶ τιμωρίᾳ, διὰ τὸ πρὸ σώματος αὐτὰς ἡμαρτηκέναι. Καὶ δὴ καὶ λοιδορήσεις τε ἐπῆλθον αὐτοῖς δεσμοῖς ἀπεικάζουσι καὶ πέδαις τὸ σῶμα, ἄλλα τε ἀνόητα εἰπεῖν. Νῦν δὲ, ὅπερ εἴρηται, πᾶν τοὐναντίον ἔχει. Χρὴ γὰρ πρὸ τῆς ἁμαρτίας τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν μετὰ σώματος, [1] ἐπειδὴ ἄληπτος οὖσα ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν τῇ ἁμαρτίᾳ οὐκ ἂν ἥμαρτεν ὅλως πρὸ τοῦ σώματος. Εἰ δὲ ἥμαρτεν, οὐκ ἦν ἄληπτος καθ' ἑαυτὴν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ καὶ εὐάλωτος μᾶλλον καὶ εὔληπτος. Διὸ καὶ πάλιν, κἂν μὴ λάβῃ τὸ σῶμα τοῦτο, ἁμαρτήσεται, ὥσπερ γε καὶ πρὸ τοῦ λαβεῖν αὐτὸ ἥμαρτεν. Διὰ τί δὲ ὅλως καὶ τὸ σῶμα ἐλάμβανεν ὕστερον μετὰ τὸ ἡμαρτηκέναι; ἢ τίς αὐτῇ χρεία σώματος ἦν; Εἰ μὲν οὖν ἵνα βασανίζηται καὶ ἀλγῇ, πῶς μᾶλλον ἐντρυφᾷ καὶ ἀκολασταίνει μετὰ σώματος; πῶς δὲ καὶ τὸ αὐτεξούσιον εἶναι ἐν τούτῳ φαίνεται ἔχειν τῷ κόσμῳ; Ἐφ' ἡμῖν γὰρ τὸ πιστεῦσαι κεῖται καὶ τὸ μὴ πιστεῦσαι. Ἔνθα δὲ ἐφ' ἡμῖν τὸ πιστεῦσαι κεῖται καὶ τὸ μὴ πιστεῦσαι, ἐφ' ἡμῖν τὸ κατορθώσασθαι καὶ ἁμαρτήσασθαι, ἐφ' ἡμῖν τὸ ἀγαθοποιεῖν καὶ τὸ κακοποιεῖν. Ἀλλὰ καὶ ἡ κρίσις πῶς δὴ ἐπιφέρεσθαι ὡς μέλλουσα προσδοκᾶσθαι ἔτι δύναται, καθ' ἣν ὁ θεὸς ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα καὶ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα ἀποδίδωσι, καὶ οὐχ ὡς ἤδη παροῦσα νομισθή-
pag. 576. σεται, εἴγε τὸ γεννηθῆναι μὲν καὶ εἰς σῶμα ἐλθεῖν τὴν ψυχὴν κριθῆναί ἐστιν ἤδη καὶ ἀνταπολαβεῖν, τὸ δὲ ἀποθανεῖν καὶ χωρισθῆναι τοῦ σώματος ἐλευθερωθῆναί τε καὶ εἰς ἀνάψυξιν ἐλθεῖν, διὰ τὸ πρὸ σώματος αὐτὴν ἁμαρτήσασαν ὡς εἰς κατάκρισιν καὶ καταδίκην εἰς τὸ σῶμα ἐμβιβάζεσθαι καθ' ὑμᾶς; Ἀπέδειξε δὲ διαρκῶς ἐκ περιουσίας ὁ λόγος ἀνένδεκτον εἶναι νομίζεσθαι τὸ σῶμα βασανιστήριον καὶ πέδας τῆς ψυχῆς.

Κεφ. ν'. Ἤρκει μὲν οὖν ἀπὸ τῆς γραφῆς αὐτῆς ἀποδείξαντα πρὸ τῆς παραβάσεως τὸν πρωτόπλαστον ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ὄντα καταπαύειν τὸν περὶ τούτων ἐνταῦθα λόγον. Κἀγὼ νῦν μὲν ἐπὶ κεφαλαίων αὐτὰ διεξέρχομαι, ὅσον τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπιχειρημάτων αὐτῶν εὐθῦναι

Cap. XLIX. — 1. ἐπειδὴ *rescripsi pro* ἐπεὶ ἡ *quod vulgo in libris reperitur.*

test. Ob id acute statim illud adiecit, *Ego carnalis sum venumdatus sub peccato*, cum id antea dixisset, *Ego vivebam aliquando sine lege.* Quae cum illi dicerent, plerique in stuporem admirationemque convertebantur. Iam vero posteaquam veritas est manifestissime patefacta, non modo longe eos aberrasse, sed et summam ad blasphemiam pervenisse constat. Qui cum ante praeceptum corporis expertes vixisse velint animas, nec ullo per sese peccato posse corripi, aliam deinceps in opinionem delapsi suum illud dogma vel seipsos potius everterunt. Corpora enim iisdem illis postea velut in supplicium fabricant, quod ante corpus peccaverint. Quinetiam convicia illis occurrunt, ut vinclis ac pedicis simile esse corpus affirment, aliaque stolida id genus effutiant. At vero longe, uti dixi, contrario modo sese res habet. Oportet enim etiam ante peccatum corpori consertam animam fuisse. Alioqui cum anima nullo per sese peccato affici queat, nullo pacto ante corpus peccare potuisset. Sin peccavit, falsum est nullo eam peccato per sese potuisse corripi, quinimo facile ab eo invadi expugnarique potuit. Unde et licet denuo corpus illud non accipiat, peccabit nihilominus, quemadmodum antequam cum illo coniungeretur iamdudum fecerat. Quorsum vero corpus omnino post admissum delictum capiebat, aut quid illo opus habebat? Si ut supplicio ac dolore afficeretur, cur cum corpore luxum potius deliciasque sectatur? Arbitrii vero sui libertatem quomodo retinere in hoc mundo videtur? Credere enim, aut non credere in nostra est voluntate positum. Ubi autem utrumque iuris ac voluntatis est nostrae, consequens est ut et recte agere vel peccare, boni aliquid facere vel mali, sit integrum. Quonam pacto praeterea futurum illud iudicium expectari amplius potest, quo in iudicio unicuique deus pro operum ratione ac studiorum rependet, et non potius iam adesse censebitur, si gigni ac subire in corpus animam idem est ac iudicari, et meritorum praemia percipere, emori contra atque a corpore seiungi nihil est aliud quam liberari ac refocillari; propterea quod peccato ante corpus admisso in idem illud anima, velut ad supplicium damnata, compellitur, quae vestra est sententia? Iam illud satis superque, velut ex abundanti, oratione nostra demonstratum est, fieri non posse ut corpus animae veluti carnificina ac vinculum habeatur.

Atque illud quidem sufficere videtur, quod ex sacris literis ostendimus, primum nostrum parentem, etiam ante delictum, ex corpore animaque fuisse conflatum, atque ita disputandi finem facere. Ego vero summa nunc illorum capita perstringam, duntaxat ut argumentorum, quibus utuntur, praesidia ac firmamenta convellam; ne Cap. L.

διαμιλλώμενος, ἵνα μὴ τὴν συμμετρίαν ἐκβαίνω τῶν λόγων. Πάρεστι γὰρ ἤδη σκοπεῖν ὑμᾶς, ὦ δικασταὶ, ὅτι τὸ, Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτὲ, λεγόμενον ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους, οὐ δύναται πίπτειν εἰς τὴν πρὸ σώματος κατ' αὐτοὺς διαγωγὴν τῆς ψυχῆς, καθάπερ τὰ ἐπιφερόμενα τούτοις μηνύει. Κἂν ὁ γενναῖος οὗτος ἰατρὸς τῶν ῥητῶν τὰ ἑξῆς ἀφελόμενος πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτῷ τὸν νοῦν ἐβιάσατο μεταπλάσαι τοῦ ἀποστόλου, [1] ἀνόητόν τι παθὼν λίαν καὶ παιδικόν. Ἀντὶ γὰρ τοῦ πρὸς τὰς οἰκείας συμφύσεις καὶ ἁρμογὰς τὰ μέλη τηρεῖν τῶν σωμάτων, ἵνα τὸ πᾶν ἄρτιον κατὰ φύσιν ᾖ σχῆμα τοῦ σώματος, ἠκρωτηρίασε παρελθὼν τὸν εἱρμὸν τῆς γραφῆς, καθάπερ Σκύθης ἐχθροῦ τινος ἀφειδῶς πρὸς ἀναίρεσιν κατατέμνων τὰ μέλη. Εἶεν. Πῶς οὖν ὁ ἀπόστολος, λέξουσι, ταῦτα ἀπεφήνατο, εἰ σὺ μὴ οὕτως αὐτὰ ἀπέδειξας ἔχειν; Ὅτι νόμον, εἴποιμ' ἂν, θέμενος εἶναι τὴν ἐντολήν. Δεδόσθω γὰρ πρῶτον κατὰ τὴν ὑμετέραν ὑπόθεσιν τὴν ἐντολὴν αὐτὸν νόμον εἰρηκέναι, οὐ παρὰ τοῦτο καὶ ἀσωμάτως πρὸ τῆς ἐντολῆς τοὺς πρωτοπλάστους ὑπέθετο βεβιωκέναι, ἀλλὰ χωρὶς ἁμαρτίας. Καὶ γὰρ [2] ὀλίγος ὁ ἀπὸ τῆς κτίσεως αὐτῶν ἄχρι τῆς ἐντολῆς χρόνος, ἐν ᾧ διέζησε χωρὶς ἁμαρτίας, [3] οὐκ ἐκτὸς || σώματος, ἀλλὰ μετὰ σώματος. Εὐθέως [4] γοῦν μετὰ τὴν ἐντολὴν ἐξεβλήθησαν, βραχύτατον ἐννεάσαντες ἐν τῷ Παραδείσῳ χρόνον. Ἐὰν δέ τις λαβόμενος τῆς ῥήσεως τῆς, Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν σαρκὶ, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν τὰ διὰ τὸν νόμον, λεγούσης, ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, διαβάλλειν αὐτὸν τὴν σάρκα νομίζει καὶ παραιτεῖσθαι, παραφέρητε ὅσα τοιαῦτα ἄλλα εἴρηται, οἷον, Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, ἢ τὸ, Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν, οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα τὰ τοῦ πνεύματος· τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς θάνατος, τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος ζωὴ καὶ εἰρήνη· διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται, οὐδὲ γὰρ δύναται· ὑμεῖς δὲ οὐκ [5] ἐστε ἐν σαρκὶ, ἀλλὰ ἐν πνεύματι. Λεκτέον αὐτῷ, Πότερον οὖν ἤδη ἀναλύσας ὁ ἀπόστολος ἦν ἐκ τοῦ βίου καὶ οἷς ταῦτα ἐπέστελλεν, εἰ μὴ τὴν [6] κατὰ σάρκα νῦν παρῃτεῖτο πολίτειαν, ἀλλὰ τὴν σάρκα, ἢ ὅτι ἐν σαρκὶ ἦν, [7] ἀλλὰ ἐν σαρκὶ μὴ ὄντα αὐτὸν ἐπεσταλκέναι ταῦτα; Οὐ λεκτέον. Φανερὸν γὰρ ὅτι ἦν ἐν σαρκὶ καὶ αὐτὸς καὶ οἷς ταῦτα ἐπέστελλεν. Πῶς οὖν, Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν σαρκὶ, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν τὰ διὰ τοῦ νόμου ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, ὡς οὐκ ὢν οὔτε αὐτὸς ἔτι ἐν σαρκὶ, οὔτε οἷς ταῦτα ἐπιστέλλων, λέγει; Οὐκοῦν περὶ τῆς κατὰ ἀκρασίαν πολιτείας διαλέγεται, καὶ οὐ περὶ τῆς σαρκὸς

Cap. L. — 1. ἀνόητόν τι *mea est emendatio. Libri habent* ἀνίατόν τι. *Petavio placuit* ἀνίατρόν τι.

2. ὁ λόγος *cod. Venet. vitiose.*

3. *Post verba* οὐκ ἐκτὸς *usque ad finem capitis, hoc est ad verba* καὶ οὐχὶ

modum orationis excedam. Hoc iam enim intueri potestis, iudices, haec apostoli verba: *Ego vivebam sine lege aliquando*, ex epistola ad Romanos, nequaquam ad eam vitae rationem posse convenire quam ante corpus anima consecuta fuerit, ut ex consequentibus apparet. Tametsi egregius ille medicus sacrorum verborum detractis reliquis apostoli mentem ad opinionem suam violenter transferre contendat. In quo parum medice, imo vero pueriliter, sese gessit. Cum enim sic tanquam corporum membra ad propriam commissuram ac iuncturam accommodare debuerit, ut integra ac nativa corporis figura servetur, e contrario scripturae neglecta serie mutilum corpus effecit, perinde ac Scytha hostile corpus crudeliter conficiens, membratimque concidens. Sed haec missa faciamus. Atenim dicent, Cur haec ab apostolo pronuntiata sunt, si tu ad eum modum habere se ista negaveris? Respondeo pro praecepto legem illum usurpasse. Detur enim hoc opinioni primum vestrae, praeceptum ab apostolo legem appellari. Non idcirco tamen corporis expertes ante praeceptum primos parentes fuisse statuit, sed immunes a peccato. Breve enim illud tempus fuit quod inter illorum creationem atque editi praecepti tempus intercessit, in quo sine peccato vixit, non extra corpus, sed cum corpore. Statim igitur post praeceptum sunt eiecti, ac perbreve tempus iuventute sua in Paradiso fruiti sunt. Si quis autem dictum arripiens illud, *Cum enim in carne essemus, peccatorum* Rom. 7, 5.
*per legem passiones vigebant in artubus nostris*, accusare carnem illum et reprehendere arbitratur, age proferatis quaecumque id genus alia sunt dicta, quale, *Ut iustificatio legis compleretur in nobis, qui non* Rom. 8, 4.
*carnaliter incedimus, sed spiritaliter*, vel illud, *Nam qui carnales sunt, res carnis sentiunt, qui autem spiritales, res spiritus; carnis enim sensus mors est, spiritus vero vita et pax: quippe carnis sapientia inimica deo; legi enim dei non subicitur, non enim potest: vos vero non estis in carne, sed in spiritu.* Dicendum illi, Num igitur iam decesserat apostolus de vita, et ii quibus haec mandabat, si non carnale nunc vitae genus reprehenderet, sed carnem, aut in carne fuisse quidem, sed extra carnem eum mandasse haec? Non est dicendum. Apparet enim in carne fuisse tam ipsum quam quibus haec mandabat. Quomodo igitur, *Cum enim essemus in carne, peccatorum per legem passiones vigebant in artubus nostris*, diceret, si nec ipse iam nec quibus haec mandabat in carne fuissent? Itaque de dissoluto genere

*usque, in editis libris, uti etiam in cod. Rhedig., lacuna conspicitur satis magna, quam explevi ope cod. Veneti.*
4. γ' οὖν *cod. ms.*
5. ἔσται *cod. ms.*
6. κατασάρκα *cod. ms. fere ubique.*
7. *Voce* ἀλλὰ *in cod. Veneto incip. fol. 372. r.*

αὐτῆς. Ἔθος γὰρ αὐτῷ σαρκικῶς τὸν οὕτως ζῶντα ἄνθρωπον λέγειν, καθάπερ καὶ ψυχικὸν ἄνθρωπον τὸν ἀπηλγηκότα πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀτενίσαι καὶ τὸν φωτισμὸν τοῦ μυστηρίου. Ἐπεὶ λεγέτωσαν [8] μηδὲ τὴν ψυχὴν δύνασθαι σώζεσθαι τὸ σύνολον. Γέγραπται γὰρ, Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ, μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστιν, ὁ δὲ πνευματικὸς πάντα ἀνακρίνει. Ὥςπερ ἐκεῖ ψυχικὸς εἰςάγεταί τις καὶ πνευματικὸς ἄνθρωπος, καὶ ὁ μὲν πνευματικὸς τῶν σωζομένων, ὁ δὲ ψυχικὸς τῶν ἀπολλυμένων, καὶ οὐ παρὰ τοῦτο δὴ ψυχὴ μὲν ἀπόλλυται, ἀλλὰ δὲ παρὰ τὴν ψυχὴν σώζεται, οὕτω δὴ καὶ ἐνθάδε σαρκικοὺς καὶ ἐν σαρξὶν ὑπάρχοντας ἀπόλλυσθαι λέγων, καὶ μὴ δύνασθαι ἀρέσαι θεῷ, οὐ τὴν σάρκα, ἀλλὰ τὴν κατὰ σάρκα πολίτειαν ἀναιρεῖσθαι ἀγωνίζεται. Ὑποβὰς δὲ καὶ εἰπὼν, Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται, εὐθέως ἐπιφέρει, Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστε ἐν σαρκὶ, ἀλλὰ ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα Χριστοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Καὶ μετ' ὀλίγον, Ὅτι δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦ ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας Χριστὸς ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν· ἄρα οὖν, ἀδελφοὶ, ὀφειλέται ἐσμὲν οὐ τῇ σαρκὶ, τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν· εἰ γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε, [9] μέλλετε ἀποθνήσκειν, εἰ δὲ [10] πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος [11] θανατοῦτε, ζήσεσθε. Προςεκτέον γὰρ, ὡς τὴν τοῦ σώ-
pag. 577. ματος πρὸς τὰς ἡδονὰς ὁρμὴν || καὶ οὐχὶ τὸ σῶμα θανατοῦσθαι ἐβεβαιώσατο.

Κεφ. να'. Ἐὰν δὲ πάλιν ἀνθυποφέρωσι λέγοντες, Πῶς δὴ οὖν τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς εἶναι εἴρηται ἔχθρα εἰς θεόν; τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται, οὐδὲ γὰρ δύναται, λεκτέον ὡς ἄρα καὶ ἐνθάδε διαπίπτουσιν. Οὐ γὰρ τὴν σάρκα αὐτὴν, ἀλλὰ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ὑποτάσσεσθαι μὴ δύνασθαι τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ ὑπέθετο, ἕτερον παρὰ τὴν σάρκα ὑπάρχον. Καθάπερ εἰ ἔλεγεν, Ὁ ῥύπος τοῦ μὴ καλῶς ἀργύρου καθαρισθέντος εἰς τὸ γενέσθαι σκεῦος ἐπιτήδειον· οὐχ ὑποτάσσεται τῷ δημιουργῷ, οὐδὲ γὰρ δύναται· ἐκβληθῆναι γὰρ αὐτὸν πρότερον καὶ ἐκτακῆναι δεῖ. Καὶ οὐ παρὰ τοῦτο τὸν ἄργυρον ἀπεφήνατο μὴ δύνασθαι εἰς σκεῦος ποιηθῆναι χρήσιμον, ἀλλὰ τὸ χαλκῶδες τὸ ἐν τῷ ἀργύρῳ, καὶ τὴν ἄλλην σκληρότητα. Οὕτω καὶ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς εἰπὼν οὐ τὴν σάρκα ἔφη μὴ δύνασθαι ὑποτάσσεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὸ φρόνημα τὸ ἐν τῇ σαρκὶ, οἷον τὸ πρὸς τὰς ἀκρασίας αὐτῆς λέγων ὅρμημα. Ὅπερ ἀλλαχοῦ, ὁτὲ μὲν παλαιὰν ζύμην κακίας καὶ πονηρίας ἐκάλεσεν, ἐπισπέρχων αὐτοτελῶς ἀφ' ἡμῶν ἀϊστωθῆναι, ὁτὲ δὲ νόμον ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς, καὶ αἰχμαλωτίζοντα. Ἐπεὶ, εἰ αὐτὴν τὴν σάρκα ἔλεγε μὴ δύνασθαι ὑποτάσσεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ, πρῶτον οὔτε μέμψιν ἂν ἀσελγαίνοντες, ἢ

8. μὴ δὲ cod. ms. ubique. 9. μέλλητε cod. ms.

vitae disputat, et non de carne ipsa. Solet enim hominem ita viventem carnaliter viventem dicere, quemadmodum psychicum etiam hominem eum cui spes omnis erepta est veritatem videndi atque mysterii lucem. Alioqui negent omnino vel animam posse salvari. Scriptum est enim, *Psychicus vero homo non accipit quae sunt dei* 1.Cor. 2, 15.
*spiritus: stultitia enim ei est, spiritalis autem universa dignoscit.* Quemadmodum enim illic psychicus introducitur aliquis et spiritalis homo, et spiritalis in eorum qui salvantur numero est, psychicus contra in eorum qui pereunt, et nihilo magis utique anima perit, sed iuxta animam salvatur, sic etiam hoc loco, cum carnales et eos qui in carnibus vivant perire dicat, non ipsam carnem deo placere non posse, sed vitae genus carnale tollere studet. Paulo infra autem dicens, *Qui vero in carne sunt, deo placere non possunt*, statim Rom. 8, 8.
subicit, *Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si quidem Christi spiritus in vobis habitat.* Et paulo post, *Quia vero spiritus Christi, qui de mortuis suscitat, habitat in vobis, Christus, qui de mortuis suscitat, vivificabit etiam mortua corpora vestra, per spiritum suum qui vobis inhabitat: itaque, fratres, non carni debitores sumus, ut secundum carnem vivamus: nam si secundum carnem vivitis, moriemini, sin vero spiritu mortificatis corporis actus, vivetis.* Animadvertendum est enim quod voluptatum appetitum, qui corporis est, || neque corpus morte affici confirmat.

Quod si id rursus obiiciant, cur igitur *sapientia carnis esse deo* Cap. LI.
*inimica* dicitur, *legi enim dei non subiicitur, neque enim potest*, sic Rom. 8, 7.
occurrendum erit: vehementer illos hoc loco decipi. Non enim carnem ipsam, sed carnis sapientiam legi dei subiici non posse declarat, quae quidem a carne discrepat. Quemadmodum si dicat, Argenti sordes, quod non satis repurgatum sit, ut ex eo vas idoneum fieri possit, artifici non subiiciuntur; neque enim possunt. Etenim excerni prius illas, atque eliquari convenit. Nec argentum idcirco negat in vas aliquod utile conformari posse, sed id solum quod in argento subaeratum, ac propter duritiem contumax est. Sic apostolus de carnis sapientia loquens non carnem ipsam asserit dei legi non posse subiici, sed eam quae est in carne sapientiam, quo vocabulo illius in voluptates ac libidines propensiorem significat. Atque hoc alibi nonnunquam *vetus fermentum malitiae ac nequitiae* vocat, 1. Cor. 5, 7.
cum illud funditus a nobis profligari iubet. Nonnunquam *legem* appellat *repugnantem legi mentis, et captivum abducentem.* Alioqui si Rom. 7, 23.
carnem ipsam diceret divinae legi subiici non posse, primum quoties

10. πνεύματα *cod. ms.*

11. *Voce* θανατοῦτε *in cod. Veneto incip. fol.* 372. *v.*

ληστεύοντες, ἢ τὰ ἄλλα ὅσα ἄττα διὰ σώματος πράττοντες ἢ ποιοῦντες ἔχειν ἐδυνάμεθα παρὰ δικαίῳ κριτῇ, ἀδυνάτως ἐχούσης τῆς σαρκὸς ὑποτάσσεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ. Πῶς γὰρ ἂν μεμπτέον ἐδύνατο τὸ σῶμα κατὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ φύσιν βιοῦν εἶναι; Ἀλλὰ οὐδὲ ἄλλως εἰς ἁγνείαν ἢ ἀρετὴν ὑπαχθῆναι τὸ σῶμα ἐδύνατο, πεφυκὸς μὴ ὑποτάσσεσθαι τῷ ἀγαθῷ. Εἰ γὰρ ἡ φύσις τοιαύτη τῆς σαρκὸς μὴ δύνασθαι ὑποτάσσεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ, νόμος δὲ θεοῦ δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη, ἐχρῆν μηδὲ παρθενεύειν, μήτε ἐγκρατεύεσθαι δύνασθαι τὸ σύνολον ὅλως ἐκ παντός. Εἰ δὲ παρθενεύουσι καὶ ἐγκρατεύονται, δηλονότι τὸ σῶμα ὑποτάσσουσιν. Ἄλλως γὰρ ἐγκρατεύεσθαι ἁμαρτίας ἀδύνατον. Οὐκ ἄρα οὐ δύναται τὸ σῶμα ὑποτάσσεσθαι τῷ τοῦ θεοῦ νόμῳ, ἐπεὶ πῶς ἂν ὁ Ἰωάννης ὑπέταξεν ἑαυτοῦ τὸ σῶμα εἰς
pag. 578. ἁγνείαν; ἢ πῶς Πέτρος εἰς ὁσιότητα; ἢ οἱ καθεξῆς εἰς δικαιοσύνην; πῶς δὲ καὶ Παῦλος, Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, λέγει, ἐν τῷ ἐπακούειν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ· μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ παραστήσατε [1] ἑαυτοὺς τῷ θεῷ, ὡσεὶ ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ θεῷ; καὶ πάλιν, Ὥσπερ παρεστήσατε τὰ μέλη [2] ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν, οὕτως νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν;

Κεφ. νβ'. Οὐκοῦν ἐγίνωσκε δύνασθαι διευθύνεσθαι τὸ σκήνωμα τοῦτο καὶ νεύειν πρὸς τὸ ἀγαθὸν, ἵνα νεκρωθῶσιν ἐν αὐτῷ τὰ ἁμαρτήματα. Ἐπεὶ πῶς ἑτέρως δουλωθῆναι τῇ δικαιοσύνῃ δύναται ὁ ἄνθρωπος, [1] καὶ ἐφ' ἡμῶν, ἐὰν μὴ πρότερον ὑποτάξας αὐτοῦ τὰ μέλη τῆς σαρκὸς εἰς τὸ μὴ ὑπακούειν αὐτὰ τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ τῇ δικαιοσύνῃ, πολιτεύσηται κατ' ἀξίαν τοῦ Χριστοῦ; ἐπειδὴ τὸ ἁμαρτῆσαι καὶ τὸ μὴ ἁμαρτῆσαι διὰ τοῦ σώματος γίνεται, τῆς ψυχῆς ἢ πρὸς ἀρετὴν ἢ πρὸς κακίαν ὀργάνῳ χρωμένης αὐτῷ. Εἰ γὰρ οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὔτε ἅρπαγες, βασιλείαν θεοῦ κληρονομῆσαι δύνανται, πληροῦνται δὲ ταῦτα καὶ κρατύνονται διὰ τοῦ σώματος, δικαιοῦται δὲ οὐδεὶς, ἐὰν μὴ πρῶτον κρατήσῃ, κρατεῖ δὲ τούτων ὁ ἐκνεύων πρὸς σωφροσύνην καὶ πίστιν, ὑποτάσσεται ἄρα τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ· νόμος γὰρ θεοῦ σωφροσύνη. Ὥστε ὁ ἀπόστολος οὐ τὴν σάρκα μὴ ὑποτάσσεσθαι τῷ ἀγαθῷ ἔφη, ἀλλὰ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, οἷον τὴν ὁρμὴν αὐτῆς, αὐτὴν τὴν πρὸς τὸ ἄδικον ἔκκαυσιν. Ἐκκαθαίρεσθαι γοῦν ἔφη, ἄχρι καὶ τὴν γαστριμαργι-

Cap. LI. — 1. ἑαυτοὺς *in libris vulgo desideratur.*
2. *Vulgo* ἡμῶν.

Cap. LII. — 1. *Non solum aliquis eorum quos allocutus est apostolus, sed etiam inter nos. Cornarius et Petavius*

vel intemperanter aliquid faceremus, vel furtum committeremus, vel cetera id genus corporis adminiculo perpetraremus, nulla ob id apud iustum iudicem reprehensione digni videremur, quandoquidem divinae legi subdi caro omnino non potest. Cur enim reprehendatur corpus, quod ex naturae suae necessitate vivat. Sed neque ad castimoniam aut virtutem traduci corpus poterit, quod bono subiici ex naturae suae conditione nequeat. Nam cum istiusmodi sit natura carnis, ut divinae legi subiici nequeat, divina porro lex iustitia sit ac temperantia, neque virginitatem servare, neque continentem esse posse penitus oporteret. Sin virginitatem ac continentiam colunt, consequens est ut et corpus subiiciant. Fieri enim aliter non potest ut a peccato sese contineant. Falsum est itaque divinae legi corpus non posse subiici. Quod si verum esset, quanam ratione Ioannes corpus suum ad castitatem sibi, aut ad sanctimoniam Petrus, aut ad iustitiam denique ceteri subdidissent? Cur etiam Paulus ita monuisset: *Ne igitur regnet peccatum in mortali vestro corpore, ut obediatis cupiditatibus illius: nec exhibete membra vestra arma iniustitiae peccato, sed exhibete deo, tanquam ex mortuis viventes, et membra vestra arma iustitiae deo?* Item illud: *Quemadmodum exhibuistis membra vestra servire immunditiae et iniquitati ad iniquitatem, sic nunc exhibete membra vestra servire iustitiae ad sanctificationem.* Rom. 6, 12. Rom. 6, 19.

Hoc igitur intelligebat, tabernaculum istud posse corrigi et ad bonum converti, ut in eo peccata penitus extinguerentur. Quae enim alia ratio est qua in quandam iustitiae servitutem redigi homo possit, nisi prius carnis suae membra subiiciens, ut non peccato amplius obsequantur, sed iustitiae vitam suam perinde ac Christo dignum est instituat? Quoniam quidem peccare vel non peccare per corpus suppetit, quo ad virtutem aut nequitiam administro animus utitur. Et quidem cum *neque fornicatores, nec idololatrae, nec adulteri, neque masculorum concubitores, neque molles, neque fures, nec avari, nec ebriosi, neque conviciatores, neque raptores regnum dei possidere possint,* ea porro omnia corporis adminiculo perficiantur ac corroborentur, iustificari porro nemo possit, nisi prius ista superarit, quae quidem is superat qui se ad temperantiam fidemque convertit, efficitur legi dei corpus posse subiici. Dei quippe lex temperantia est. Quamobrem apostolus non carnem ipsam asserit legi dei subiici non posse, sed *carnis sapientiam,* hoc est eius impetum et ardentem ad iniustitiam inflammatamque cupiditatem. Repurgari proinde iussit, ut vel ipsam ventris ingluviem conaretur ex- Cap. LII. 1.Cor. 6, 10.

*pro spuriis habuisse videntur verba ἐφ' ἡμῶν, dum alter in versione prorsus negligit, alter uncinis includit. Sed libri tuentur.*

κὴν ἀκρασίαν διαμιλλώμενος, διδάσκων δὲ τὰς τοιαύτας ὀρέξεις καὶ ἡδονὰς ἐξαπόλλυσθαι, καὶ καταισχύνων τοὺς τὸ τρυφᾶν τοῦτο καὶ πολιτεύεσθαι εἶναι νομίζοντας, οἳ θεὸν ἡγοῦνται τὴν κοιλίαν· Φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν, καθάπερ ἀδηφάγα σώματα κάτω περὶ τὴν βορὰν μόνον καὶ τραπέζας ἀσχολούμενα· εἰπών τε, Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν, ὁ δὲ θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει, ἐπήγαγε, Τὸ δὲ σῶμα οὐ τῇ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ
pag. 579. κυρίῳ, καὶ ὁ κύριος τῷ σώματι. Ὁ δὲ θεὸς καὶ τὸν κύριον ἤγειρε, καὶ ἡμᾶς ἐξεγερεῖ διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ μέλη ἡμῶν μέλη Χριστοῦ ἐστιν; ἆρα οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ ποιήσω πόρνης μέλη; Μὴ γένοιτο. Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστι; ἔσονται γάρ, φησίν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ὁ δὲ κολλώμενος τῷ κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι. Φεύγετε τὴν πορνείαν. Πᾶν ἁμάρτημα ὃ ἐὰν ἁμαρτήσῃ ἄνθρωπος ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν, ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ θεοῦ, καὶ οὐκ ἐστε ἑαυτῶν; ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς. Δοξάσατε οὖν τὸν θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν.

Κεφ. νγ΄. Πρόςσχες ὅτι ἐπειδὴ τὸ σῶμα τοῦτο δύναται τὸν νόμον τοῦ θεοῦ καὶ τὴν ἀθανασίαν ὑποδέξασθαι, ἐὰν καθαίροιτο τῆς ἀκρασίας τῶν ὑπεκκαυμάτων, μὴ χραινόμενον ἀθέσμοις ὅλως οἴστρων παρατριβαῖς, διὸ ὁ ἀπόστολος ταῦτα διεφθέγξατο. Ποῖον γὰρ τὸ κολλώμενον ἕτερον τῇ πόρνῃ καὶ πλησιάζον καὶ σὰρξ μετ' αὐτῆς κατὰ τὴν ζεῦξιν τῶν μελῶν καὶ τὴν κοινωνίαν μίαν γιγνόμενον παρὰ τοῦτο τὸ σῶμα τὸ ἔξω, δι' οὗ πάντα ταῦτα πληροῦται τὰ πρὸς μίξιν καὶ ἔκκαυσιν ἁμαρτήματα; ὅθεν καί, Πᾶν ἁμάρτημα ὃ ἐὰν ποιήσῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν, ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. Τύφος μὲν γὰρ καὶ ἀπιστία καὶ θυμὸς καὶ ὑπόκρισις ψυχῆς ἁμαρτήματα, πορνεία δὲ καὶ οἶστρος καὶ τρυφὴ σώματος· μεθ' ὧν οὔτε ψυχὴ πρὸς ἀλήθειαν ἀναπτήσεται, οὔτε σωφροσύνης ὑποταχθήσεται δόγμασιν, ἀλλὰ ἄμφω διολισθήσωσι τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τοίνυν εἰ τὰ σώματα ἡμῶν ἐν ἁγιασμῷ διακρατούμενα ναός ἐστι τοῦ ἐν ἡμῖν οἰκοῦντος πνεύματος, καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ σώματι, καὶ τὰ μέλη τοῦ σώματος μέλη Χριστοῦ, ὑποτάσσεται ἄρα τὸ σῶμα τῷ νόμῳ τῷ θείῳ, καὶ κληρονομῆσαι δύναται τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. Ὁ γὰρ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει, φησί, καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν· ἵνα τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται τὴν ἀθανασίαν, καὶ τὸ φθαρτὸν τὴν ἀφθαρσίαν, εἰς νῖκός τε καταποθῇ ὁ θάνατος. Οὐ γὰρ περὶ ἄλλου διελάμβανεν ἐνταῦθα σώματος ὁ ἀπόστολος, ἀλλὰ περὶ τούτου καὶ τοῦ ἀποθνήσκοντος καὶ νεκρουμένου, δι' οὗ καὶ πορνεῦσαι καὶ ἀσελγῆσαι δυνατόν.

tinguere, cum eiusmodi cupiditates ac voluptates interire monstraret, iisque qui his uti deliciis vivere esse crederent pudorem incuteret, qui *deum esse ventrem* existimant. *Manducemus et bibamus, cras enim moriemur.* Phil. 3, 19. 1.Cor.15,32. Quemadmodum voracissima quaedam corpora, quae ad pabulum abiecta tota in mensis ac conviviis occupantur. Tum postquam his verbis usus est: *Esca ventri, et venter escis, deus autem hunc et illas destruet,* 1. Cor. 6, 13. adiecit, *Corpus autem non fornicationi, sed domino, et dominus corpori: deus autem et dominum suscitavit, et nos suscitabit per virtutem ipsius: an nescitis quoniam membra vestra membra Christi sunt? An igitur membra Christi faciam membra meretricis? Absit: nescitis quoniam qui adhaeret meretrici unum corpus est? Erunt enim, inquit, duo in carnem unam. Qui autem adhaeret domino, unus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcumque peccaverit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in proprium corpus peccat. An nescitis quod corpora vestra templum sunt eius qui in vobis est spiritus, quem habetis a deo, et non estis vestri? Empti enim estis pretio: glorificate igitur deum in corporibus vestris.*

In quo velim illud animadvertas, pro eo quod corpus istud legi Cap. LIII. dei immortalitatique capiendae idoneum est, si ab omnibus libidinum incitamentis ita purgetur, nullis ut nefariarum illecebrarum stimulis commaculetur, idcirco haec ab apostolo esse dicta. Quid enim aliud est quod ad meretricem adhaerescat, et ad eam accedat, unaque cum illa caro coniunctione membrorum ac communione quadam efficiatur, praeterquam corpus illud externum, cuius ministerio omnia illa commistionis corporum et ardentis libidinis flagitia perpetrantur? Unde et *omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in proprium corpus peccat.* Etenim arrogantia, infidelitas, ita atque simulatio animae peccata sunt, stuprum vero et inflammatio illa libidinis corporum propria sunt. Quibus cum utique nec evolare anima poterit, neque temperantiae decretis subiici, sed ambo Christi regno excidere necesse est. Praeterea si corpora nostra in sanctimonia conservata *templum sunt habitantis in nobis spiritus,* atque et in corpore dominus residet, et *membra a corporis Christi membra sunt,* omnino divinae legi corpus subditur, ac regnum dei possidere potest. *Qui enim excitavit Christum a mortuis,* Rom. 8, 11. *vivificabit,* inquit, *et mortalia corpora vestra per inhabitantem eius spiritum in vobis: ut mortale hoc induat immortalitatem, et incorruptibile incorruptionem, morsque in victoriam absorbeatur.* 1.Cor.15,53. Non enim de alio corpore hoc loco disputabat apostolus, praeterquam de hoc ipso quod extinguitur ac morte conficitur, per quod scortari licet ac flagitia committere.

Κεφ. νδ'. pag. 580. Ἐὰν δὲ διαφορὰν εἶναι σώματος πρὸς σάρκα ὑποτοπάζωσιν, ἵνα δὴ καὶ ταῦτα αὐτοῖς ἐπιτρέψωμεν λογικεύεσθαι, καὶ σῶμα μὲν ἄλλο νομίζοιεν, οἷον αὐτῆς τῆς ψυχῆς, ὃ μὴ βλέπεται, σάρκα δὲ τοῦτο τὸ ἔξω τὸ βλεπόμενον, λεκτέον, ὡς οὐ μόνον ὁ Παῦλος καὶ οἱ προφῆται σῶμα γινώσκουσι τὴν σάρκα ὀνομάζεσθαι ταύτην, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι φιλόσοφοι, παρ' οἷς δὴ μάλιστα καὶ ἡ τῶν ὀνομάτων ἀκρίβεια παρατετήρηται. Σὰρξ γὰρ ὅλως, εἰ βούλοιντο καὶ περὶ τούτων ἐπιστημόνως ἐπισκέψασθαι, πᾶς ὁ ὄγκος οὗτος τοῦ σκηνώματος ἡμῶν κυρίως οὐ λέγεται, ἀλλά τι μέρος τοῦ ὅλου, καθάπερ ἢ ὀστᾶ, ἢ νεῦρα, ἢ φλέβες, σῶμα δὲ τὸ ὅλον. Ὅθεν καὶ ἰατροὶ, οἳ δὴ καὶ περὶ φύσεως σωμάτων ἀκριβῶς διειλήφασι, σῶμα γινώσκουσι τοῦτο τὸ βλεπόμενον. Ἀλλὰ καὶ ὁ Πλάτων καὶ αὐτὸ τοῦτο σῶμα καὶ αὐτὸς ἐπίσταται. Ἐν γοῦν τῷ [1] Φαίδωνι ὁ Σωκράτης, Ἆρα μὴ ἄλλο τι τὸν θάνατον ἡγούμεθα εἶναι, ἔφη, ἢ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν; καὶ εἶναι τοῦτο τεθνάναι, χωρὶς μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὲν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ σῶμα γεγονέναι, χωρὶς δὲ τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος; Ὁ γάρ τοι Μωϋσῆς ὁ μακάριος (ἥκωμεν γὰρ καὶ ἐπὶ τὰς κυριακὰς ἤδη γραφὰς) οὐ σῶμα τοῦτο ὀνομάζεσθαι ἐπίσταται, ὃ λέγομεν, Καὶ πλυνεῖ τὰ ἱμάτια, λέγων, ἐν τοῖς καθαρισμοῖς, ὁ ἐπιψαύσας τοῦ ἀκαθάρτου, καὶ λούσεται [2] τὸ σῶμα αὐτοῦ ὕδατι, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας; Τί δὲ καὶ ὁ Ἰώβ; οὐ σῶμα ἐπίσταται καὶ αὐτὸς τοῦτο τὸ νεκρούμενον καλεῖν, Φύρεται δέ μου τὸ σῶμα ἐν σαρπίᾳ σκωλήκων, λέγων; Ἀλλὰ καὶ ὁ Σολομὼν, ὅτι, Εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰςελεύσεται σοφία, οὐδὲ κατοικήσει ἐν καταχρέῳ σώματι ἁμαρτίας. Καὶ ἐν τῷ Δανιὴλ ἐπὶ τῶν μαρτύρων, Οὐκ ἐκυρίευσεν αὐτῶν τὸ πῦρ τοῦ σώματος, λέγεται, καὶ ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτῶν οὐκ ἐφλογίσθη. Καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, μὴ μεριμνᾶτε τί φάγητε, ἢ τί ἐνδύσησθε· οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος; Καὶ ὁ ἀπόστολος δὲ, Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, λέγων σῶμα γινώσκειν τοῦτο ὃ περικείμεθα συνίστησι. Καὶ πάλιν, Εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν. Καὶ πάλιν, Ἐὰν εἴπῃ ὁ ποὺς ὅτι, Οὔκ εἰμι
pag. 581. χεὶρ, οὔκ εἰμι ἐκ τοῦ σώματος, οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος. Καὶ πάλιν, Καὶ μὴ ἀσθενήσας Ἀβραὰμ τῇ πίστει, οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα [3] νεκρούμενον. Καὶ πάλιν, Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξε. Καὶ πάλιν, Αἱ μὲν ἐπιστολαὶ βαρεῖαι καὶ ἰσχυραὶ, ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθε-

Cap. LIV. — 1. *Plat. Phaed. cap.* 10. 2. *Correxi* τὸ σῶμα. *Libri enim vulgo* τῷ σώματι.

Quod si interesse nonnihil corpus inter ac carnem suspicentur, Cap. LIV.
ut vel subtilius hoc illos modo ratiocinari sinamus, adeo ut aliud
esse corpus censeant, velut ipsius animae proprium, quod usurpari
oculis nequeat, carnem autem externum illud esse quod oculis cer-
nitur, sic eos refellere oportebit. Non modo Paulum ac prophetas
corporis appellationem huic carni tribuere, sed alios quoque philoso-
phos, a quibus accurata in primis haberi ratio nominum solet. Ete-
nim carnis appellatione, si haec ad exactam scientiae normam exi-
gere velint, non universa proprie huius, ut ita dicam, tabernaculi
moles intelligitur, sed quaedam totius pars, quemadmodum ossa,
nervi atque venae; corpus autem totum dicitur. Unde et medici,
qui de natura corporum accurate disputant, hoc ipsum quod aspecta-
bile est corpus esse sentiunt. Quin ipse Plato istud ipsum corpus
esse non ignorat. Sane in Phaedone Socrates, An non idem, ait,
esse mortem existimabimus quod animae a corpore discessum, at-
que hoc demum esse mori, corpus ab anima disiunctum per sese
ipsum existere, itidemque animam a corpore separatam? Quid bea-
tus ille Moyses? ut ad divinas quoque literas veniamus, nonne cor-
pus idem intelligit esse, quod nos dicimus, cum ita loquitur: *Et la-* Levit. 14, 8.
*vabit vestimenta* in purgationibus, *qui tetigerit immundum et lavabit*
*corpus suum aqua, et immundus erit ad vesperam?* Quid de Iobo di-
cemus? nonne et is id ipsum quod extinguitur morte corpus esse
significat? *Versatur*, inquit, *corpus meum in putredine vermium.* Iob. 7, 5.
Praeterea Salomon, *In malevolam*, inquit, *animam non introibit sa-* Sap. 1, 4.
*pientia, nec habitabit in corpore obnoxio peccato.* Sed et apud Da-
nielem ita de martyribus scriptum est: *Non dominatus est in illorum* Dan. 3, 27.
*corpus ignis, et capillus capitis illorum non arsit.* Item in evangelio
dominus: *Propterea dico vobis, Nolite solliciti esse quid manducabitis,* Matth 6, 25.
*aut quid induemini: nonne anima pluris est quam esca, et corpus quam*
*vestimentum?* Nec minus apostolus his verbis, *Ne igitur regnet pec-* Rom. 6, 12.
*catum in mortali vestro corpore*, corpus se de eo quo circumdati su-
mus accipere demonstrat; ac rursum: *Quod si spiritus eius, qui sus-* Rom. 8, 11.
*citavit Iesum, habitat in vobis; qui suscitavit Christum a mortuis vi-*
*vificabit et mortalia corpora vestra.* Tum alio loco: *Si dixerit pes,* 1.Cor. 12, 15.
*Quoniam non sum manus, non sum ex corpore; non ideo non est ex*
*corpore.* Item: *Et non infirmatus Abraham fide, non animadvertit* Rom. 4, 19.
*corpus suum mortuum.* Deinde: *Nam nos omnes manifestari oportet* 2.Cor. 5, 10.
*ante tribunal Christi; ut referat unusquisque quae per corpus, secun-*
*dum quae gessit.* Item: *Epistolae quidem graves et fortes; praesentia* 2.Cor. 10, 10.

3. *Fortasse* νενεκρωμένον. *Quam scripturam deprehendo in marg. exempli Schottiani annotatam, quod penes me est.* νεκρώμενον *ed. princ.*

νής. Καὶ πάλιν, Οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων, εἴτε ἐν σώματι οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα. Καὶ πάλιν, Οὕτως ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα. Καὶ πάλιν, Αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελῶς, καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τηρηθείη. Οἱ δὲ ἀσφαλῶς οὐ νοήσαντες τούτων οὐδὲν ἐν σάλῳ καὶ ταραχῇ φέρεσθαι τὸν ἀπόστολον ὑπέλαβον, ὡς στάσιν αὐτοῦ τὰς διανοήσεις τῶν λόγων καὶ ἕδραν οὐκ ἐχούσας, ἀλλὰ ἀναπλεούσας ἄνω καὶ κάτω, καὶ ὁμιλούσας παλίμφημα, ὅτε μὲν τὴν σάρκα ἀνίστασθαι, ὅτε δὲ οὐκ ἀνίστασθαι.

Κεφ. νε΄. Ὅθεν ἵνα μὴ παραλειφθῇ τῶν προταθέντων μηδὲ ἕν, ὅπως τελέως ἐκτέμνωμεν ὕδραν, εἰς τὸ προκείμενον πάλιν ἐπανελεύσομαι. Ἐφεξῆς γάρ, καθάπερ ὑπεσχόμην, καὶ τὰ ἄλλα [1] ἃ προσαποροῦσι [2] κεφάλαια θεὶς, καὶ ἃ χρὴ πρὸς αὐτὰ λέγεσθαι ἀποδείξας, ἀκόλουθα παραστήσω [3] αὐτὸν καὶ σύμφωνα εἰς τὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς σαρκὸς πίστιν καὶ αὐτὰ εἰρηκότα. [4] Ἴδωμεν δὴ οὖν ἃ τὸ πρῶτον εἰς τὸν ἀπόστολον προήχθημεν εἰπεῖν. Τὸ γὰρ, Ἐγὼ δὲ ἔζων [5] χωρὶς νόμου ποτὲ, λεχθὲν αὐτῷ ἄνω, τὴν ἐν τῷ Παραδείσῳ, [6] καθάπερ ἐξ ἀρχῆς ὑπεθέμεθα, πρὸ τῆς ἐντολῆς, οὐκ ἐκτὸς σώματος, [7] ἀλλὰ μετὰ σώματος ἡμῶν ἐν τοῖς πρωτοπλάστοις διαγωγὴν παρεγγυᾷ· ἐπειδὴ πρὸ τοῦ δοθῆναι τὴν ἐντολὴν χοῦν ὁ θεὸς ἀπὸ τῆς γῆς λαβὼν ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, ἐκτός τε ἐπιθυμίας διήγομεν, οὐ γινώσκοντες ὅλως ἐπιθυμίας ἀλόγου [8] προσβολὰς, βιαζομένης ἡμᾶς ἑλκτικαῖς ἡδονῶν περιαγωγαῖς πρὸς ἀκρασίαν. Τὸ γὰρ μὴ ἔχον διορισμὸν καθ' [9] ὃν δεῖ πολιτεύεσθαι, μηδὲ ἐξουσίαν αὐτοδέσποτον [10] λογισμοῦ [11] ποίῳ χρῆσθαι αἱρεῖται πολιτεύματι, [12] ἵνα δικαίως ἢ τιμηθῇ ἢ ψεχθῇ, ἀνυπεύθυνον παντὸς [13] λεκτέον ὑπάρχειν τοῦτο ἐγκλήματος, ὅτι μὴ δύναται [14] τού-
pag. 582. των ἐπιθυμῆσαι ὧν μὴ κεκώλυται. Κἂν ἐπιθυμήσει δὲ, οὐκ αἰτιαθήσεται. Τὸ γὰρ ἐπιθυμῆσαι οὐχὶ ἐπὶ τῶν παρόντων καὶ ὑποκειμένων ἐν ἐξουσίᾳ πίπτει, ἀλλ' ἐπὶ τῶν παρόντων μὲν, μὴ ὄντων δὲ ἐν ἐξουσίᾳ. Πῶς γὰρ οὗ μὴ κεκώλυταί τις, μηδὲ ἐνδεής ἐστι, τούτου ἐπιθυμεῖ καὶ ἐρᾷ; Διὰ τοῦτο, Τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ μὴ ὁ

Cap. LV. — 1. ἃ προσαποροῦσι cod. Venet. *Vulgo* προσαποροῦσι, *omisso vocabulo* ἃ.

2. κεφάλαια θεὶς cod. Venet. κεφάλαια. αὖθις οὖν *reliqui libri*.

3. αὐτὸν cod. Venet. *Vulgo* αὐτῶν.

4. Ἴδωμεν cod. Venet. ἴωμεν *vulgata scriptura est. Illud iam Gatakerus Adverss. Misc. p.* 806. *ex Photio* (cod. 234.) *restituit.*

5. λεχθὲν αὐτῷ χωρὶς νόμου ποτὲ ἄνω τὴν cod. Venet. *melius*.

6. καθάπερ cod. Venet. *Vulgo* καθάπαξ.

7. *Verba* ἀλλὰ μετὰ σώματος *desiderantur in cod. Veneto.*

8. προσβολὰς cod. Venet. *Vulgo* προσβολαῖς.

9. ὃ cod. Venet.

10. λογίου *habet Photius* cod. 234.

*vero corporis imbecilla.* Ad haec: *Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio.* 2.Cor. 12, 2. Item: *Sic debent viri diligere uxores suas, tanquam sua corpora.* Eph. 5, 28. Praeterea: *Ipse autem deus pacis sanctificet vos penitus, et integer vester spiritus, et anima et corpus sine querela in adventu domini nostri Iesu Christi servetur.* 1. Thess. 5, 23. At qui nihil horum accurate intelligunt, fluctuare apostolum ac perturbate ferri iudicarunt, tanquam illius sensus ac verborum sententiae stabilitate firmitateque penitus carerent, eaque pronuntiaret quae subinde retractarentur, vel interdum resurgere carnem, interdum non resurgere.

Cap. LV. Quamobrem ne vel minima pars eorum quae proposita sunt praetermittatur, atque ut hydram ipsam omnino succidamus, ad id quod erat propositum revertar. Deinceps enim, ut ostendimus, et in aliis quibusdam capitibus dubitationem movent. Itaque simul atque demonstravero quaenam adversus illa proponi debeant, palam istud faciam, de resurrectionis carnis fide consentanea illum ac consequentia dixisse. Primum igitur ad illa veniamus quae de apostolo iniecimus. Nam quod ab eo antea dictum est, *Ego vero vivebam sine lege aliquando,* Rom. 7, 9. vitam illam ostendit quam in primis nostris parentibus ante praeceptum, ut initio docuimus, in Paradiso duximus, non extra corpus, sed in corpore fuisse transactam. Ante enim quam edictum daretur, limo de terra sumpto hominem effinxit, ac tum ab omni cupiditate liberati vivebamus, cum ratione destitutae cupiditatis, quae nos blandis voluptatum illecebris ad libidinem impellit, ne notitiam quidem haberemus. Nam quod certa ac definita lege caret, ad quam accommodare vitam oporteat, neque libera arbitrii facultate praeditum est, ut ad quod velit se vivendi genus applicet, ex quo proprie honorem vel vituperationem mereatur, extra omnem esse reprehensionem concedi necesse est; quandoquidem ea concupiscere non potest quibus ipsi non fuerit interdictum. Quod si concupiverit, tamen non id ei crimini vertetur. Concupiscere quippe non ad ea refertur quae adsunt, quaeque potestati nostrae subiacent, sed ad ea duntaxat quae ita adsunt, ut in facultate nostra minime sint posita. Quod enim alicui neque est vetitum, neque illo is indiget, quomodo appetere illud ac diligere potest? Quocirca scriptum est: *Concupiscentiam* Rom. 7, 7.

*(pag. 912. ed. Rothomag. 1653.). Quod placet Gatakero l. l.*

11. ποίῳ δεῖ χρῆσθαι πολιτεύματι *Photius l. l.*

12. ἵνα δικαίως ἢ τιμηθῇ *Photius l. l.* ἵνα δικαιωθῇ ἢ τιμηθῇ *cod. Venet. Vulgo* ἵνα ἰδίως ἢ τιμηθῇ.

13. λεκτέον *cod. Venet.* δεικτέον *cod. Rhedig. et editi libri.* λέλεκται *habet Photius.* δεκτέον *placuit Petavio.*

14. τούτων τις ἐπιθυμῆσαι *Photius.*

νόμος ἔλεγεν, Οὐκ ἐπιθυμήσεις. [15]Ἀκούσαντες γὰρ, Ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ, ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, τότε τὸ ἐπιθυμῆσαι συνέλαβον καὶ [16]ἐνεκίσσησαν. Οὐ γὰρ ὧν ἔχει καὶ ὧν ἐξουσιάζει καὶ κέχρηται αὐτοῖς, ὁ ἐπιθυμῶν ἐπιθυμεῖ, ἀλλὰ ὧν κεκώλυται, καὶ ἀφῄρηται καὶ οὐκ ἔχει. Διὸ δὴ καλῶς, Τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν, ἐλέχθη, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, Οὐκ ἐπιθυμήσεις, ὅ δή ἐστιν, Οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. Ἐντεῦθεν γὰρ ἐκτήσατο τόπον καὶ ἀφορμὴν εἰςελθεῖν πρὸς τὸ διαπαῖξαί με καὶ παρατρέψασθαι ἡ ἁμαρτία.

Κεφ. νϛ'. Δοθείσης γὰρ τῆς ἐντολῆς ἔσχε λαβὴν διὰ τῆς ἐντολῆς ὁ διάβολος κατεργάσασθαι ἐν ἐμοὶ τὴν ἐπιθυμίαν, παρορμήσας με καὶ προςκαλεσάμενος ἐντέχνως εἰς ὄρεξιν καταπεσεῖν τῶν κεκωλυμένων. Χωρὶς γὰρ νόμου ἡ ἁμαρτία νεκρὰ, οἷον, Οὐ δοθείσης γὰρ οὐδὲ οὔσης οὐδέπω τῆς ἐντολῆς ἄπρακτος ἦν ἡ ἁμαρτία. Ἐγὼ δὲ ἔζων ἀμέμπτως πρὸ τῆς ἐντολῆς, οὐκ ἔχων διορισμὸν καὶ διαταγὴν καθ' ἣν ἔδει πολιτεύσασθαι, ἧς καὶ ὀλισθήσας ἁμαρτήσομαι. Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν, ἐγὼ δὲ ἀπέθανον, καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ εἰς ζωὴν αὕτη εἰς θάνατον, ὅτι μετὰ τὸ νομοθετῆσαι τὸν θεὸν καὶ διαστείλασθαι, ὃ ποιητέον καὶ μὴ ποιητέον, κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ τὴν ἐπιθυμίαν ὁ διάβολος. Ἡ γὰρ παραίνεσις τοῦ θεοῦ καὶ παραγγελία ἡ δοθεῖσά μοι αὕτη εἰς ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν, ἵνα πειθόμενος αὐτῇ καὶ κατ' αὐτὴν βιοὺς ἀπήμονα καὶ μακαριστότατον δι' αἰῶνος καὶ ἀεὶ θάλλοντα πρὸς ἀθανασίαν βίον ἔχω καὶ χαράν· ἀθετήσαντι [1]δὲ καὶ αὐτὴν εἰς θάνατον ἀπέβη καὶ καταδίκην. Ἐπειδὴ ὁ διάβολος, ὃν ἁμαρτίαν νῦν οὗτος ἐκάλεσε, διὰ τὸ δημιουργὸν αὐτὸν ἁμαρτίας ὑπάρχειν καὶ εὑρετὴν, διὰ τῆς ἐντολῆς ἀφορμὴν λαβὼν πρὸς παρακοὴν ἐξηπάτησέ με καὶ ἀπατήσας ἀπέκτεινεν, ὑπεύθυνον τῷ, Ἧι δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, κατακρίματι γενέσθαι κατεργασάμενος· ὥςτε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ τοῦ θεοῦ δικαία καὶ ἁγία καὶ ἀγαθὴ, ὅτι μὴ [2]ἐπὶ τῷ βλάψαι, ἀλλὰ ἐπὶ τῷ σῶσαι ἐδόθη. Μὴ γὰρ οἰώμεθα ὅλως ἀνωφελές τι ποιεῖν ἢ βλαβερὸν τὸν θεόν. Τί οὖν τὸ ἀγαθὸν ἐμοὶ ἐγένετο θάνατος, ὃ τοῦ μεγίστου ὁμοίως αἴτιον ἐσόμενον ἀγαθοῦ νομοθέτημα ἐδόθη; Μὴ γένοιτο. Ὅτι μὴ ἡ ἐντολὴ τοῦ θεοῦ εἰς τὸ καταδουλωθῆναί με ἐγένετο τῇ φθορᾷ καὶ ἐναπομάξασθαι κῆρας ὀλέθρου [3]αἰτία, ἀλλὰ ὁ διάβολος, ἵνα φανερωθῇ

pag. 583.

15. Ἀκούσαντες reposui ex Photio. Vulgo Ἀκούσας.

16. ἐνεκίσσησαν libri omnes. ἐκίσσησαν Photius. Petavius edidit ἐνεκίσσησα. Quod non capio.

Cap. LVI. — 1. δὲ καὶ non habet Photius.

2. ἐπὶ, quod volebat iam Petavius, nunc reposui ex Photio. Epiphanii libri vulgo habent ἐν.

*non noveram, nisi lex dixisset, Non concupisces.* Cum enim mandatum illud accepissent, *Ex arbore autem scientiae boni et mali non* Gen. 2, 17. *comedetis: quacumque autem die comedetis ex illa, morte moriemini,* tum demum cupiditatem animo concepit. Non enim quae cupidus quisque in potestate habet et obtinet, iisque uti potest, ea concupiscit, sed a quibus prohibetur, quibusque privatur, ut ea non possideat. Praeclare ergo dictum est, *Concupiscentiam non noram, nisi lex dixisset, Non concupisces,* hoc est, *Non comedetis ex illo.* Hinc enim locum occasionemque, ut ad me illudendum atque avertendum accederet, peccatum accepit.

Etenim mandato semel edito, occasionem inde perficiendae in Cap. LVI. me concupiscentiae diabolus est nactus, cum me singulari quadam calliditate in eorum quae vetita sunt concupiscentiam hortatu suo compulisset. Nam *absque lege peccatum mortuum est.* Quae lex nisi data foret, ac si nondum existeret, irritum esset otiosumque peccatum. Ego vero ante legem sine reprehensione vivebam, cum nulla mihi esset sanctio ac regula praescripta, ad quam comparari vitam oporteret, a qua si exciderem, peccatum committerem. Simulatque vero mandatum accessit, peccatum revixit, ego mortuus sum. Ita lex illa, quae ad vitam data fuerat, inventa mihi est in mortem: quoniam ubi deus legem imposuit, ac quid agendum aut non agendum esset definiit, concupiscentiam in me diabolus perfecit. Quippe cohortatio illa ac praeceptum mihi a deo constitutum ad vitam immortalitatemque pertinebat, ut si parerem illi, et ex eius praescripto degerem, sine ulla offensione felicissimam et ad aeternitatem florentem vitam ac gaudium in sempiternum consequerer. Sed illud praeceptum violanti mihi in mortem ac damnationem conversum est; quandoquidem diabolus, quem peccati modo nomine insignivit, eo quod peccati sit artifex ac repertor, *per peccatum occasionem na-* Gen. 2, 17. *ctus* illusit mihi, et illusum interfecit, cum videlicet ei me damnationi fecit obnoxium: *Quacumque die comederitis ex illo, morte mo-* Rom. 7, 12. *riemini. Itaque lex est sancta, et mandatum dei iustum, et sanctum, et bonum.* Non enim ut obesset, sed ut salutem conciliaret, est praescriptum. Siquidem nemo persuadere sibi debet inutile a deo quicquam, vel cum damno coniunctum fieri. Cur igitur quod bonum est, morti mihi atque exitio fuit, lexque illa constituta mihi est, quae perinde ingens mihi commodum posset afferre? Absit. Nam divinum illud mandatum non eo datum est ut in corruptionem velut servitutem incurrerem, eaeque mihi labes inurerentur quae in extremam perniciem coniicerent, sed ut diabolum per id quod bonum

3. *Reposui* αἰτία *ex Photio. Libri vulgo* αἰτίας.

διὰ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κακὸν ἐμοὶ κατασκευάσας, ἵνα γένηται καὶ ἐλεγχθῇ καθ' ὑπερβολὴν ὁ εὑρετὴς καὶ τέκτων τῆς ἁμαρτίας ἁμαρτωλὸς, καὶ διορισθῇ ἀπὸ τοῦ καλοῦ τἀναντία τῆς ἐντολῆς τοῦ θεοῦ ἐπιτροπεύσας. Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ νόμος ἐστὶ πνευματικὸς, διὸ καὶ κατ' οὐδὲν αἴτιον βλάβης οὐδενί· πόῤῥω γὰρ ἐπιθυμίας ἀλόγου καὶ ἁμαρτίας ἐσκήνωται τὰ πνευματικά. Ἐγὼ δὲ σάρκινός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, οἷον, Ἐγὼ δὲ σαρκινὸς ὢν καὶ ἐν μέσῳ τοῦ πονηροῦ καὶ ἀγαθοῦ κατασταθεὶς ὡς αὐτεξούσιος, ἵν' ἐπ' ἐμοὶ ἑλέσθαι ὃ βούλομαι ᾗ (Τέθεικα γὰρ, φησὶ, πρὸ προσώπου σου τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον), νεύσας πρὸς τὸ παρακοῦσαι μὲν τοῦ πνευματικοῦ νόμου, οἷον τῆς ἐντολῆς, ὑπακοῦσαι δὲ τοῦ ὑλικοῦ, οἷον τοῦ ὄφεως, τὴν συμβουλίαν, πέπραμαι διὰ τὴν τοιαύτην αἵρεσιν, πεσὼν ὑπὸ ἁμαρτίαν, τῷ διαβόλῳ· ὅθεν ἐντεῦθεν πολιορκῆσάν με τὸ κακὸν ἐνιζάνει καὶ ἐμπολιτεύεται, εἰςοικεῖσθαι ἐν τῇ σαρκί μου καθάπερ κηφὴν ἐν κηρίῳ μελίσσης, περιϊπτάμενος πολλάκις περὶ αὐτὸν καὶ βομβῶν, δίκης ἐπιτεθείσης μοι τὴν ἐντολὴν ἀθετήσαντι παραθῆναι τῷ κακῷ. Διὸ καὶ οὐ γινώσκω ὃ κατεργάζομαι, λογιζόμενος ὃ μὴ θέλω. Τὸ γὰρ, Ὃ κατεργάζομαι οὐ γινώσκω, καὶ ποιῶ ὃ μισῶ, λεγόμενον οὐκ ἐπὶ τοῦ τελεσιουργῆσαι τὸ φαῦλον καὶ δρᾶσαι παραληπτέον, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μόνον ἐνθυμηθῆναι, λογισμῶν ἀνοικείων ἡμῖν προσιπταμένων πλεονάκις καὶ ἐμφανταζόντων ἡμᾶς πρὸς ἃ μὴ θέλομεν, τῆς ψυχῆς τοῖς λογισμοῖς περὶ πολλὰ περιαγομένης.

pag. 584.
Κεφ. νζ'. Οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ὅλως τὸ ἐνθυμεῖσθαι, ἢ μὴ ἐνθυμεῖσθαι κεῖται τὰ ἄτοπα, ἀλλὰ τὸ χρῆσθαι, ἢ μὴ χρῆσθαι τοῖς ἐνθυμήμασι. Κωλῦσαι μὲν γὰρ μὴ ἐμπίπτειν εἰς ἡμᾶς τοὺς λογισμοὺς οὐ δυνάμεθα, πρὸς δοκιμὴν ἡμῶν ἔξωθεν εἰςπνεομένους· μὴ πεισθῆναι μέν τοι, ἢ μὴ χρῆσθαι αὐτοῖς, δυνάμεθα. Ἐπεὶ πῶς ὁ ἀπόστολος τὸ μὲν κακὸν οὐχ ἥκιστα, ᾧ ἀπηρέσκετο, ἐποίει, τὸ δὲ καλὸν, ᾧ ἠρέσκετο, ἥκιστα, εἰ μὴ περὶ τῶν ὀθνείων ἐνθυμημάτων ἔλεγεν, ἃ ἐνθυμούμεθα ἔσθ' ὅτε καὶ μὴ βουλόμενοι, ἐξ οἵας οὐ γινώσκοντες αἰτίας; ἃ ἀνατρέπεσθαι χρὴ, καὶ ἐπιστομίζεσθαι, ἵνα μὴ [1] εὐρυνόμενα τῶν περάτων κρατήσωσι τῆς ψυχῆς. Ἀμήχανον γὰρ τούτων ἐνευκαιρούντων ἐν ἡμῖν ἐπανατεῖλαι τὸ ἀγαθόν. Ὀρθῶς ἄρα, Ὃ γὰρ κατεργάζομαι οὐ γινώσκω, ἔλεγεν· οὐ γὰρ ὃ θέλω πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ. Θέλομεν γὰρ τὰ μὴ προςήκοντα, καὶ ἃ μὴ θέμις [2] μηδ' ἐνθυμεῖσθαι· ἐπειδὴ τοῦτο ἀγαθὸν τέλειον, μὴ μόνον τοῦ ποιῆσαι αὐτὸ ἐγκρατεύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐνθυμηθῆναι. Καὶ ὃ θέλομεν, τοῦτο ἀγαθὸν οὐ γίνεται, ἀλλ' ὃ οὐ θέλομεν, πονηρόν. Ἐπιφοιτῶσι γὰρ περὶ τὴν καρδίαν ἡμῶν καὶ

Cap. LVII. — 1. *Libri vulgo* εὐρυνόμενα. *Quod vitium correxit ante Petavium Cornarius, vertens* „dilatatae". 2. μηδ' *Pelavius. Vulgo* μή.

est malum mihi perspicue molitum esse constaret, atque ut inventor ille peccati et architectus excellenti quadam ratione peccator esset, atque esse deprehenderetur, et a bono seiungeretur is qui divinae legi contraria procurasset. Spiritalem enim legem esse novimus, ideoque nemini esse fraudi ulla in re posse, cum ab experte rationis cupiditate longe spiritalia dissita sint. *Ego vero carnalis sum, ve-* Rom. 7, 14.
*numdatus sub peccatum.* Quasi diceret, *Ego vero carnalis sum*, atque in mali bonique medio positus, utpote liber, ut quod velim integrum mihi sit eligere (*Posui enim*, inquit, *ante faciem tuam vitam* Deut. 30, 15.
*et mortem*); cum in id inclinassem, ut et spiritali legi, hoc est mandato, minime parerem, et terrenae ac cum materiae faece concretae, hoc est serpentis monitis, obtemperarem, propter hunc delectum in peccatum prolapsus diabolo sum venditus. Hinc malum velut obsidens mihi adhaerescit, atque in carne mea, tanquam in domo quadam, habitat, quemadmodum fucus circum favos apum volitans ac bombis obstrepens. Mihi itaque violati mandati poena haec imposita est, uti malo quodammodo venderer. Propterea quod facio non intelligo, dum quod nolo cogito. Haec enim verba, *Quod facio non* Rom. 7, 15.
*cognosco, et quod odi facio*, non sic accipienda sunt, quasi malum perficere penitus ac committere dicatur, sed ad solam cogitationem referri par est, cum plerumque alienae nobis et absurdae cogitationes advolent, et ad ea quae nolumus illudendo nos provocent, quod anima cogitationibus suis per infinita rerum genera distrahatur.

Neque enim in nobis ullo modo situm est abhorrentia cogitare, Cap. LVII.
vel non cogitare, sed uti, vel non uti cogitatis. Nam ne nobis istiusmodi cogitationes obrepant quae probandi nostri caussa extrinsecus immittuntur, prohibere non possumus, non assentiri et oblatis non uti possumus. Alioqui quomodo tandem apostolus malum, quod sibi displicebat, maxime committeret, malum vero quod placebat nequaquam faceret, nisi de peregrinis cogitationibus loqueretur, quas animo quandoque vel inviti incertaque nobis ex caussa tractare solemus? Quas quidem evertere atque inhibere convenit, ne diffusae ac collatatae extremos quosque velut animae fines in potestatem redigant. Neque enim fieri potest ut si illae commode succreverint, bonum in nobis efflorescat. Recte itaque dicebat apostolus, *Quod enim perficio, non cognosco; non enim quod volo facio, sed quod odi hoc facio.* Volumus quippe ea quae minime conveniunt, quaeque illicita sunt, ne cogitare quidem. Illud enim perfectum demum bonum est, quod non modo a perpetrando, sed et cogitando malo temperat. Et *quod bonum volumus*, nequaquam efficitur, *sed quod nolumus malum.* Siquidem animo nostro frequentes incidunt, ac vel in-

ἐπιβαίνουσι, καὶ μὴ βουλομένων ἡμῶν, πολλάκις μύριά τε περὶ μυρίων περιεργίας ἡμᾶς καὶ [3] φιλοπραγμοσύνης ἀλόγου ἐμπιπλάντα. Διὸ τὸ μὲν θέλειν αὐτὰ μηδὲ ἐνθυμεῖσθαι παράκειται, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι εἰς τὸ ἀφανίσαι, ἵνα μὴ καὶ αὖθις περὶ τὸν λογισμὸν ἀνέλθωσιν, ὅτι μὴ κεῖται τοῦτο ἐφ' ἡμῖν, ὡς ἔφην, ἀλλὰ τὸ χρήσασθαι μόνον αὐτοῖς πως, ἢ μὴ χρήσασθαι. Ὡς εἶναι τὸν νοῦν τοιοῦτον τοῦ ῥητοῦ· Οὐ γὰρ ὃ θέλω ποιῶ ἀγαθόν· θέλω γὰρ μὴ ἐνθυμεῖσθαι ἃ βλάπτει με, ἐπειδὴ τοῦτο ἀγαθὸν καὶ ἄμωμον, κατὰ τὸ λεγόμενον, Ἄνευ ψόγου τετυγμένον χερσί τε καὶ νόῳ τετράγωνον· καὶ τοῦτο μὲν ὃ θέλω ἀγαθὸν οὐ ποιῶ, ὃ δὲ μὴ θέλω πράσσω κακόν· οὐ θέλω ἐννοεῖσθαι, καὶ ἐννοοῦμαι ὅσα μὴ θέλω. Καὶ [4] ἐπισκέψασθε, εἰ μὴ διὰ ταῦτα αὐτὰ καὶ ὁ Δαβὶδ ἐνετύγχανε τῷ θεῷ, δυσχεραίνων ἐπὶ τῷ λογίζεσθαι καὶ αὐτὸν ἃ μὴ ἤθελεν· Ἀπὸ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου· ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσι, τότε ἄμωμος ἔσομαι, καὶ καθαρισθήσομαι ἀπὸ ἁμαρτίας μεγάλης. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ ἀπόστολος ἐν ἑτέρῳ· Λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν
pag. 555. ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.

Κεφ. νη'. Εἰ δέ τις ὁμόσε τῷ λόγῳ ἰέναι τολμῶν ἀποκρίνοιτο, ὡς ἄρα διδάσκει ὁ ἀπόστολος ὡς οὐ μόνον ἐν τῷ λογίζεσθαι τὸ κακὸν ὃ μισοῦμεν καὶ ὃ οὐ θέλομεν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ποιεῖν αὐτὸ καὶ κατεργάζεσθαι, διὰ τοῦ, Οὐ γὰρ ὃ θέλω ποιῶ, λελέχθαι, ἀγαθὸν, ἀλλὰ ὃ οὐ θέλω κακὸν, τοῦτο πράσσω, ἀξιώσωμέν που, εἰ ἀληθῆ λέγει ὁ ταῦτα λέγων, διασαφῆσαι τί ἦν τὸ κακὸν ὃ ἐμίσει ὁ ἀπόστολος, καὶ οὐκ ἠβούλετο μὲν ποιεῖν, ἐποίει δὲ, καὶ ἀγαθὸν ὃ ἐβούλετο μὲν ποιεῖν, οὐκ ἐποίει δὲ, ἀλλὰ ἀντιστρόφως ὁσάκις μὲν ἤθελε ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν, τοσαυτάκις οὐ τὸ ἀγαθὸν, ὃ ἤθελεν, ἀλλὰ τὸ πονηρὸν, ὃ μὴ ἤθελεν, ἐποίει. Ἆρα γὰρ οὐ θέλων εἰδωλολατρεῖν, ἀλλὰ θεολατρεῖν, ὃ μὲν ἤθελε, θεολατρεῖν, οὐκ ἠδύνατο, ὃ δὲ μὴ ἤθελεν, εἰδωλολατρεῖν, ἠδύνατο; ἢ σωφρονεῖν μὲν, ὃ ἤθελεν, οὐκ ἐποίει, ἀκολασταίνειν δὲ, ὃ ἤχθετο, ἐποίει; καὶ συλλήβδην κραιπαλᾶν, ἀλλὰ ἀσωτεύεσθαι καὶ θυμοῦσθαι, ἀδικεῖν καὶ τὰ ἄλλα τῆς πονηρίας ἔργα, ἃ μὴ ἤθελεν, ἐποίει μὲν, ἃ δὲ ἤθελε, δικαιοσύνην καὶ ὁσιότητα, οὐκ ἐποίει; Καὶ μὴν αὐτὸς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις προτροπάδην ἐξεγείρων πάντας εἰς τὸ μὴ ἀνομεῖν οὐ μόνον τοὺς ποιοῦντας καὶ ἐπιτηδεύοντας τὰ ἄτοπα ὀλέθρῳ τηρεῖσθαι καὶ ὀργῇ παρεγγυᾷ, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνευδοκοῦντας αὐτοῖς εἰς αὐτὰς, ἀμιγὲς ἁμαρτίας ἐν ἡμῖν τὸ δίκαιον ἀσκεῖσθαι διαμιλλώ-

3. Vulgo περὶ φιλοπραγμοσύνης. 4. Vulgo ἐπισκέψασθαι.

vitos infinitis de rebus infinitae cogitationes invadunt, quae nos curiositate atque a ratione abhorrentium negotiorum multitudine implicant. Quocirca eiusmodi ne cogitare quidem velle potestatis est nostrae, id autem assequi, ut penitus extinguantur, neque nobis amplius occurrant, non est facultatis, uti diximus, nostrae, sed certo modo duntaxat uti, vel non uti; ut haec sit loci illius sententia: *Non enim quod volo facio bonum.* Volo enim minime cogitare quae mihi noceant, quoniam bonum istud est, ac reprehensione caret, ut illud dictum testatur, *Sine vituperatione factum manibusque ac mente quadratum.* Ergo illud quod *volo bonum non facio, sed quod nolo facio malum.* Cogitare enim nolo, et quae nolo tamen cogito. Atque illud videte quaeso, an non eandem ob caussam David deo supplicaret, indigne ferens, quod ea quae minus vellet animo pertractaret. *Ab occultis,* inquit, *meis munda me, et ab alienis parce servo* Ps. 18, 13.
*tuo: si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, et emundabor a delicto magno.* Sed et apostolus alio in loco: *Cogitationes de-* 2.Cor. 10, 5.
*struentes et omnem altitudinem, quae extollitur adversus cognitionem dei, et captivantes omnem intellectum in obsequium Christi.*

Cap. LVIII.

Iam vero si quis refragari his dictis ausus obiiciat, doceri hoc ab apostolo, non ad cogitationem modo mali, quod aversamur quodque fugimus, sed et ad opus ipsum et actionem illa referri, cum sic loquitur, *Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc facio,* hunc igitur, qui sic ratiocinetur, si modo vera dicit, explicare iubeamus, quodnam esse malum illud quod cum odisset apostolus, neque facere vellet, nihilominus faceret, aut illud e contrario bonum, quod cum maxime vellet praestare, nequaquam poterat. Imo vero quoties patrare bonum vellet, non quod volebat bonum, sed quod volebat malum re ipsa perficiebat. Utrumnam deorum exempli gratia venerari simulacra nolens, sed vero deo cultum adhibere, hoc quod cupiebat assequi non poterat, quod nolebat autem, ut simulacra coleret, hoc vero poterat? An cum temperanter vellet vivere, nequaquam id faciebat, libidines vero ac flagitia, quibus offendebatur, vita ac factis exprimebat? Atque ut summatim colligam, crapulam ac luxum, iram, iniustitiam, ceteraque improbitatis officia cum nollet usurpabat, quae vellet autem, iustitiam et sanctimoniam consectari non poterat? Atqui idem ille mediis in ecclesiis summa omnes animi contentione ad evitanda scelera cohortans non eos solum qui facinora perpetrarent, iisque studerent, ad exitium et iram dei reservandos admonuit, sed et illos insuper qui cum iis in Rom. 1, 32.
eiusmodi sceleribus consentirent. Adeo pura ac sincera ab omni labe iustitiae a nobis officia praestari magnopere contendebat. Quip-

μενος. Πᾶν γὰρ ἁμάρτημα καὶ ἐπιτήδευμα τὸ συμπέρασμα κτᾶται διὰ τῆς σαρκός. Πολλάκις γοῦν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἀναφανδὸν αὐτὰ δὴ ταῦτα διδάσκων ἡμᾶς ὑπεκτρέπεσθαι καὶ μισεῖν, φησὶ, Μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν θεοῦ κληρονομήσουσι. Καὶ τὸ κορυφαιότατον, εἰς τὸ παντάπασιν ἡμᾶς ἐκ παντὸς ἀποδρᾶναι καὶ ἀποτινάξασθαι τὸ ἁμαρτάνειν προτρέπων, Μιμηταί μου, ἀποφαίνεται, γίνεσθε, καθάπερ κἀγὼ Χριστοῦ. [1] Οὕτως οὐ [2] τῷ ποιεῖν ἃ μὴ ἤθελε καὶ πράττειν ὑπέθετο τὰ προειρημένα, ἀλλὰ τῷ μόνον λογίζεσθαι. Ἐπεὶ
pag. 586. πῶς ἂν [3] ἦ μιμητὴς ἀκριβὴς τοῦ Χριστοῦ; Νυνὶ δὲ ἐπειδήπερ ἐμπίπτουσι θηριώδεις πολλάκις λογισμοὶ, ἐπιθυμίας ἡμᾶς ἄλλοτε ἄλλως ἐμπιπλῶντες καὶ περιεργασίας,

Ἠΰτε μυιάων ἀδινάων ἔθνεα πολλὰ,

ἔφη, Τὸ γὰρ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ· [4] ἃ χρὴ τῆς ψυχῆς εὐθαρσῶς ἀποσοβεῖν, [5] μηδὲν ὅλως εἰς τὸ ποιῆσαι τὰ ὑπ' αὐτῶν ὑπηχούμενα νεύοντας. Ἵνα γὰρ ἐγκριθῶμεν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἐν πάσαις ἡδοναῖς καὶ λύπαις δοκιμασθέντες εἰ μὴ μεταβαλλοίμεθα, ἀλλὰ πανταχοῦ, καθάπερ ἀκήρατος χρυσὸς, διὰ πυρὸς βασανιζόμενοι οὐκ ἐξιστάμεθα τῆς οἰκείας ἀρετῆς, συμβαίνει τοῦτο, διοχλεῖσθαι τὸν νοῦν ὑπὸ πολλῶν. Ὅθεν δὴ γενναίως, ὥσπερ στρατιώτας ἀρίστους, ἀντιπαρατάσσεσθαι δεῖ, οἳ ἐπειδὰν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν αἴσθωνται πολιορκούμενοι, τοξείας οὐδὲν φροντίσαντες καὶ τῶν ἄλλων αὐτῶν ἀκοντισμάτων ὑπὲρ τοῦ σῶσαι τὴν πόλιν προθύμως ἐπ' αὐτοὺς ἵενται, μηδὲν ἐλλείποντες σπουδῆς, ἔστ' ἂν τὸ στῖφος αὐτῶν εἰς φυγὴν ἀνατρέψαντες [6] ἀπώσωνται τῶν ὅρων ἔξω. Ὁρᾷς γὰρ ὡς οἱ λογισμοὶ διὰ τὴν οἰκοῦσαν ἁμαρτίαν ἐν ἡμῖν ἔξωθεν ἐπισυνίστανται, καθαπερεὶ κύνες λυσσῶντες, ἢ ἄγριοι καὶ θρασεῖς λῃσταὶ, καθ' ἡμῶν ἀεὶ παρορμώμενοι ὑπὸ τοῦ τυράννου καὶ ἄρχοντος τῆς ἀδικίας, δοκιμάζοντες ἡμᾶς, εἰ ἀνθίστασθαι αὐτοῖς ἀρκοῦμεν καὶ ἀντιπαρατάσσεσθαι.

Κεφ. νθ'. Ἄγε οὖν μή ποτε ὑπενδοῦσα ἁρπασθῇς, ὦ ψυχὴ, πρὸς αὐτὸν, καὶ οὐκ ἕξομεν ὑπὲρ σοῦ δοῦναι λύτρα. Τί γὰρ ἀντικατάλλαγμα δώσει, φησὶν, ἄνθρωπος τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Καλὸν μὲν οὖν εἰ μὴ εἴχομεν, ἦν ἄρα, καὶ χαρμότατον, τοὺς ἀντιπράσσοντας ἡμῖν καὶ μαχομένους. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, καὶ ὃ θέλομεν οὐ δυνάμεθα.

Cap. LVIII. — 1. Οὕτως *desideratur in edit. Petavii. Habent omnes reliqui, et Photius.*
2. τῷ *emendavit Petavius, comprobavit Gatakerus Adverss. Misc. p.* 807. *Ita enim Photius. Vulgo extat* τὸ.
3. ἦν *Photius.*
4. ἃ χρὴ *emendavit Petavius. Libri*

pe peccatum omne ac conatus adminiculo carnis ad effectum perducitur. Quamobrem saepenumero in epistolis eadem illa manifeste nobis inculcans fugere aversarique iubet. *Nolite errare*, inquit, *neque fornicatores, neque idololatrae, nec adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, nec avari, nec ebrii, neque conviciatores, neque raptores regnum dei possidebunt.* Deinde, quod caput est, ut nos ad peccatum omni ope vitandum et excutiendum impelleret, *Imitatores mei*, inquit, *estote, sicut et ego Christi.* Ita non agendo committendoque quae nollet, sed cogitando solum superiora illa proposuit. Alioqui qui posset imitator Christi esse perfectus? Nunc autem cum saepe bestiarum proprie nobis cogitationes incidant, quae nos alia alias cupiditate ac curiositate compleant,

2. Cor. 6, 7.

1. Cor. 11, 1.

*Muscarum veluti densarum examina multa,* Il. B, 469.

idcirco, Non quod volo, dixit, hoc facio. Quae quidem constanter ex animo eiicienda sunt, ut ad nullum omnino faciendi quae suaserit gratia declinemus. Ut enim ad coeleste regnum adscribamur, postquam per omnes voluptates ac dolores periculum nostri fecerimus, utrumnam constantes atque immutabiles simus, et ubique incorrupti instar auri igne atque incendio probati, nihil a propria virtute desciverimus, tum vero plerisque rebus animus noster perturbatur atque angitur. Quamobrem fortiter nos eorum conatibus opponere debemus. Quemadmodum genere se milites solent, qui cum se ab hostibus obsideri vident, horum sagittis ac iaculis contemptis tutandae urbis gratia magno animo impressionem in eos faciunt, neque quicquam studii praetermittunt, donec confertum illorum globum propulsent atque extra fines suos eiiciant. Vides enim uti cogitationes propter peccatum illud, quod in nobis habitat, extrinsecus insurgant, velut rabidi quidam canes, vel audaces ac truculenti praedones, quos immanis ille tyrannus et iniustitiae princeps assidue in nos immittit. Atque ab iis quidem probamur, utrum resistere ipsis, atque ex adverso velut in acie consistere possimus.

Cap. LIX.

Age itaque vide sis, anima, ne infracta quandoque in illud transversa rapiaris, nec ullo te redemptionis pretio liberare possumus. *Quam enim commutationem dabit homo pro anima sua?* Et quidem optandum illud erat ac laetitiae plenissimum, nullos ut adversarios atque hostes haberemus. Sed quoniam fieri istud non potest, et quod volumus nequaquam assequimur. Volumus enim habere

Matth. 16, 26.

*enim vulgo* ἄχρι.

5. μηδὲν (*aut, si magis placet,* μηδὲ) ὅλως *ego rescripsi pro* μηδένα ὅλως, *quod libri retinent.* εἰς μηδένα *placuit Petavio.*

6. ἀπώσονται *edit. princ.*

Θέλομεν γὰρ μὴ ἔχειν τοὺς ἐξέλκοντας ἡμᾶς εἰς πάθη (ἦν γὰρ ἀνιδρωτὶ σωθῆναι), καὶ ὃ θέλομεν τοῦτο οὐ γίγνεται, ἀλλ' ὃ οὐ θέλομεν. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς δοκιμάζεσθαι, ὡς ἔφην. Μὴ ἐνδιδῶμεν οὖν, ὦ ψυχὴ, μὴ ἐνδιδῶμεν τῷ πονηρῷ, ἀλλὰ ἀναλαβόντες τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ ὑπερασπίζουσαν καὶ προαγωνιζομένην ἡμῶν ἐνδυσώμεθα τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὑποδυσώμεθα τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, ἐν πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, pag. 587. ἐν ᾧ δυνησόμεθα πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι· καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου [1] δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι στῆναι πρὸς τὴν μεθοδείαν τοῦ διαβόλου, λογισμούς τε καθαιρεῖν καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, ὅτι μὴ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα. Τούτου δὲ ἕνεκα ταῦτα λέγω, ὅτι οὗτος ὁ τρόπος τοῦ ἀποστόλου τῶν συνταγμάτων. Πολλὰ μὲν γὰρ ἔστι καὶ περὶ ἑκάστου τῶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ εἰρημένων ἀποδεῖξαι, ὡς ὀρθοδόξως καὶ μεμελημένως ἔχει, ἀλλὰ μακρὸν ἂν εἴη ἕκαστον αὐτῶν οὕτως διελθεῖν. Τὸ γὰρ τύπον αὐτοῦ δεῖξαι μόνον καὶ τὴν βούλησιν προῄρημαι νῦν. Οὐ γὰρ ὃ θέλω, τοῦτο πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ. Σύμφημι τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ ὅτι καλός· νυνὶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία· οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, τὸ ἀγαθόν. Ὀρθῶς λέγων. Μέμνησθε γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὡς [2] ὁριζόμεθα. Εἰ καὶ σπεύδων ἐγὼ ταχὺ πάντα διεξελθεῖν μᾶλλον βραδύνω, μακροτέρας μου τῶν λόγων τῆς περιόδου ἧς προσεδόκησα γεγενημένης· ἣν προθυμητέον δὴ διανύσαι. Ἄλλως γὰρ τοῦ προκειμένου οὔποτε ἥξομεν ἐπὶ τέλος.

Κεφ. ξ'. Οὐκοῦν ἐλέγομεν ἀφ' οὗ τὸν ἄνθρωπον, [1] εἰ μνημονεύετε, πλανηθέντα τὴν ἐντολὴν ἀθετῆσαι συνέβη, ἐντεῦθεν ἐκ τῆς παρακοῆς τὴν ἁμαρτίαν λαβοῦσαν γένεσιν εἰς αὐτὸν εἰσῳκηκέναι. Οὕτως γὰρ πρῶτον στάσις ἐνέπεσε, [2] σφαδαϊσμῶν τε καὶ λογισμῶν ἀνοικείων ἐπληρώθημεν, κενωθέντες μὲν τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ θεοῦ, πληρωθέντες δὲ ἐπιθυμίας ὑλικῆς, ἣν ὁ [3] πολύπλοκος ἐνέπνευσεν εἰς ἡμᾶς ὄφις, βραχυπορησάντων ἡμῶν τῆς παραγγελίας τοῦ θεοῦ τὸν κύκλον. Διὸ καὶ τὸν θάνατον ὁ θεὸς πρὸς ἀναίρεσιν τῆς ἁμαρτίας ὑπὲρ ἡμῶν [4] εὕρατο, ἵνα μὴ ἐν ἀθανάτοις ἡμῖν ἀνατείλασα, ὡς ἔφην, ἀθάνατος ᾖ. Ὅθεν ὁ ἀπόστολος, Οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, τὸ ἀγαθὸν, λέγων τὴν ἀπὸ τῆς παραβάσεως διὰ τῆς ἐπιθυμίας εἰσοικισθεῖσαν εἰς ἡμᾶς ἁμαρτίαν βούλεται μηνύειν ἤδη, ἧς δὴ καθά-

Cap. LIX. — 1. *Vulgo* δέξασθαι. 2. διωριζόμεθα *Photius.*

Cap. LX. — 1. εἰ μνημονεύετε *emendarunt Cornarius et Petavius. Vulgo* ἐμνημονεύετε. 2. σφαδασμῶν *Photius.*

nullum qui nos ad animi perturbationes attrahat (nam hoc modo citra sudorem ac laborem salutem obtinere potuimus), sed quod volumus id minime fit, imo id potius quod nolumus. Probari enim nos, uti diximus, oportet. Cum haec igitur ita sint, nequaquam, o anima, improbissimo cedamus hosti, sed *dei armaturam* Eph. 6, 11.
*sumentes*, quae nos tuetur ac protegit, *iustitiae loricam induamus, et calceemus pedes in praeparatione evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possimus omnia iacula nequissimi hostis ignita restringere: et galeam salutis accipite, et gladium spiritus, quod est verbum dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli, ac cogitationes destruere et omnem altitudinem, quae extollitur adversus* 2. Cor. 10, 5.
*scientiam dei. Quoniam non est nobis colluctatio adversus sanguinem* Eph. 6, 12.
*et carnem.* Haec autem ideo dico quod ea sit omnium apostoli scriptorum ratio. Multa quippe sunt, quae de uno quoque eorum quae in illa epistola pronuntiantur demonstrari possunt, ut ad rectam fidem apposite accurateque dicta videantur. Sed longum est hunc in modum singula percensere. Formam enim duntaxat illius ac sententiam in praesentia declarare statui. *Non enim quod volo hoc facio,* Rom. 7, 15.
*sed quod odi hoc facio:* divinae quidem legi assentior, ac bonam esse fateor. Iam vero non illud ipsum ego committo, *sed quod habitat in me peccatum: scio enim quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum.* Praeclare istud quidem. Meminisse vos enim arbitror quid a nobis supra constitutum fuerit. Tametsi dum omnia persequi studeo, paulo sim longior, maioremque mihi quam sperabam in ambitum circumducta sit oratio, quem nos percurrere ac conficere conabimur. Alioqui nullum in proposito argumento finem expediemus.

Ita igitur, si recordamini, disputabamus. Ex quo primus homo Cap. LX.
circumventus mandatum dei violavit, inde peccatum ex ea contumacia propagatum in eo sedem constituisse. Sic enim primum exorta seditio est, ac nos turbulentis agitationibus ac peregrinis cogitationibus implicari coepimus. Nam divino illo afflatu destitutos, ac penitus exhaustos lutulentae illae cupiditates oppleverunt, quas callidus in nos serpens ac veterator immisit, cum divini alioqui praecepti velut orbem brevi temporis spatio peragrassemus. Propterea mortem deus ad extinguendum peccatum nostra caussa reperit, ne ex immortalibus nobis, uti dictum est, efflorescens immortale permaneret. Hinc nimirum apostolus, *Scio,* inquit, *quoniam non habitat* Rom. 7, 18.
*in me, hoc est in carne mea, bonum.* Quibus verbis peccatum modo significat, quod ex illa divini mandati violatione per cupiditatem in

3. πολύτροπος *Photius.* 4. ἀνεύρατο *Photius.*

περ βλαστήματα νέα καὶ κλῶνες οἱ φιλήδονοι περὶ ἡμᾶς ἀεὶ λογισμοὶ
pag. 588. συνίστανται. Δισσὰ γὰρ ἐν ἡμῖν λογισμῶν γένη· [5] ὁ μὲν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας τῆς [6] ἐνθωπευούσης ἐν τῷ σώματι συνιστάμενος, ἥτις ἐξ [7] ἐπινοίας, ὡς ἔφην, ἐγενήθη τοῦ ὑλικοῦ πνεύματος, ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ κατὰ τὴν ἐντολὴν, ὃν ἔμφυτον ἐλάβομεν ἔχειν καὶ φυσικὸν νόμον, πρὸς τὸ καλὸν ἡμῶν ἐξεγείροντα καὶ ἐπανορθούμενον τὸν λογισμόν. Ὅθεν τῇ νομοθεσίᾳ τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν νοῦν συνηδόμεθα, τοῦτο γὰρ ὁ ἔσω ἄνθρωπος· τῇ δὲ νομοθεσίᾳ τοῦ διαβόλου κατὰ τὴν ἐνοικοῦσαν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. Ὁ γὰρ νόμος ἀντιστρατευόμενος καὶ ἀντιπράσσων τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ, ὁ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ [8] τοῦ νοὸς, οὗτός ἐστιν ὁ τοὺς ἐμπαθεῖς ἀναφύων ἀεὶ καὶ ὑλικοὺς πρὸς ἀνομίαν περισπασμοὺς, παντάπασι πρὸς ἡδονὰς ὢν ἑλκτικός.

Κεφ. ξα'. Τρεῖς γὰρ νόμους ὑποτιθέμενος ἀναφανδὸν ὁ Παῦλος ἐνταῦθά μοι καταφαίνεται· ἕνα μὲν τὸν κατὰ τὸ ἔμφυτον ἐν ἡμῖν ἀγαθὸν, ὃ καὶ νόμον σαφῶς νοὸς ἐκάλεσεν, ἕνα δὲ τὸν ἐκ προσβολῆς ἐνιστάμενον τοῦ πονηροῦ, καὶ εἰς τὰς ἐμπαθεῖς ἐξέλκοντα πολλάκις φαντασίας τὴν ψυχὴν, ὃν ἀντιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς ἔφη, καὶ ἕτερον τὸν κατὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τῆς ἐπιθυμίας [1] ἐνσκιρώσαντα ἐν τῇ σαρκὶ, ὃν ἁμαρτίας νόμον οἰκοῦντα ἐν τοῖς μέλεσιν ἐκάλεσεν· ᾧ ἐπιβαίνων ὁ πονηρὸς καὶ ἐποχούμενος πολλάκις καθ' ἡμῶν ἐγκελεύεται, πρὸς ἀδικίαν ἡμᾶς καὶ πράξεις συνελαύνων κακάς. Ὁ γὰρ ἔξωθεν εἰςπνεόμενος ἀπὸ τοῦ πονηροῦ νόμος, καὶ διὰ τῶν αἰσθήσεων, καθάπερ ἀσφαλτῶδες ῥεῦμα, ἐνδὸν εἰς αὐτὴν ἐκχεόμενος τὴν ψυχὴν, ὑπὸ τοῦ ἐν σαρκὶ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἐπιτυγχάνοντος κραταιοῦται νόμου. Φαίνεται γὰρ ὡς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς τὸ μὲν βέλτιον, τὸ δὲ χεῖρον ὄν. Καὶ ὅταν μὲν τὸ βέλτιον φύσει τοῦ χείρονος ἐγκρατέστερον γενηθῇ, φέρεται ὅλος πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁ νοῦς· ὅταν δὲ τὸ χεῖρον ἐπιβρίσῃ πλεονάσαν, [2] ὃ ἀντιστρατεύεσθαι τῷ ἐν ἡμῖν λέγεται ἀγαθῷ, πάλιν ἄγεται ἀντιστρόφως πρὸς φαντασίας παντοδαπὰς ὁ ἄνθρωπος καὶ λογισμοὺς χείρονας.

Κεφ. ξβ'. Οὗ δὴ καὶ χάριν ὁ ἀπόστολος εὔχεται ῥυσθῆναι, θάνατον αὐτὸ καὶ ὄλεθρον εἶναι ἡγούμενος. Ὥςπερ δὴ καὶ ὁ προφήτης, Ἀπὸ τῶν
pag. 589. κρυφίων μου, λέγων, καθάρισόν με. Αὐτὰ γὰρ τὰ ῥητὰ τοῦτο παρίστησιν, Συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον,

5. τὸ μὲν — τὸ δὲ *Photius.*
6. ἐμφωλευούσης *Photius.*
7. ἐπιπνοίας *Photius.*
8. τοῦ νοὸς αὐτός ἐστιν ὁ τοὺς ἐμπαθεῖς *Photius.*
Cap. LXI. — 1. σκιρώσαντα *Pho-*

nos est invectum, quo ex peccato, tanquam germina quaedam ac surculi, ita voluptariae in nobis cogitationes oriuntur. Est enim duplex in nobis cogitationum genus: aliud quod ex concupiscentia quae in corpore nostro residet excitari solet, quae, ut ante diximus, a concreti cum materia spiritus fraude artificioque proficiscitur: aliud est quod ex mandati lege derivatur, lege inquam illa quam insitam et a natura ingenitam hausimus, quaeque animum nostrum ad honestatem stimulat atque erigit. Ex quo fit ut divina lex, quod ad mentem attinet, voluptatem nobis adferat: hoc enim interior ille homo est: ob illud vero peccatum, quod in carne nostra habitat, diaboli lege delectemur. Etenim lex illa, quae cum divina pugnat eique resistit, in animi nostri cupiditate posita illa ipsa est quae turbulentas et materiae faece implicatas et ad improbitatem dissipatas cogitationes producit, quaeque ingentem omnino ad voluptates habet illecebram.

Siquidem apostolus tria omnino legum genera hoc in loco distinxisse manifeste videtur. Quorum unum est insito nobis bono consentaneum, quam aperte legem mentis appellat. Alterum est quod ex nequissimi impressione conflatum nostram animam in perturbationis plenissimas plerumque cogitationes ac phantasias coniicit, quam eandem legi mentis adversari dixit. Postremum genus est quod per peccatum ex ipsa cupiditate in carne nostra occalluit, quam ille *peccati legem habitantem in membris nostris* nominat. Quam etiam improbus ille hostis invadens eique insidens saepe adversus nos excitat, atque ad iniustitiam ac scelerata facinora compellit. Nam lex illa, quam malignus hostis extrinsecus insinuat, quaeque per sensus velut lentus quidam ac sequax bituminis tractus in animam ipsam intus infunditur, ab alia lege corroboratur, quam in carnem nostram cupiditas ipsa derivat. Nam in nobis inesse videtur aliud quod melius est, aliud quod deterius. Cumque illud deteriore potentius fuerit, tota mens ac bonum velut impetu quodam agitur. Cum autem id quod peius est exuberans pondere suo depresserit, quod innato nobis bono repugnare dicitur, tum demum ex adverso varias ad imaginum species, ac deteriores cogitationes homo traducitur. Cap. LXI.

Atque ea caussa est cur apostolus liberari sese optet, cum mortem illam atque exitium esse iudicarit. Quemadmodum inquit propheta: *Ab occultis meis munda me.* Istud enim verba ipsa prae se ferunt. *Condelector,* inquit, *legi dei secundum interiorem homi-* Cap. LXII. Ps. 18, 13. Rom. 7, 22.

*tius. Cf. de hoc verbo Gatakerus Adverss. Miscell. p.* 807.

2. *Libri vulgo* τὸ *pro* ὅ.

λέγοντος· βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας, τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου· ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; οὐ τὸ σῶμα θάνατον ἀποφηνάμενος, ἀλλὰ τὸν νόμον τῆς ἁμαρτίας, τὸν ἐν τοῖς μέλεσι διὰ τῆς παραβάσεως ἐν ἡμῖν ἐμφωλεύοντα, καὶ πρὸς θάνατον ἀεὶ τὸν τῆς ἀδικίας τὴν ψυχὴν ἐμφαντάζοντα. Ἐπιφέρει γοῦν εὐθέως, ἀμέλει [1] διαλυόμενος ὁποίου θανάτου ἐγλίχετο ῥυσθῆναι καὶ τίς αὐτὸν ὁ ῥυόμενος ἦν, Χάρις τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Προσεκτέον γὰρ ὅτι εἰ τὸ σῶμα θάνατον τοῦτο, ὦ Ἀγλαοφῶν, ὡς ὑπειλήφατε, ἔλεγεν, οὐκ ἂν τὸν Χριστὸν ὡς ῥυόμενον αὐτὸν ὕστερον ἐκ τοῦ τοιούτου κακοῦ παρελάμβανεν. Ἐπεὶ τί παραδοξότερον ἢ πλέον ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐσχήκαμεν; Τί δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος ὅλως, ὡς διὰ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ [2] δυνάμενος ἐκ τοῦ θανάτου ὑπὸ θεοῦ ἐλευθερωθῆναι, τοῦτο ὑπεφθέγγετο, ὁπότε πᾶσι καὶ πρὸ τοῦ τὸν Χριστὸν ἐλθεῖν εἰς τὸν κόσμον συνέβαινε θνήσκειν; Ἐρρύοντο γὰρ χωριζόμενοι πάντες τῶν σωμάτων κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ βίου ταύτην ἔξοδον· ἀλλὰ καὶ ὡσαύτως δὲ πᾶσαι αἱ ψυχαί, καὶ αἱ τῶν ἀπίστων καὶ πιστῶν, καὶ τῶν ἀδίκων καὶ δικαίων, ἐχωρίζοντο τῶν σωμάτων κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς τελευτῆς. Τί οὖν ὁ ἀπόστολος πλέον παρὰ τοὺς ἄλλους λαβεῖν τοὺς ἐν ἀπιστίᾳ διατρίψαντας ἐσπούδαζεν; ἢ διὰ τί ῥυσθῆναι ἀπὸ τοῦ σώματος ηὔχετο, ὃ [3] κἂν μὴ ἤθελε, πάντως ἂν συνέβαινεν αὐτῷ, καθάπερ δὴ καὶ πᾶσι κεῖται τὸ τελευτῆσαι καὶ χωρισθῆναι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀπὸ τῶν σωμάτων, εἴγε θάνατον τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ὑπετίθετο; Ὥστε οὐ τὸ σῶμα τοῦτο, ὦ Ἀγλαοφῶν, θάνατον, ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν τὴν κατοικήσασαν διὰ τῆς ἐπιθυμίας ἐν τῷ σώματι λέγει, ἧς ὁ θεὸς αὐτὸν διὰ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ ἐρρύσατο. Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου, ὅπως ὁ ἐγείρας Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ
pag. 590. πνεῦμα ἐν ἡμῖν ζωοποιήσῃ καὶ τὰ θνητὰ σώματα ἡμῶν, τῆς ἁμαρτίας τῆς ἐν τῷ σώματι ἡμῶν κατακριθείσης πρὸς ἀναίρεσιν· ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ κατὰ τὴν ἐντολὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἡμᾶς [4] ἀφελκομένου φυσικοῦ νόμου φανερωθῇ [5] ἐξαφθὲν, τὸ ἀσθενῆσαν, τῆς σαρκὸς κεκρατημένης τῇ ἁμαρτίᾳ πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, ταῖς ὑλικαῖς φροντίσιν [6] ἐπιχωννύμενον. Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ ἐν ἡμῖν φυσικοῦ ἀγαθοῦ, ἐν ᾧ ἠσθένει, ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἡττώμενον τῆς ἐγκειμένης ἐν τῷ σώ-

Cap. LXII. — 1. διαλυόμενος reposui ex Photio pro διαλεγόμενος; quod obtinuit in libris Epiphanii.

2. δυναμούμενος Photius.

3. κἂν reposui cum Cornario et Petavio. Libri enim vulgo καὶ.

4. ἐφελκομένου Photius.

5. ἐξαφθὲν tanquam incommodum sententiae uncinis inclusit Petavius. Quod

*nem: video autem aliam legem repugnantem legi mentis meae, et captivantem me legi peccati, quae est in membris meis: infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius?* Ubi non corpus mortem esse pronuntiat, sed peccati videlicet legem, quae in membris nostris insidet, ac per mandati transgressionem latebras in nobis constituit, ac denique ad iniustitiae necem animam nostram variis imaginibus illudendo pertrahit. Quamobrem subinde in eadem disputatione subiicit cuiusmodi se a morte liberari cuperet, et a quo liberandus esset. *Gratia,* inquit, *deo per Iesum Christum.* Illud enim diligenter attendi cupio. Si corpus istud mortem ut putatis, o Aglaophon, appellasset, nunquam illum Christi, tanquam eius a quo postea tali ex incommodo eripiendus esset, mentionem facturum. Quid enim admirabilius aut amplius ex illo Christi adventu consecuti fuimus? Quid autem apostolus omnino, quasi per Christi praesentiam a morte eripi divino beneficio posset, illa pronuntiabat, cum omnibus, etiam antequam Christus in hunc orbem veniret, mors ipsa contigerit? Nam universi a corporibus separati in vitae huius exitu liberabantur; ac similiter omnes, tam infidelium quam fidelium, tam iniustorum quam iustorum, animae postremo illo obitus die seiunctae a corporibus evolabant. Quidnam igitur apostolus prae ceteris qui infidelitate vitam traduxerant studebat obtinere? Aut cur exsolvi corporis vinculis optabat, quod vel initio necessarium erat aliquando contingere, prout omnibus emori constitutum est, et ipsorum animas a corporum coniunctione divelli, si quidem corpus animae interitum esse vellet? Itaque non corpus hoc, o Aglaophon, mortem appellat, sed peccatum, quod per cupiditatem in corpore residet, a quo quidem corpore deus ipsum adventus Christi beneficio liberum expeditumque reddidit. Etenim lex spiritus vitae in Christo Iesu liberavit nos a lege peccati et mortis, *ut qui excitavit Iesum* Rom. 8, 11. *a mortuis, propter inhabitantem eius spiritum in nobis vivificet et mortalia corpora nostra cum peccatum, quod inest in corpore nostro, damnatum ad necem fuerit:* quo naturalis legis ac praecepti iustificatio, quae nos ad bonum trahebat, quam imbecillia esset appareret, quae carne ante Christi adventum sub peccati potestatem redacta terrenis curis erat oppressa. Insiti enim a natura boni vim, quod ingenitae corporibus cupiditati succubuerat, confirmavit corroboravit-

*recte vindicavit Gatakerus l. l. p.* 808., *sic vertens:* „Ut ius legis naturalis, quod iuxta praeceptum ad bonum nos attrahit redaccensum, sive resuscitatum, appareat, quod infirmum fuerat, carne a peccato superata, ante Christi adventum, cum curis terrenis immisceretur et cum eis quodammodo coalesceret."

6. *Vulgo* ἐπιχωννυμένον. ἐπιχωννυμένου *coniec. Petavius.*

ματι, ὁ [7] θεὸς ἀνερρώσατο πέμψας τὸν υἱὸν ἑαυτοῦ, τὴν ὁμοίαν τῇ σαρκὶ σάρκα ἀνειληφότα (ἀλήθεια γὰρ, καὶ οὐ δόκησις ἦν ὃ ἐφάνη), ἵνα τῆς ἁμαρτίας κατακεκριμένης πρὸς ἀναίρεσιν, εἰς τὸ μηκέτι καρποφορῆσαι ἐν τῇ σαρκὶ, τὸ δικαίωμα τοῦ φυσικοῦ νόμου πληρωθῇ, πλεονάσαν τῇ ὑπακοῇ τοῖς μὴ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς σαρκὸς περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ πνεύματος καὶ τὴν ὑφήγησιν. Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς, ὃ δή ἐστι τὸ εὐαγγέλιον, ἕτερος ὢν τῶν προειρημένων νόμων, διὰ τοῦ κηρύγματος πρὸς ὑπακοὴν τεθεὶς καὶ ἄφεσιν ἁμαρτημάτων ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου, νικήσας ἐκ παντὸς τὴν ἁμαρτίαν βασιλεύουσαν τῆς σαρκός.

Ἃ μὲν οὖν δὴ προβάλλονται, καὶ ἐκ τῶν τοῦ ἀποστόλου ῥητῶν οὐκ ὀρθῶς αὐτὰ ἐξηγούμενοι, σαφηνίσας ἔφην, ὦ Θεόφιλε. Τρέψομαι δὲ καὶ πρὸς τὰ ἕτερα, ἐάνπερ τὸν βοηθήσοντα ἡμῖν πρὸς τὴν διέξοδον εὕρωμεν τοῦ λόγου. Ἄπορα γὰρ καὶ οὐ πάνυ ῥᾴδια πρὸς καθαίρεσιν τὰ ἑξῆς. Διὸ καὶ ὀκνηρότερον αὐτῶν ἅπτομαι, μακρὰν καὶ χαλεπὴν αὐτῶν ὁρῶν τὴν ἀπόδειξιν ἐσομένην, ἐὰν μή τις ἡμᾶς αὖρα συνέσεως ἄφνω ἐξ οὐρανοῦ καταπνεύσασα καθάπερ ἐν μέσῳ νηχομένους πελάγει εἰς ὅρμον ἀκύμονα καὶ ἀπόδειξιν ἀποκαταστήσῃ ἀσφαλεστέραν.

ΕΩΣ ΩΔΕ ΤΟ ΜΕΡΟΣ ΤΩΝ ΜΕΘΟΔΙΟΥ.

Κεφ. ξγ΄. Ταῦτα μὲν οὖν ἐστιν ἀπὸ μέρους καθ᾽ εἱρμὸν τῶν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Μεθοδίου, [1] τοῦ καὶ Εὐβουλίου, περὶ τοῦ προειρημένου Ὠριγένους καὶ τῆς αὐτοῦ διὰ σοφιστικῆς πλάνης κακοπιστίας ἐν τῷ αὐτῷ
pag. 591. περὶ Ἀναστάσεως λόγῳ. Ἃ ἐνταῦθα παραθέμενοι ἱκανῶς ἔχειν ἐνομίσαμεν πρὸς τὰς ἐκείνου φλυαρίας, [2] καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνατροπὴν τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς δι᾽ ἐπιπλάστου [3] ἐξ Ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας [4] κακοηθείας. Πολλὰ γὰρ καὶ ἕτερα ἐν τῇ περὶ τῆς ὑποθέσεως ἀκολουθίᾳ τῷ προειρημένῳ Μεθοδίῳ, ἀνδρὶ λογίῳ ὄντι καὶ σφόδρα περὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνισαμένῳ, εἰρημένα εἴρηται, πάντως που καὶ ἔπη [5] τοσαῦτα ἕτερα. Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἐπηγγειλάμεθα καθ᾽ ἑκάστην αἵρεσιν ὀλίγα πρὸς τὴν αὐτῆς ἀνατροπὴν λέγειν (οὐ γάρ εἰσιν ὀλίγαι), ἕως ὧδε ἐκ τῆς αὐτοῦ πραγματείας παραθέμενοι ἠρκέσθημεν. Ὀλίγα δὲ καὶ αὐτοὶ τῆς ἡμῶν πτωχείας εἰς τὴν αὐτὴν τοῦ ἀνδρὸς φλυαρίαν ἔτι προσθέμενοι καταπαύσομεν τὸν κατ᾽ αὐτοῦ ἀγῶνα, τῷ θεῷ ἀποδεδωκότες τὸ βραβεῖον τῷ νικοποιῷ, καὶ τὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ φιλανθρω-

7. ὁ θεὸς *Photius. Epiphanii libri vulgo* ὃ ὁ θεὸς.

Cap. LXIII. — 1. τοῦ καὶ Εὐβουλίου. *Sub hoc enim nomine in dialogo eo quem modo excerpsit Epiphanius latet Methodius. Cf. supra cap.* 22. *fin.*

2. καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνατροπὴν *rescripsi Petavium secutus. Vulgo* καὶ τῆς αὐτοῦ ἀνατροπῆς.

3. ἐξ *uncinis notavit Petavius.*

4. *Delevi* καὶ *particulam, quae ante* κακοηθείας *accrevit et vulgo in libris*

que deus, misso de coelo filio, qui similem nostrae carnem induerat. Vere enim, non specie tenus, erat id quod esse videbatur. Ut nimirum adiudicato neci peccato, ne ullos iterum in carne fructus ederet, naturalis iustificatio legis impleretur, quae in his obedientiae beneficio redundaret qui non ex carnis concupiscentia progrediuntur, sed ad spiritus desiderium se ac praescriptum accommodant. Lex enim spiritus vitae, hoc est evangelium, ab superioribus legibus discrepans, ad obedientiam peccatorumque relaxationem evangelii praeconio constituta, ab lege nos peccati ac mortis eripuit, ac peccatum ipsum, quod in carne regnabat, funditus debellavit.

Igitur quaecumque ex apostoli verbis proponi ab illis solent, sed intellecta perperam, tibi, o Theophile, hactenus exposui. Nunc ad alia me convertam, postquam huius explicandi sermonis adiutorem nactus fuero. Difficilia quippe sunt, neque ad refellendum expedita, quae sequuntur. Quo spissius ac timidius haec aggredior, quorum longam ac difficilem fore probationem video, nisi sapientiae quaedam aura repente coelitus adspirans, sic, tanquam in alto navigantes, tranquillum ad portum ac firmiorem demonstrationem appellat.

HACTENUS EX METHODIO.

Atque haec sunt e beati Methodii, qui et Eubulius dictus est, Cap. LXIII. scriptis ordine decerpta, quae de Origene depravataque Origenis fide sophisticis cavillationibus implicata in eodem de resurrectione libro disseruit. Quae hoc loco proposita sufficere contra illius nugas putavimus, impiamque doctrinam, qua humani generis vitam adscititia illa gentilium superstitione atque improbitate corrupit. Et quamquam alia pleraque idem argumentum Methodius ille vir apprime doctus acerrimusque veritatis patronus in eodem libro disputarit, totidem fere, quot a nobis excerpti sunt, versibus, nihilominus cum id initio receperimus, in unaquaque tractanda haeresi pauca nos ad eius confutationem esse dicturos (sunt enim numero complures) satis esse duximus huc usque ex illius opere transtulisse. Quare ubi adversus hominis inconditam loquacitatem nonnulla adhuc ex inopia nostra deprompserimus, pugnandi adversus illum modum faciemus, postquam auctori victoriae deo victoriae praemium ac decus obtulerimus,

*hodie deprehenditur; ἐπιπλάστου enim pertinet ad κακοηθείας. Cornarius vertit hanc sententiam ita:* „— — ad illius nugas, et ad ipsum destruendum, qui humanam vitam per confictam ex Graeca doctrina superstitionem ac malignitatem subvertit."

5. τοσαῦτα ἕτερα. *Ex reliqua operis Methodii parte excerpta sat ampla habes apud Photium, inde a pag.* 918. *fin.* (*edit. Rothomag.*)

πίᾳ πάντοτε στέμμασιν ἀμαραντίνοις κατακοσμοῦντι, τοῖς τῆς ἀληθείας κηρύγμασιν. Λέξωμεν τοίνυν καὶ αὐτοὶ πρὸς αὐτὸν κατὰ δύναμιν.

Φάσκεις, ὦ οὗτος, ὡς καὶ ἄνω μοι προδεδήλωται, ἐπισκωμματίζων ὅτι, Μὴ ἄρα βυρσοδέψης ἦν ὁ θεὸς, ἵνα χιτῶνας δερματίνους τοῖς περὶ τὸν Ἀδὰμ ποιήσῃ, μηδέπω ζώων τεθυμένων; Εἰ δὲ καὶ ἐτύθη ζῶα, οὐκ ἦσαν, φησὶ, χιτῶνες δερμάτινοι, ἀλλὰ τὸ γήϊνον ὃ περικείμεθα σῶμα. Καὶ πανταχόθεν ἐλέγχεται τῇ τοῦ διαβόλου ἐπινοίᾳ καὶ τῇ τοῦ ὄφεως δολιότητι παρακολουθῶν φθορὰν ἀπιστίας τῇ ἀνθρωπότητι ἐργαζόμενος, καὶ τὴν Εὔαν ἐξαπατήσαντος, καὶ ἀεὶ τὰς διανοίας τῶν ἀκεραίων ψυχῶν τῇ πανουργίᾳ ἐν ταῖς αὐτῶν διανοίαις παραφθείραντος. Ἴδωμεν τοίνυν εἰ δύναται τὰ ὑπὸ σοῦ εἰρημένα ἔχειν στάσιν, [6] ὡς τοσαῦτα μοχθήσας καὶ εἰς μάτην ἐλάσας [7] τὸν περὶ τοσούτων βίβλων συγγραφῆς ἀγῶνα. Εἰ γάρ ἐστιν ἀληθὲς ὃ περὶ σοῦ ᾄδεται, ὅτι ἑξακισχιλίους βίβλους συνεγράψω, ὦ ματαιοπόνε, καὶ τὸν πάντα κάματον εἰς ψόγους καὶ δόλους ματαιότητος ἀναλώσας σφοδρῶς, καὶ κενῶς τὴν σὴν ἐργασίαν καταστήσας, διὰ τῶν ἀναγκαίων ὧν παρεχάραξας ἀνέλπιστον τῆς ἐμπορίας σου τὸν κάματον περιεποιήσω. Εἰ
pag. 592. γὰρ οὐκ ἀνίσταται τὸ σῶμα, οὐδὲ ἡ ψυχή τι κληρονομήσει. Μία γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ κοινωνία τοῦ τε σώματος καὶ τῆς ψυχῆς, καὶ μία ἐργασία. Ἀνάστασιν δὲ παλιμβόλως καὶ αὐτὸς ὁμολογῶν πεφαντασιασμένην δόκησιν, καὶ οὐκ ἀληθινῶς ἔχον, ἀναγκάζῃ μόνον τὸ ὄνομα λέγειν. Ἀνάστασις οὖν ποία ψυχῆς δύναται λέγεσθαι, τῆς μὴ πιπτούσης, μηδὲ θαπτομένης; Ἀλλὰ δήλη ἐστὶν ἐκ τοῦ ὀνόματος ὅτι τοῦ πεσόντος σώματος καὶ ταφέντος ἡ ἀνάστασις, πάντῃ τε καὶ ἐν πάσῃ γραφῇ ἐστιν κηρυττομένη ὑπὸ τῶν υἱῶν τῆς ἀληθείας. Εἰ δὲ οὐκ ἀνίσταται, οὐκ ἔνι ἡ διὰ πασῶν γραφῶν κηρυττομένη ἀνάστασις. Εἰ δὲ ἀνάστασις οὐχ ὑπάρχει, ματαία ἡ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως προσδοκία. Οὐ γὰρ ψυχῶν ἀνάστασίς ἐστι τῶν μὴ πεσουσῶν, ἀλλὰ σωμάτων τῶν τεθαμμένων. Εἰ δὲ καὶ μέρος τῆς ἀναστάσεως ἐγείρεται, μέρος δὲ [8] ἀποτίθεται ἄρα, τοῦτο τὸ μέρος πῶς ἔσται; Οὐ γὰρ δύναται ἐν σώματι εἶναι μέρη ἐγειρόμενα, καὶ μέρη ἀποτιθέμενα καὶ καταλιμπανόμενα. Ὅτι δὲ ἔστι σῶμα ψυχικὸν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικὸν, οὐκ ἄλλο σῶμα πνευματικὸν, καὶ ἄλλο ψυχικὸν, ἀλλ' αὐτὸ ψυχικὸν, αὐτὸ πνευματικόν. Ὅτε γάρ ἐσμεν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ τὰ σαρκὸς πράττομεν

6. ὦ τοσαῦτα *volebat Petavius.*
7. *Vulgo* τῶν.
8. *Vulgo distinctum est* ἀποτίθεται, ἄρα τοῦτο τὸ μέρος πῶς ἔσται.

qui pro singulari humanitate sua amarantinis perpetuo coronis, hoc est veritatis dogmatibus, ecclesiam exornat. Nunc ergo adversus eundem pro viribus disputemus.

Tu igitur, mi homo, per iocum haec nobis obiicis, ut initio meminimus, utrumnam pellio quidam deus esset, ut scorteas tunicas Adamo eiusque coniugi faceret, cum nullum adhuc iugulatum esset animal? Ac tametsi mactata esse demus aliqua, non tamen, inquit, de pelliceis tunicis, sed de terreno, quod nos ambit, corpore accipienda haec videntur. In quo omni ex parte diaboli fraudem ac serpentis calliditatem imitari convincitur, atque ita humano generi infidelitatis corruptelam consciscere. Quemadmodum et Evam antea serpens ille decepit, ac simpliciorum hominum animos versutia sua ac calliditate pervertit. Videamus igitur utrum stare quae sunt a te dicta possint, cum tantopere laboraris ac frustra tam infinitis voluminibus conscribendis quoddam tibi certamen indixeris. Si enim verum est quod de te percrebuit, sex librorum millia a te esse conscripta, o infelix, qui inanissime desudaris, ac conatus tuos omnes tanta animi contentione in vituperationes ac vanissimas fraudes insumpseris, operam denique tuam frustra posueris, nimirum praecipuis illis ac necessariis fidei capitibus depravandis, desperatum ac fructu carentem omni negotiationis tuae laborem reddidisti. Nam si corpus non resurgit, nulla iam animae spes hereditatis relinquitur. Unica enim est eademque corporis animaeque communio, par atque idem opus. Tu vero resurrectionem etiam subdole callideque confitens, non rei veritatem, sed falsa specie adumbratam imaginem retinens, solum nomen usurpare cogeris. Quae enim animae dici resurrectio potest, quae neque cadit unquam, nec sepulturae mandatur, sed vel appellatione ipsa declarat, corporis, quod ceciderit sepultumque fuerit, resurrectionem esse propriam; quam ubique, atque in omni scriptura veritatis filii praedicant. Si igitur minime resurgit, nusquam illa est scripturarum omnium monumentis celebrata resurrectio. Sublata porro resurrectione vana est mortuorum resurrectionis expectatio. Non enim ad animas illa transferri potest, quae nequaquam ceciderint, sed consepultis est tribuenda corporibus. Quod si pars aliqua resurrectione suscitatur, alia pars deponitur, quis erit tandem partis illius status? Non enim possunt aliae in corpore excitari partes, depositis aliis ac relictis. Quod autem et animale corpus et spiritale dicitur, non sic accipiendum est, ut aliud spiritale, aliud animale sit, sed ut idem atque unum ambo illa censeantur. Etenim quamdiu in hoc mundo versamur, ac corruptibiles carnis functiones exercemus, animalia corpora sunt. Tum enim

φθαρτὰ ἔργα, σώματά ἐστι ψυχικά· δουλεύομεν γὰρ τῇ ψυχῇ ἐν τῷ κόσμῳ ἐν ἀτοπίαις, ὡς καὶ σὺ ἔφης ἀπὸ μέρους. Ὅτε δὲ ἐγειρόμεθα, οὐκέτι τῆς ψυχῆς ἡ δουλεία, ἀλλὰ πνεύματος ἡ ἀκολουθία, ἀπεντεῦθεν ἤδη ἔχουσα τὸν ἀρραβῶνα διὰ τοῦ εἰρημένου, Εἰ ζῶμεν πνεύματι, πνεύματι καὶ στοιχῶμεν, εἰ δὲ καὶ πνεύματι στοιχῶμεν, τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦντες ζήσωμεν. Οὐκέτι γὰρ γάμοι, οὐκέτι ἐπιθυμίαι, οὐκέτι ἀγῶνες τοῖς ἐγκράτειαν ἐπαγγελλομένοις, οὐκέτι παραπτώματα ἁγνείας ἀντίπαλα, οὐκέτι ἐνέργειαι αἱ ἐνταῦθα πραττόμεναι, ἀλλὰ, ὥς φησιν ὁ κύριος, οἱ καταξιωθέντες ἐκείνης τῆς ἀναστάσεως οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι.

Κεφ. ξδ'. Ὡς καὶ μετετέθη Ἐνὼχ τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο. Οὐ μετετέθη δὲ καὶ κατέλιπε τὸ σῶμα, ἢ μέρος τοῦ σώματος. Εἰ γὰρ κατέλιπε τὸ σῶμα, εἶδεν ἄρα θάνατον· ὁ δὲ σὺν σώματι μετατεθεὶς, οὐκ εἶδε θάνατον. Ἐν σώματι γὰρ ζῶντι ὑπάρχει πνευματικῶς φερόμενος, καὶ οὐχὶ ψυχικῶς, διὰ τὴν μετάθεσιν, καί τοί γε ἐν (pag. 593.) σώματι ὢν πνευματικῶς. Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ Ἠλία ὡσαύτως, ὅτι ἀνελήφθη ἐν ἅρματι πυρίνῳ. Καὶ ἔστιν ἔτι ἐν σαρκὶ, σαρκὶ δὲ πνευματικῇ, καὶ οὐκ ἐπιδεομένῃ [1] ὢν ἀεὶ, ὅτε ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ ὑπῆρχε, διὰ κοράκων τρέφεσθαι καὶ ἀπὸ τοῦ Χορὰτ χειμάρρου πίνειν, μηλωτὴν δὲ ἐνδύεσθαι, ἀλλὰ τρέφεσθαι ἑτέρᾳ τινὶ τροφῇ πνευματικῇ, ἧς ἐστι χορηγὸς ὁ τὰ κρύφια γινώσκων καὶ ἀόρατα κτίσας θεὸς, ἀμβροσίαν τινὰ καὶ ἀκήρατον ἔχων τὴν ἐδωδήν. Καὶ ὁρᾷς ὅτι αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ ψυχικὸν, αὐτὸ πνευματικὸν, ὡς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἀνέστη ἐκ τῶν νεκρῶν οὐκ ἄλλο σῶμα ἐγείρας, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ὂν, καὶ οὐχ ἕτερον παρὰ τὸ ὂν, αὐτὸ δὲ τὸ ὂν εἰς λεπτότητα μεταβαλὼν πνευματικὴν, καὶ πνευματικὸν ὅλον συνενώσας, εἰσερχόμενος θυρῶν κεκλεισμένων, ὅπερ οὐκ ἐνδέχεται κατὰ τὰ ἡμέτερα σώματα ἐνταῦθα ὑπάρχειν, τοῦτο διὰ τὸ παχυμερὲς καὶ οὔπω εἰς λεπτότητα συνενωθὲν πνευματικήν. Τί οὖν ἦν τὸ εἰσελθὸν θυρῶν κεκλεισμένων; ἄλλο παρὰ τὸ ἐσταυρωμένον, ἢ αὐτὸ τὸ ἐσταυρωμένον; Πάντως που οὐ δυνήσῃ, Ὠρίγενες, μὴ ὁμολογῆσαι αὐτὸ τὸ ἐσταυρωμένον. Ἐλέγχει σε γὰρ διὰ τῆς τοῦ Θωμᾶ ἀκριβολογίας, ἐπειπὼν αὐτῷ, Μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. Ἔδειξε γὰρ τύπον ἥλων, καὶ [2] τόπον λόγχης, καὶ αὐτὰς τὰς οὐλὰς ἀφῆκεν ἐπὶ τοῦ σώματος, καίπερ συνενώσας τὸ σῶμα εἰς μίαν ἑνότητα πνευματι-

Cap. LXIV. — 1. ὢν *rescripsi cum Petavio pro* τῶν, *quod libri tenent.* 2. τύπον *edit. Petav.*

anima absurdis atque abhorrentibus in rebus servitutem patimur, id quod et tu aliqua ex parte dixisti. Cum autem ad vitam excitamur, anima servitute illa liberatur, ac spiritus continua deinceps administratio succedit, quae hinc velut arrham ac pignus obtinet, perinde ac scriptum est: *Si spiritu vivimus, spiritu et ambulemus; si autem* Gal. 5, 25.
*spiritu ambulemus, actiones corporis velut enecantes vivamus.* Nullae itaque amplius nuptiae, cupiditates nullae, nulla continentiam professis certamina, nulli castitati lapsus contrarii, nullae denique actiones eiusmodi supersunt, quae in hac vita geruntur. Sed, quod sal- Marc. 12, 25.
vator asserit, qui resurrectione illa dignati fuerint, neque ducunt uxores, neque nubunt, sed sunt sicut angeli.

Cap. LXIV.

Quemadmodum translatus est Enoch, ut non videret mortem, et non inventus est. Neque vero ita translatus est ut corpus cor- Gen. 5, 24.
porisve partem relinqueret. Nam si corpus relinqueret, mortem utique videret. Quare una cum corpore translatus mortem omnino non vidit. Siquidem vivo adhuc ac spirante corpore praeditus spiritali more, non animali, propter translationem illam degit, cum in corpore peraeque spiritali modo versetur. Idem vero et de Elia fa- 4. Reg. 2, 11.
teri necesse est, qui igneo curru in sublime est evectus, esse adhuc in carne nimirum, sed spiritali carne, quae non his rebus amplius opus habeat, quibus, cum in mundo adhuc esset, indigebat. Cuiusmodi est, ali corvorum ministerio, ex Chorati torrente bibere, atque ovilla pelle contegi. Sed alio quodam spiritalis cibi genere nutriri, quem ei occultorum cognitor eorumque quae videri nequeunt conditor deus suppeditat, penes quem ambrosiae et incorrupti cuiusdam pabuli copia est. Animadvertis itaque idem esse animale ac spiritale corpus; quemadmodum et dominus noster a morte surrexit, non ut aliud revocaret ad vitam corpus, sed illud ipsum, quod ei fuerat, neque praeter ipsum aliud, sed ita tamen ut illud ipsum spiritus in propriam tenuitatem ac subtilitatem converteret, ac spiritale omnino conflaret. Quare et *occlusis ianuis ingressus est,* quod in Ioann. 20, 26.
hac quidem vita corporibus nostris contingere non potest, eo quod concreta sunt ac crassa, nec dum in spiritalem illam tenuitatem coaluerint. Quodnam igitur corpus est quod clausis ianuis est ingressum? Aliudne quam quod in cruce suffixum est, an illud ipsum in crucem sublatum? Quocumque te vertas, Origenes, non potes non illud ipsum esse confiteri quod cruci est affixum. Nam ipse te per accuratam Thomae inquisitionem redarguit, cum ei dixit, *Noli esse* Ioann. 20, 27.
*incredulus, sed fidelis.* Tum enim clavorum vestigia monstravit ac lanceae, adeoque cicatrices ipsas reliquit in corpore, quamvis illud spiritalem in unitatem conflasset. Poterat quidem cicatrices ipsas

κήν. Ἠδύνατο οὖν καὶ τὰς οὐλὰς ἀπαλεῖψαι, ἀλλ' οὐκ ἀπαλείφει, ἵνα ἐλέγξῃ σὲ, ὦ θεήλατε. Ἄρα οὖν ἦν τὸ σῶμα τὸ ἐν τῷ μνημείῳ ταφὲν τὸ τριήμερον, καὶ σὺν αὐτῷ ἀναστὰν ἐν τῇ ἀναστάσει. Ἔδειξε γὰρ καὶ ὀστᾶ καὶ δέρμα καὶ σάρκας, ὡς εἴρηκεν ὅτι, Εἴδετε ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστᾶ οὐκ ἔχει, ὡς ὁρᾶτέ με ἔχοντα. Πῶς οὖν εἰςῆλθε θυρῶν κεκλεισμένων; ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὅτι σῶμα μέν ἐστι, καὶ οὐ πνεῦμα τὸ ὁρώμενον, ἀλλὰ σῶμα πνευματικὸν, καί τοί γε σὺν ψυχῇ καὶ θεότητι καὶ ὅλῃ τῇ ἐνανθρωπήσει αὐτὸ ὂν, ἀλλὰ πνευματικὸν, αὐτὸ τό ποτε παχυμερὲς λεπτομερὲς, αὐτὸ τὸ ἐσταυρωμένον, καὶ αὐτὸ τὸ κε-
pag. 594. κρατημένον ἀκράτητον, συνενωθὲν καὶ συγκραθὲν τῇ θεότητι, καὶ οὐκέτι λυόμενον, ἀλλ' εἰς ἀεὶ διαμένον μηκέτι ἀποθνήσκον. Ἀνέστη γὰρ Χριστὸς ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων· οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει.

Κεφ. ξε'. Ἵνα δὲ γνῷς καὶ τοῦτο, δι' ἣν αἰτίαν ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων λέγεται ὁ Χριστὸς, καί τοί γε οὐκ αὐτοῦ ἀρξαμένου ἀνίστασθαι, — πρὸ αὐτοῦ γὰρ ἀνέστησαν δι' αὐτοῦ Λάζαρος καὶ ὁ υἱὸς τῆς χήρας καὶ ἄλλοι, καὶ διὰ Ἠλία, καὶ διὰ Ἐλισσαίου· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖνοι πάντες ἀναστάντες πάλιν τεθνήκασιν, οὕτω Χριστὸς ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. Ἀναστὰς γὰρ οὐκέτι ἀποθνήσκει, ὡς ἡ μέλλουσα ἀνάστασις εἶναι διὰ τῆς αὐτοῦ ζωῆς καὶ φιλανθρωπίας. Εἰ δέ ἐστιν ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, καὶ ἀνέστη ὅλον τὸ αὐτοῦ σῶμα σὺν τῇ θεότητι, ἡ αὐτοῦ ἐνανθρώπησις ἀναστᾶσα, καὶ μηδενὸς ἐξ αὐτῆς καταλειφθέντος, οὔτε σῶμα, οὔτε ἕτερόν τι. Οὐ γὰρ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς Ἅιδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Καὶ τὸ μὲν περὶ ψυχῆς ἐν τῷ Ἅιδῃ σημαίνει τὸ μὴ καταλελεῖφθαι, τὸν δὲ ὅσιον, ἵνα δείξῃ τὸ ὅσιον σῶμα, τὸ μὴ ἑωρακὸς διαφθορὰν, ἀλλὰ ἀναστὰν ἀδιάφθορον τὸ τριήμερον, καὶ τῇ ἀφθαρσίᾳ συνηνωμένον εἰς τὸν αἰῶνα.

Σὺ δὲ φάσκεις, ὦ οὗτος, ταῦτα τὰ σώματα εἶναι τοὺς δερματίνους χιτῶνας, οὐδαμοῦ τῆς ἀκολουθίας τοῦτο ἐχούσης, ἀλλὰ διὰ τὰ ἐν σοὶ ἀπ' ἀρχῆς σπέρματα καταβληθέντα τῆς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐθνομύθου διδασκαλίας, καὶ διὰ τὸν ἐκεῖ παροξυνθέντα σοι κακότροπον λογισμὸν τῆς περὶ τῆς ἀναστάσεως ἀπιστίας, φημὶ δὲ Ἑλλήνων τῶν σε εἰς τοῦτο ἀγαγόντων. Ὁ γὰρ ψυχικὸς ἄνθρωπος, φησὶν, οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστιν, ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται. Εἰ μὲν γὰρ πρὸ τῆς παρακοῆς οἱ χιτῶνες τοῖς περὶ τὸν

abolere, sed id tamen noluit, quo te, furiose, convinceret. Quocirca idem tum corpus ostensum est, quod in tumulo triduo consepultum fuerat, ac cum ipso in resurrectione suscitatum. Quippe ossa, pellem carnesque demonstravit, ut dixit, *Videte quoniam spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Quomodo igitur clausis ianuis subiit, nisi ut corpus esse quod aspicerent, non spiritum, probaret, sed spiritale tamen corpus? Quamquam erat illud cum anima et divinitate, totaque adeo hominis natura coniunctum. Sed spiritale erat, ut dixi, et quod crassum olim erat subtile redditum, quodque in crucem actum atque obnoxium fuerat, nullius amplius potestati subiectum, atque ita cum divinitate coniunctum, ac veluti temperatum, ut non amplius dissolvi posset, sed mortis expers in sempiternum maneret. *Surrexit enim Christus ex* 1.Cor.15,20. *mortuis, primitiae dormientium; non amplius moritur, mors illi ultra non dominabitur.*

Atque ut illud intelligas, quam ob caussam *primitiae dormientium Christus* appelletur, tametsi non is primus omnium surrexerit, — Cap. LXV. nam ante ipsum Lazarus per eum excitatus fuerat, nec non et viduae filius, et alii quidam; adde et nonnullos ab Elia atque Elisaeo vitae restitutos: ut illud igitur intelligas, sic habeto: cum omnes illi qui resurrexisse dicuntur iterum mortui sint, merito Christum *primitias* appellari *dormientium*, qui posteaquam resurrexit non amplius moritur, quae est futura resurrectionis ratio, quam illius vitae et humanitatis beneficio consequemur. Cum autem sit ille *primitiae dormientium*, integrum eius corpus cum divinitate, hoc est quicquid ad assumptam humanitatem attinet, resurrexit, nihil ut omnino ex ea relictum sit, non corpus aut eiusmodi quiddam. *Non enim dere-* Ps. 15, 10. *linques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Ubi quod de anima in inferno dicitur, non esse destitutam significat; *sanctum* autem addidit, ut sanctum corpus ostenderet quod corruptionem non vidit, sed post triduum incorruptum et immortalitate in aeternum praeditum surrexit.

Tu vero haec nostra corpora scorteas esse tunicas affirmas, cum id orationis consequens series refellat. Sed haec ab illis tibi seminibus, quorum ex gentilium superstitione ac fabulis satus excepisti, iniecta videtur opinio: nec non et ex impia illa ratiocinatione infidelique de resurrectione dogmate, quod in te indidem excitatum est, et a Graecis, qui eo te deduxerunt, est profectum. *Animalis enim,* inquit, *homo non capit ea quae sunt spiritus; stultitia* 1.Cor. 2, 14. *enim est illi, quia spiritaliter examinatur.* Enimvero si ante violatum mandatum tunicae primis nostris parentibus essent oblatae, non-

Ἀδὰμ ἐγίνοντο, πιθανὸν ἄν σου τὸ ψεῦσμα, καὶ δυνάμενον ἐξαπατῆσαι. Ὅτε δὲ φαίνεται μετὰ τὴν Εὔαν πλασθῆναι, πόθεν [1] δὴ ἄρα ἐπλάττετο, ἀλλὰ ἀπὸ σώματος; Δῆλον· ἐπέβαλε γὰρ, φησὶν, ἔκστα-
pag. 595. σιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ ὕπνωσε, καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ. Πλευρὰ δὲ οὐδὲν ἕτερον τυγχάνει, ἀλλὰ ὀστέον. Ὠικοδόμησε δὲ σάρκα ἀντ' αὐτῆς. Σαρκὸς δὲ ὀνομαζομένης, πῶς ἔτι προσδοκᾶται ἡ ταύτης ποίησις; Καὶ ἀνωτέρω φησὶ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἔλαβε, φησὶ, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον. Ὁ δὲ χοῦς καὶ σὰρξ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλὰ σῶμα. Εἶτα μετέπειτα, Καὶ ἀναστὰς Ἀδὰμ ἀπὸ τοῦ ὕπνου εἶπε, Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. Οὔπω δὲ χιτῶνες οἱ δερμάτινοι, οὔπω τὸ παρὰ σοῦ ψεῦσμα ἀλληγορούμενον ὑπῆρχεν. Ὀστοῦν τοίνυν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῶν σαρκῶν μου, δῆλον ὅτι σώματα ἦσαν, καὶ οὐκ ἦν ἀσώματος ὁ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα. Καὶ ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ ἔφαγεν, ὡς ὑπενοθεύθη ὑπὸ τοῦ ὄφεως καὶ γέγονεν ἐν παρακοῇ· Καὶ ἤκουσε τὴν φωνὴν τοῦ θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ Παραδείσῳ τὸ δειλινὸν, καὶ ἐκρύβη ὁ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα ἐν τῷ ξύλῳ· καὶ ὁ θεός φησι τῷ Ἀδὰμ, Ποῦ εἶ; ὁ δὲ ἐλεγχόμενος ἀποκρίνεται, Τὴν φωνήν σου ἤκουσα, καὶ ἐκρύβην, ὅτι γυμνός εἰμι. Γυμνὸν δὲ ἄρα ποῖον ἔλεγε, τὴν ψυχὴν ἔλεγεν, ἢ τὸ σῶμα; τὰ δὲ φύλλα τῆς συκῆς τίνα ἔσκεπε, τὴν ψυχὴν, ἢ τὸ σῶμα; Καὶ, Τίς σοι εἶπε, φησὶν, ὅτι γυμνὸς εἶ, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὗ ἐνετειλάμην σοι τούτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες; Καί φησιν, Ἡ γυμνὴ ἣν ἔδωκάς μοι δέδωκέ μοι, καὶ ἔφαγον. Πόθεν δὲ ἐδόθη ἡ γυνὴ, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ σώματος, πρινὴ τοὺς χιτῶνας αὐτοῖς δοθῆναι; Καὶ τῇ γυναικί φησι, Τί τοῦτο ἐποίησας; Ἡ δὲ, Ὁ ὄφις ἠπάτησέ με, καὶ ἔφαγον, καὶ ἔδωκα τῷ ἀνδρί μου. Ὁ δὲ θεὸς ἐπάγει τὴν κατάραν, καὶ τῇ γυναικὶ τὴν ὀδύνην, καὶ τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἐν ἱδρῶτι φαγεῖν τὸν ἄρτον, καὶ μετὰ ταῦτα λέγει, Ἰδοὺ, Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν· μή ποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα καὶ ἅψηται τοῦ ξύλου καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ μεθ' ἕτερα, Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς χιτῶνας δερματίνους, καὶ ἐνέδυσε τοὺς περὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἐκ τοῦ Παραδείσου. Καὶ ὁρᾷς ὅτι μάταιος ἡ παρὰ σοῦ καινοτομουμένη κενοφωνία. Πρὸ [2] πόσου γὰρ χρόνου ἦσαν σώματα τοῖς περὶ τὸν Ἀδάμ;

Κεφ. ξϛʹ. Εἰ δὲ τοῦτό σε ἀνακρίνει, καὶ οὐ δύνασαι ψυχικῶς διανοούμενος τοῦ πνεύματος δέξασθαι τὴν χάριν, ἄπιστε, καὶ ἐπέκεινα τῶν ἀπίστων
pag. 596. τυγχάνων, λέγε μοι ἑκάστην ὑπόθεσιν ἐκ θεοῦ γεγονυῖαν, πόσην ἔχει τὴν θαυματουργίαν καὶ ἔκπληξιν; Πόθεν ἐξ οὐκ ὄντων οὐρανὸς τέ-

Cap. LXV. — 1. δὴ *ego rescripsi. Libri habent* δὲ.

nihil probabile tuum illud foret mendacium, et in errorem posset inducere. Iam vero post Evam in lucem editam esse confectas apparet. Eva porro undenam est nisi ex corpore formata? Id vero manifestum est: *Immisit enim*, ait, *soporem in Adam, et dormivit, et accepit unam de costis eius.* Gen. 2, 21. Costa vero praeter os nihil aliud est; *cuius loco carnem aedificavit.* Cum igitur caro nominata sit, qui tandem structura illius expectatur. Sed et paulo ante, *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem nostram et similitudinem: et accepit*, inquit, *limum de terra et formavit hominem.* Atqui limus et caro nihil sunt aliud quam corpus. Deinde sequitur, *Et exsurgens Adam e somno dixit, Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea.* Nondum erant pelliceae illae tunicae, nondum confictum illud in allegoria tua mendacium extiterat. Itaque *os ex ossibus meis, et caro de carne mea,* manifeste de corporibus intelligenda sunt, adeo ut Adamus et Eva corporibus minime carerent. *Et accepit de ligno, et comedit;* prout serpentis astu deceptus atque in deum rebellis fuit. *Et audivit vocem dei ambulantis in Paradiso sub vesperam, et abscondit se Adam et Eva ad arborem.* Tum dominus Adamum interrogat, *Ubi es?* At is deprehensus respondit, *Vocem tuam audivi, et abscondi me eo quod nudus essem.* Nudum vero quid tandem dixit? animam, an corpus? Deinde ficulnea folia quemnam obtegebant, animam an corpus? *Et quis tibi dixit*, inquit, *te esse nudum, nisi quod de ligno, de quo praecepi tibi ne comederes, comedisti?* Ad haec Adamus respondit, *Mulier quam dedisti mihi dedit mihi, et comedi.* Cedo unde mulier data fuerit, nisi ex costa, hoc est Adami corpore, antequam tunicae illis attribuerentur? Porro mulieri dixit, *Cur hoc fecisti?* At illa, *Serpens,* inquit, *decepit me, et comedi, et dedi viro meo.* Post haec deus execrationem inflixit, mulieri scilicet dolorem, et viro, *ut in sudore pane suo vesceretur.* Quibus factis adiecit, *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis: ne forte extendat manum, et attingat lignum, et comedat, et vivat in aeternum.* Postea, *Et fecit deus tunicas pelliceas, et induit Adam et uxorem eius, et eiecit illos e Paradiso.* Vides quam inepta sit nova illa a te excogitata et inanis opinio. Nam aliquanto ante tempore corpora primi nostri parentes habuerunt.

Cap. LXVI. Quod si te illud examinat, neque potes animalem in modum ista cogitans spiritus gratiam percipere, o infidelis homo et infidelibus deterior, dic mihi sodes, quantum unumquodque dei opus habet miraculi? Quomodo coelum ex nihilo in sublimi porrectum est et

2. ποσοῦ *placuit Petavio.*

ται ἐν μετεώρῳ ἀναπεπετασμένος; πόθεν ἐστιλβώθη ὁ ἥλιος καὶ ἐκτίσθη, καὶ σελήνη, καὶ τὰ ἄστρα; ἐκ ποίου πρωτοτύπου ὕλης ἐλήφθη ἡ γῆ, ἐξ οὐκ ὄντων γινομένη; ἀπὸ ποίων φύσεων ἐτμήθη τὰ ὄρη; πόθεν ἡ σύστασις ὅλου τοῦ κόσμου, ἡ ἐξ οὐκ ὄντων τῷ θεῷ πορισθεῖσα; πόθεν τῶν νεφῶν ἡ σύστασις, ἣ ὑπὸ θίξιν σκέπει τὸν οὐρανόν; πόθεν τοῦ κώνωπος καὶ τῆς σκνιφὸς διὰ προστάγματος θεοῦ τῷ θεράποντι αὐτοῦ Μωϋσῇ ὁ πορισμός; πῶς τὴν ξυλίνην ῥάβδον εἰς ὄφιν μετέβαλεν [1] ἐνεψυχωμένον καὶ ἕρποντα; πόθεν τῇ χειρὶ τοῦ Μωϋσέως [2] τὸ εἰς χιόνα μεταβάλλεσθαι; Οὕτω καὶ τότε ἠθέλησεν ὁ θεὸς, ὦ ἄπιστε, καὶ δερματίνους φύσει χιτῶνας ἄνευ ζώων, ἄνευ τέχνης τινὸς ἀνθρωπίνης καὶ πολυμόρφου ἐργασίας ἅμα θέλων ἐποίησε τοῖς περὶ τὸν Ἀδὰμ, ὡς ἀπαρχῆς ἅμα ἠθέλησε, καὶ οὐρανὸς καὶ τὰ πάντα γεγένηται. Καὶ περὶ τούτων πολλάκις ἔφαμεν καὶ ἐν ἄλλοις τόποις καὶ ἀνωτέρω. Καὶ τοῖς μὲν βουλομένοις τὸ ζῆν σύντομος ἡ σωτηρία, καὶ εὐθυέλεγκτος ἡ κακοπιστία· τοῖς δὲ μὴ θέλουσι τὸ τῆς σωτηρίας καταδέξασθαι διδασκαλεῖον οὐδὲ ὁ πᾶς αἰὼν πρὸς διαλογὴν ἐξαρκέσειε, κωφευούσης ἀεὶ τῆς ἀκοῆς δίκην ἀσπίδος, καὶ τὰ ὦτα βυούσης, τοῦ μὴ καταδέξασθαι φωνὴν ἐπᾳδόντων, [3] φαρμακοῦταί τε φαρμακευομένη παρὰ σοφοῦ, κατὰ τὸν θεῖον λόγον. Τοῖς δὲ υἱοῖς τῆς ἀληθείας, οἶμαι, ὠφέλιμος οὐκ ὀλίγως, κἄν τε διὰ πλάτους ὁ λόγος εἰρημένος ἐνταῦθά μοι κεῖται.

Κεφ. ξζ. Ἐλεύσομαι δὲ εἰς τὸν περὶ ἀναστάσεως [1] λόγον. [2] Ὅταν γὰρ ἐξαπατήσῃς τοὺς ἀγνοοῦντας, τὸ σὸν φρόνημα ὑποβαλλόμενος, ὦ ματαιοπόνε, καὶ εἴπῃς, [3] Τινὲς τῶν ἁπλουστέρων νομίζουσι τοὺς ἀσεβεῖς μὴ τεύξεσθαι [4] ἀναστάσεως, || καὶ ὕστερον δείξῃ τοὺς αὐτοὺς ἁπλουστέρους πάλιν ἐρωτωμένους ὑπὸ σοῦ ὅτι, Ποίου σώματος ἔσται ἡ ἀνάστασις; καὶ ὡς ἀντεπαπορήσεις διὰ σεαυτοῦ ἐκ προσώπου τῶν ἁπλουστέρων κατὰ σὲ λεγομένων (καὶ γὰρ τοῦτο [5] ἀνάγκη σαφῶς λέγειν) ἀγαθοὺς ἀποκαλεῖν τοὺς ἁπλουστέρους παρὰ σοὶ λεγομένους, οὐ διὰ σεαυτοῦ ὁ λόγος, οὐδὲ τῷ λόγῳ σου ἡ χάρις, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ, τῇ ἀναγκαζούσῃ σε λέγειν τῶν δούλων τοῦ θεοῦ βελτιότητός τε καὶ ἀγαθότητος τεκμήρια. Καὶ γὰρ καὶ [6] ὁ ἐκτὸς λόγος λέγει, [7] Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας. Ἁπλοῦς δὲ εἰώθαμεν τοὺς ἀκάκους λέγειν οἷς ἔπαινος παρὰ τῷ σωτῆρι ἐμφέρεται πολλοῖς τόποις, τὸ, [8] Γίνεσθε ἀκέραιοι ὡς περιστεραὶ, καὶ τὸ, Ἄφετε τὰ παιδία ἐλθεῖν πρός με, τῶν

Cap. LXVI. — 1. *Vulgo* ἐπεψυχωμένον.
2. *Vulgo* τῷ.
3. *Libri vulgo* φαρμακοῦται φαρμακευομένη.

Cap. LXVII. — 1. *Plenius cod. Venet.* σου ἐκ τοῦ πρώτου ψαλμοῦ λόγον.
2. ὅτ' ἂν *cod. Venet. ubique.*
3. *Cf. supra cap.* 10. *et cap.* 12.
4. *Post vocabulum* ἀναστάσεως *usque*

expansum? Undenam solis ille fulgor accensus est, aut ille ipse cum luna sideribusque conditus? Quanam vero ex priore materia translata terra est, quae est ex nihilo producta? Quonam ex naturae genere montes excisi sunt? Unde totius universi constitutio, quam ex nihilo deus peperit? Aut unde nubes conflatae sunt, quibus repente coelum obducitur? Unde culicum cyniphumque vim dei Exod. 8, 17.
imperio servus eius Moyses comparare potuit? Quomodo ligneam Exod. 4, 3.
virgam animatum ac prorepentem in colubrum convertit? Qui fieri Exod. 4, 6.
potuit ut Moysis manus in nivem commutaretur? Sic igitur et tum deo, mortalium infidelissime, placuit, ac pelliceas, et quidem veras tunicas, sine ullis animalibus, sine humanae artis ac multiplicis operis adminiculo primis nostris parentibus simulatque voluit confecit, non secus atque initio simulac voluit coelum atque universa producta sunt. Ceterum de his nos saepius et aliis in locis et supra disputavimus. Atque his quidem, qui vitae desiderio tenentur, salutis est expedita ratio, et infidelissimi erroris confutatio facilis. Iis vero, qui salutis disciplinam ac magisterium repudiant, ne integrum quidem seculum potest ad disputandum sufficere; cum illorum aures perpetuo, *aspidis instar, obsurdescant: quae aures suas obdurat, ut* Ps. 57, 5.
*non exaudiat vocem incantantium, venefici incantantis sapienter,* ut in sacris literis scriptum est. Veritatis porro filiis fructuosissimum hunc sermonem confido fore, tametsi latius illum hoc loco prosequamur.

Venio itaque ad institutam de resurrectione disputationem. Cap. LXVII.
Cum enim ignaros deceperis, ac tuam opinionem pro vero dogmate subieceris, itaque dixeris, Nonnulli e rudioribus impios non putant resurrectionis compotes futuros, || et postea iidem rudiores rursus abs te interrogentur, Cuiusnam corporis erit resurrectio? et cum tu haeseris, ne ipse in eorum qui secundum te rudiores appellantur (nam hoc quoque aperte dicendum est) persona bonos appelles eos qui a te rudiores dicuntur, non per te erit responsum neque tuo gratia habenda responso, sed veritati erit, quae te servorum dei quae sint emendationis atque bonitatis insignia dicere cogit. Nam gentile quoque proverbium, Simplex, ait, narratio veritatis. Simplices vero consuevimus innocentes vocare, quibus multis locis a salvatore laus tribuitur, uti, *Estote simplices tanquam columbae*, et, *Patia-* Matth. 10, 16. Matth. 19, 14.

*ad verba* οὐ μόνον γὰρ τοῦτό ἐστιν *in cod. Rhedig. et Ien. et editis libris lacuna interhiat satis spatiosa, quam nunc demum explere licuit ope codicis Veneti, omnium integerrimi.*

5. ἀνάγκησα φῶς λέγειν *cod. ms.*

6. ὁ ἐκτὸς λόγος. *Cf. haer.* 66, 10., *ubi Marsipus quidam appellatur* „τῶν ἐκτὸς λόγων φιλόσοφος.“

7. *Euripidis est Phoeniss.* 472. *Cf. Seneca Epist.* 49.

8. γίνεσθαι *cod. ms.*

Κεφ. γ'. Καὶ γὰρ τὸ ὄντι καὶ αὐτοὶ οὐ δύο φαμὲν εἶναι θεοὺς, οὐδὲ θεότητας, ἀλλὰ μίαν θεότητα, ἐπειδὴ γὰρ οὔτε δύο λέγομεν πατέρας, οὔτε δύο υἱοὺς, οὔτε δύο πνεύματα ἅγια, ἀλλὰ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, μίαν θεότητα, μίαν δοξολογίαν. Οὗτος δὲ οὐ λέγει μόνον θεὸν διὰ τὸ πηγὴν εἶναι τὸν πατέρα, ἀλλὰ μόνον θεὸν, ἀναιρῶν ὅσον τὸ κατ' αὐτὸν τὴν τοῦ υἱοῦ θεότητα καὶ ὑπόστασιν, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἔχων δὲ αὐτὸν τὸν πατέρα ἕνα θεὸν, ἄγονον υἱοῦ, ὡς εἶναι τὰ δύο ἀτελῆ, πατέρα καὶ υἱὸν, τὸν μὲν πατέρα ἄγονον υἱοῦ, καὶ ἄκαρπον τὸν λόγον θεοῦ ζῶντος καὶ σοφίας ἀληθινῆς. Λόγον γὰρ οἷον τὸν ἐν καρδίᾳ εἶναι νομίζουσι, καὶ σοφίαν, [1] οἵαν ἐν ψυχῇ ἀνθρώπου ἕκαστος ἔχει τὴν ἐκ θεοῦ φρόνησιν ἐκ θεοῦ κεκτημένος.

6. ὁ *om. ed. Pet.*

Cap. II. — 1. Ἰησοῦ προσεσχημένοι (*vel* προσισχόμενοι) *mea est emendatio. Etiam Petavium video vocabulum* οἰήσει *vertisse Iesu, quamquam in marg. suae edit. proposuit solum* τὸ ὄνομα *et* προϊσχόμενον, *de voce* οἰήσει *vel* Ἰησοῦ *vero tacuit. Vulgata librorum scriptura est* οἰήσει προϊσχημένοι. *Cornarius vertit* nihil aliud existentes quam nomine so-

in Iesu, qui homo merus esset, habitasse. Ita unus, inquit ille, deus est, neque aut pater est pater, aut filius filius, aut spiritus sanctus spiritus est sanctus, imo vero deus unus est pater, et huius in ipso filius, ut est in homine sermo. Quam quidem opinionem ex hisce fere testimoniis colligit, primum, quod Moyses dixerit, *Dominus deus tuus dominus unus est.* Neque vero cum Noëto patre ille passum esse definit, sed solum, inquit, adveniens verbum, totum illud administravit, et ad patrem revertit. Ac sunt omnia quae ab illo dicuntur sane quam absurda. Deut. 6. 4.

Videamus igitur ecquid opinione falsi hominis constare possit oratio. Nam ita proponit. Dixit, inquit, Christus, *Ego in patre, et pater in me est.* Et nos istud una profitemur, ex patre profectum esse deum verbum, ac cum eodem esse perpetuo, ab eoque progenitum. Sed non ideo patrem sine subsistente verbo esse dicimus. Quinimo verbum patris unigena filius deus est verbum, ut et ipse declarat: *Omnino qui confitetur in me, confitebor et ego in illo coram patre meo.* Ubi haec ipsa verba *In me, Coram patre meo,* patrem ipsum natura sua subsistere demonstrant. At isti Iudaicam opinionem interpolantes, neque quicquam iis habentes amplius, Iudaei alteri nominandi sunt, et Samosateni, neque aliud omnino sunt, ac solum nomen Iesu prae se ferunt. Nam cum deum ex deo, unigenamque filium ac verbum abnegent, eiusmodi sunt quales ii fuerunt qui praesentem illum eiurarunt, hoc est dei ac domini parricidae, et eiusdem dei negatores. Quamquam neque circumcisionem adhibent, neque sabbatum, aliosve Iudaeorum ritus observant. Cap. II. Ioann. 14, 10. Matth. 10, 32.

Enimvero neque nos ipsi duos esse deos divinitatesque duas, sed unam duntaxat asserimus, cum neque patres constituamus duos, neque filios item duos, aut duos spiritus sanctos, sed patrem, et filium, ac spiritum sanctum, divinitatem unam, unamque trium praedicationem ac gloriam. Iste vero non unum idcirco deum esse confitetur quod velut fons quidam sit pater, sed unum absolute deum facit, ac, quantum in ipso est, filii ac spiritus sancti divinitatem ac subsistentiam evertit. Patrem ipsum praeterea ita esse deum unum affirmat ut omni ad producendum filium fecunditate careat, adeoque imperfecta illa duo sint, pater et filius, quorum ille ad producendum filium genitalem vim nullam habeat, hic autem, quod est viventis dei verbum veraque sapientia, nullo modo sit fructuosus. Verbum enim tale esse putant quale in hominis est pectore, et eiusmodi sapientiam qualem in animo quilibet hominum insitam a deo infusam- Cap. III.

lum ex sua opinione praevalentes, *quod non intellego.*

Cap. III. — 1. οἷαν *cod. ms. uterque.* οἷαν *ed. pr.* οἷον *ed. Petav.*

Διὰ τοῦτο πρόσωπον ἓν τὸν θεὸν ἅμα τῷ λόγῳ φασὶν, ὡς ἄνθρωπον ἕνα καὶ τὸν αὐτοῦ λόγον, οὐδὲν πλέον τῶν Ἰουδαίων, ὡς ἔφην, δοξάζοντες, τυφλώττοντες ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ κεκωφωμένοι ἀπὸ τοῦ θείου λόγου, καὶ κηρύγματος τῆς ζωῆς τῆς αἰωνίου. Οὔτε γὰρ αἰδοῦνται τὸν ἀληθῆ τοῦ εὐαγγελίου λόγον τὸν λέγοντα, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν. Εἰ γὰρ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, τὸ [2] υἱὸν εἶναι οὐ κατὰ τὴν προφορὰν μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὑπόστασιν. Καὶ εἰ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, οὐχ ὁ λόγος ἐστὶ πρὸς ὃν ἦν· οὐδὲ γὰρ ὁ πρὸς ὃν ἦν ἐστι λόγος. Εἰ γὰρ ἐν καρδίᾳ λόγον θεὸς ἔχει, καὶ οὐ γεγεννημένον, πῶς πληροῦται τὸ Ἦν, καὶ ὅτι θεὸς ἦν ὁ λόγος; οὐ γὰρ ὁ τοῦ ἀνθρώπου λόγος ἄνθρωπος πρὸς τὸν ἄνθρωπον. Οὔτε γὰρ ζῇ, οὔτε ὑπέστη, καρδίας δὲ ζώσης καὶ ὑφεστώσης κίνημά [3] ἐστι μόνον, καὶ οὐχ [4] ὑπόστασις. Λέγεται γὰρ ἅμα καὶ παραχρῆμα οὐκέτι ἔστιν, ἀλλὰ λαλούμενος διαμένει· τοῦ δὲ θεοῦ ὁ λόγος ὥς φησι τὸ
pag. 610. ἅγιον πνεῦμα ἐν στόματι τοῦ προφήτου, ὁ λόγος σου εἰς τὸν αἰῶνα διαμένει. Συμφώνως δὲ τούτῳ ὁ εὐαγγελιστὴς λέγει, θεὸν ὁμολογῶν φανερωθέντα καὶ παραγενόμενον, οὐ συμπαραλαμβάνων τῇ τοῦ λόγου σαρκώσει τὸν πατέρα. Ὁ λόγος γὰρ, φησὶ, σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· καὶ οὐκ εἶπεν, Ὁ λόγος καὶ ὁ πατὴρ σὰρξ ἐγένετο· καὶ ὅτι, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐν θεῷ ἦν ὁ λόγος.

Κεφ. δ'. Καὶ ἵνα μή τινες νομίσωσι κακοβούλως, τὰ φωτεινὰ καὶ ζωτικὰ ῥήματα μεταβάλλοντες εἰς κακίαν ἑαυτῶν καὶ εἰς βλάβην (ἄλλως γὰρ καὶ ἄλλως ἔγκειται ἡ καρδία τοῦ ἀνθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος), καὶ ἄρξωνται λέγειν, Οὐκ εἶπεν, Ἐν θεῷ ἦν ὁ λόγος, ὡς καὶ σὺ φῂς, ἀλλὰ, Πρὸς θεὸν ἦν ὁ λόγος· [1] ἄρα γοῦν οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ ἐκτὸς θεοῦ ὁ λόγος, — πάλιν ἐπιστρέφει διορθουμένη τοὺς ἑαυτῆς υἱοὺς ἡ ἀλήθεια, ἐξελέγχουσα τὰς διανοίας τὰς κατ' αὐτῆς πορνευούσας, καί φησιν αὐτὸς ὁ μονογενὴς, Ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω· καὶ πάλιν, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. Ὁ δὲ ἐν τοῖς προφήταις περὶ τοῦ υἱοῦ [2] οὐ σωματικοὺς ἔχων ὄγκους, νοηματικοὺς δὲ ἔχων λόγους, ὑπο-

2. υἱὸν *mea est emendatio. Libri habent* ὄν. *Petavius coniecit* οὖν.
3. ἔχει *cod. Rhedig.*
4. ὑπόστασιν *cod. Rhedig., cum rasura litterae ultimae.*

que possidet. Quare unam esse dei verbique personam existimant, non secus atque homo unus est cum verbo suo. Neque quicquam amplius, uti dixi, quam Iudaei in opinione sua posuerunt, caeci homines, ne veritatem intueri possint, et surdi, ne divinum verbum atque aeternae vitae praedicationem percipiant. Non enim illi verissimum evangelii testimonium verentur: *In principio erat verbum, et verbum apud deum, et deus erat verbum: omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est.* Si enim *in principio verbum erat, et verbum erat apud deum,* hoc ipsum quod dicitur esse non ad solam prolationem, sed ad hypostasin par est pertinere. Ac si *verbum apud deum*, non potest verbum ille esse ipse apud quem erat; neque enim apud quem erat est verbum. Quod si verbum illud velut in corde deus continet, nulloque modo genitum, quinam illud impleri potest quod legitur, *Erat,* itemque, *Deus erat verbum?* Non enim verbum hominis homo est apud hominem, quod neque vivit neque subsistit, sed viventis ac subsistentis quidam cordis motus est, non hypostasis. Simul enim profertur, subinde nusquam est, ac tamdiu dum pronuntiatur permanet. At dei verbum perinde se habet ac per os prophetae spiritus sanctus pronuntiat. *Verbum tuum in aeternum permanet.* Huic porro consentanea quaedam evangelii scriptor affirmat, cum deum hominibus apparuisse atque advenisse prodit. Neque cum susceptam a verbo carnem asserit, patrem adiungit. *Verbum enim,* inquit, *caro factum est, et habitavit in nobis.* Non dixit, *Verbum et pater caro factum est.* Similiter dum his verbis utitur: *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum,* non dixit, In deo erat verbum.

Ioann. 1, 1. Ps. 118, 89. Ioann. 1, 14.

Ac ne fortassis aliqui perperam ac malitiose haec interpretentur, et clarissima vitamque conciliantia verba ad suam pravitatem fraudemque convertant (neque enim uno eodemque modo cor hominis ab iuventute quodam est in mala studio propensum), atque ita dicere aggrediantur: Non ita scripsit Ioannes, *In deo erat verbum,* ut et ipse narras, sed *Apud deum erat verbum;* qua re non est ex patris substantia verbum, sed extra deum: ut igitur iis occurrat, filios rursum suos corrigens veritas ad saniorem mentem reducit, cogitationesque velut contra se meretricio more scortantes redarguit, ita denique unigenitus ipse testatur: *Ego a patre exivi, et venio:* Item: *Ego in patre, et pater in me est.* At pater de filio per prophetas loquens, non quasi corporea mole constet, sed intelligibili-

Cap. IV. Ioann. 16, 28. Ioann. 14, 10.

Cap. IV. — 1. ἄρα liber scriptus uterque. 2. οὐ excidit ab edit. Petav.

καταβαίνων τὴν ἀσθένειαν τῆς ἀνθρωπότητος εἰς αἴσθησιν παραστάσεως, διὰ τῶν ἐν ἡμῖν γιγνομένων τὴν παράστασιν τοῦ υἱοῦ ὅτι ἐξ αὐτοῦ ἀληθῶς γεγέννηται θεὸς ἐκ θεοῦ, θεὸς ἀληθινὸς ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, οὐκ ἔξωθεν ὤν, ἀλλὰ ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας, φάσκει ἐν τῷ Δαβὶδ λέγων, Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, ὡς οἱ Ἑβδομήκοντα ἡρμήνευσαν, ὡς δὲ οἱ ἄλλοι ἐκδόται, Ἀκύλας μὲν, Ἀπὸ μήτρας ἐξωρθρισμένης σοι δρόσος παιδιότητός σου, Σύμμαχον δὲ, Ὡς κατ' ὄρθρον δρόσου ἡ νεότης σου, Θεοδοτίων δὲ, Ἐκ μήτρας ἀπὸ πρωῒ νεότητός σου, πέμπτη δὲ ἔκδοσις, Ἐκ μήτρας ἀπὸ ὄρθρου σοι δρόσος ἐν νεότητί σου, ἡ δὲ ἕκτη ἔκδοσις, Ἐκ γαστρὸς ζητήσουσί σε, δρόσος νεανικότητός σου, ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ, Μηρὲμ, μεσσαὰρ, λακτὰλ, ἰελεδεχὲθ, ὅπερ ἐστὶ σαφῶς καὶ ἀναμφιβόλως, Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Τὸ γὰρ Μηρὲμ [3] γαστρός ἐστι, Μεσσαὰρ δὲ
pag. 611. τὸ ὀρθριαίτερον πάντων, ὅπερ ἐστὶ, Πρὸ ἑωσφόρου· λακτὰλ, Καὶ πρὸ τῆς δρόσου παιδίον· ἰελεδεχὲθ, τουτέστι τὸ, Ἐγέννησά σε. Ὅπως ἐκ τοῦ λόγου γνῴης ὅτι ὁ ἐνυπόστατος θεὸς λόγος ἐκ πατρὸς φύσει ἐστὶ γεγεννημένος, ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως, πρὸ τοῦ τι εἶναι. Οὐ γὰρ τὸν ἑωσφόρον μόνον ἔλεγε τὸν ἀστέρα, καί τοί γε πολλῶν ὄντων τῶν ἄστρων, καὶ ἡλίου καὶ σελήνης ἐν τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ γενομένων, προγενομένων δὲ θαλάσσης καὶ ξύλων καὶ καρπῶν, στερεώματός τε γῆς καὶ οὐρανοῦ καὶ ἀγγέλων ἅμα σὺν τούτοις γεγονότων. Εἰ μὴ γὰρ ἅμα οὐρανῷ καὶ γῇ καὶ ἄγγελοι ἐκτίσθησαν, οὐκ ἂν ἔλεγε τῷ Ἰὼβ ὅτι, Ὅτε ἐγενήθησαν ἄστρα, ᾔνεσάν με πάντες ἄγγελοί μου φωνῇ. Τὸ οὖν, Πρὸ ἑωσφόρου, ἵνα εἴπῃ πρὸ τοῦ εἶναί τι καὶ κτισθῆναι· ἦν γὰρ ἀεὶ [4] ὁ λόγος σὺν πατρί. Δι' αὐτοῦ γὰρ πάντα γέγονε, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν.

Κεφ. ε'. Δέξειε δ' ἂν τις, Ἔδειξας εἶναι πρὸ ἄστρων τοὺς ἀγγέλους, ἅμα δὲ οὐρανῷ καὶ γῇ τούτους ἔφης γεγονέναι. Πόθεν πεποίησαι τὴν ἀπόδειξιν; λέγε ἡμῖν, οὐχὶ ἄρα πρὸ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς πάντως γεγόνασιν; οὐδαμοῦ γὰρ τηλαυγῶς σημαίνει τὸν χρόνον τῆς τῶν ἀγγέλων ποιήσεως. Καὶ [1] ὅτι μὲν καλῶς αὐτοὺς ἔδειξας εἶναι πρὸ ἄστρων. Εἰ μὴ γὰρ ἦσαν, πῶς ὕμνουν θεὸν ἐπὶ τῇ τῶν ἄστρων ποιήσει; ἡμεῖς δὲ ἑκάστην ζητήματος εὕρεσιν οὐκ ἀπὸ ἰδίων λογισμῶν δυνάμεθα λέγειν, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς τῶν γραφῶν ἀκολουθίας. Τηλαυγῶς γὰρ σημαίνει ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ὅτι οὔτε μετὰ τὰ ἄστρα γεγόνασιν ἄγγελοι, οὔτε πρὸ

3. ἐκγαστρὸς *coniectura est Petavii. In seqq. pro* μεσσαὰρ *cod. Rhedig. habet* μεσαάρ.

4. ὁ *non legitur in edit. Petav.*

CAP. V. — 1. *Ante* ὅτι *cogitatione addas verbum demonstrandi, putandi vel*

bus verbis praeditus, atque ad humanam se imbecillitatem accommodans, quo facilius nostris veluti sensibus obiiciat, ac per ea quae in nobis fiunt filium suum demonstret a se revera esse genitum, deum ex deo, deum verum de deo vero, non extrinsecus ascitum, sed ex ipsius substantia progressum, sic igitur apud Davidem pronuntiat: *Ex utero ante Luciferum genui te,* uti Septuaginta interpre- Ps. 109, 3.
tantur. Ex aliis autem editoribus Aquila ita reddit: *Ab utero diluculo excitato tibi ros pueritiae tuae;* Symmachus porro: *Velut diluculo roris iuventus tua;* Theodotio vero: *Ex utero a matutino tempore iuventutis tuae;* at quinta editio: *Ex utero ab diluculo tibi ros in iuventute tua;* sexta porro editio: *Ex utero quaerent te, ros iuventutis tuae;* postremo in Hebraeo: *Merem, messaar, lactal, ieledecheth,* quod manifeste ac citra ullam ambiguitatem id ipsum significat: *Ex utero ante Luciferum genui te.* Vox enim illa, *Merem,* idem est atque, *E ventre: Messaar* vero, Diluculo prae omnibus, hoc est *ante Luciferum: lactal,* id est *Atque ante rorem puerum: ieledecheth* denique idem est ac, *Genuit te.* Ut ex eo sermone cognoscas deum verbum hypostasi propria praeditum a patre esse genitum, nullo neque initio neque tempore, priusquam aliquid aliud existeret. Nam non Luciferi modo stellam intellexit, cum alia sint permulta sidera, puta sol et luna, quae die IV. condita sunt, et ante mare, arbores, fructusque procreata, praeter quae firmamentum etiam ac terra coelumque productum est, et angeli, qui cum illis extiterunt. Nisi enim cum coelo terraque creati forent angeli, non dixisset Iob, *Cum facta sunt sidera, laudaverunt me omnes angeli mei voce sua.* Iob 38, 7.
Itaque voces illae, *Ante Luciferum,* idem significant ac si diceret, priusquam esset condereturque quidpiam. Verbum enim cum patre semper extitit. Nam *per ipsum omnia facta sunt, et sine ipso factum* Ioann. 1, 3.
*est nihil.*

Cap. V.
Etenim dicat aliquis angelos ante sidera esse monstrasti. Quod autem simul cum coelo terraque productos esse dixisti, cedo quanam id ratione comprobasti? Nonne ante coelum ac terram omnino prodierunt? nusquam enim aperte scriptura tempus expressit, quo angeli procreati sunt. Ac tu quidem priores illos sideribus extitisse non male demonstrasti: alioqui enim quomodo deum ob fabricata sidera praedicarent? Nos autem cuiusque quaestionis dissolutionem non ex ingenio nostro, sed ex scripturarum serie ac consequentia afferre possumus. Atqui illud evidenter divinus sermo declarat, neque post sidera productos angelos, neque ante coelum terramque

*concedendi, aut transpone* καὶ καλῶς μὲν ὅτι. *Cornarius vertit,* Et bene quidem ostendisti ipsos fuisse ante sydera.

οὐρανοῦ καὶ γῆς, σαφῶς ἀμεταθέτου ὄντος τοῦ ῥητοῦ [2] τοῦ ὅτι πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς οὐδὲν ἦν τῶν [3] κεκτισμένων, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ὡς ἀρχῆς οὔσης κτίσεως, καὶ οὐδὲν πρὸ αὐτῆς τῶν κεκτισμένων.

Οὐ δύναται οὖν, ὡς προεῖπον, ὁ ἐν ἀνθρώπῳ λόγος ἄνθρωπος καλεῖσθαι, ἀλλὰ λόγος ἀνθρώπου. Εἰ δὲ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ θεός ἐστιν, οὐκ ἔστιν ἀνυπόστατος λόγος, ἀλλὰ ἐνυπόστατος θεὸς λόγος ἐκ τοῦ θεοῦ γεγεννημένος, ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως· ὁ γὰρ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ εἴδομεν τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονο-
pag. 612. γενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε λέγων, Οὗτός ἐστιν ὃν εἶπον [4] ὑμῖν, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτος μου ἦν· οὗτος ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ. Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. Ὁρᾷς μονογενῆ λόγον; ὁρᾷς ἐν κόσμῳ πεπληρωμένον [5] ἐν ἀνθρώποις, καὶ πλήρη ἔχοντα δόξαν μονογενοῦς παρὰ πατρός; οὐχ ὡς τοῦ πατρὸς ὄντος λόγου· οὐ πατρὸς ἅμα λόγῳ συναλιφῇ πεφηνότος, ὡς ἄνθρωπος ἅμα τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ φαινόμενος, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ οὐ δύναται φανῆναι ἐὰν μὴ παρῇ ὁ φθεγγόμενος τὸν λόγον. Τίνι τοίνυν πιστεύσω; τίνι συνθῶμαι; παρὰ τίνων λάβω ζωὴν ἐν μαθήμασι; Παρὰ τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν καὶ πνευματοφόρων, τῶν τὸν λόγον παρὰ πατρὸς ἀπεσταλμένον φησάντων; ἢ τούτων τῶν ἀπὸ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, τῶν σὺν τῷ λόγῳ θεὸν, καὶ λόγον σὺν τῷ θεῷ φασκόντων, τῶν ἓν πρόσωπον πατρὸς πρὸς τὸν λόγον, καὶ τὸν λόγον πρὸς τὸν πατέρα ὁριζόντων; Εἰ δὲ ἓν τὸ πρόσωπον, πῶς ὁ μὲν ἀποστέλλει, ὁ δὲ ἀποστέλλεται; ἀποστελεῖς γὰρ, φησὶ ὁ προφήτης, τὸν λόγον, καὶ τήξει αὐτά· πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ῥυήσεται ὕδατα. Καὶ πάλιν, Ἐγὼ ἐξῆλθον ἐκ τοῦ πατρός μου, καὶ ἥκω. Καὶ, Ζῶ ἐγὼ, καὶ ζῇ ἐν ἐμοὶ ὁ ἀποστείλας με πατήρ. Πῶς οὖν ἀποστέλλεται ὁ ἀποσταλεὶς, καὶ διὰ σαρκὸς φαίνεται; θεὸν γὰρ οὐδεὶς πώποτε ἑώρακεν. Ὁ μονογενὴς θεὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κολπὸν τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. Καί φησι, Ὁ μονογενὴς θεός· ὁ μὲν γὰρ λόγος ἐστὶν ἐκ πατρὸς γεννηθεὶς, ὁ πατὴρ δὲ οὐκ ἐγεννήθη, διὰ τοῦτο μονογενὴς υἱός.

Κεφ. ϛ'. Προὔλαβε γὰρ ἡ θεῖα γνῶσις, κηρύττουσα ἑαυτῆς τὴν ἀλήθειαν, διὰ τὴν αὐτῆς πρόγνωσιν, εἰς ἀσφάλειαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ἐπειδήπερ ᾔδει τοῦ Σαμοσατέως τὴν ἄνοιαν, καὶ τῶν Ἀρειανῶν τὴν κακοδοξίαν, καὶ τῶν Ἀνομοίων τὴν κακουργίαν, καὶ τῶν Μανιχαίων τὴν πτῶσιν, καὶ λοιπῶν αἱρέσεων τὴν κακομηχανίαν. Καὶ διὰ τοῦτο περὶ ἑκάστης λέξεως ἀσφαλίζεται ἡμᾶς ὁ θεῖος λόγος. Τὸν μὲν γὰρ πατέρα

2. τοῦ *non habet ed. Petav.*
3. ἐκτισμένων *cod. ms. uterque.*
4. *Ita uterque liber ms. In editis est* ἡμῖν.

constitutos. Est enim certa illa et immutabilis sententia, ante coelum ac terram nihil omnino conditarum rerum extitisse, quoniam *In principio creavit deus coelum et terram.* Ut illud sit creandi principium ante quod creatis ex rebus omnino nulla fuerit. Gen. 1, 1.

Quamobrem non potest, uti diximus, quod inest in homine verbum homo nuncupari, sed hominis verbum. Quod si dei verbum deus est, subsistentia minime caret, adeoque deus verbum subsistit, a deo genitus, sine initio ullo ac tempore; *Verbum enim caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae et veritatis. Ioannes de illo testatur, et clamat dicens, Hic est quem dixi vobis: qui post me venit, ante me factus est, quia prior me erat: hic venit in mundum, ut salvetur mundus per ipsum: in mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit.* Vides unigenitum verbum? Vides in mundum completum inter homines, ac plenam a patre unigeniti gloriam obtinentem? Non ut pater ipse sit verbum, aut cum verbo coalescens apparuerit, velut homo cum verbo ipsius apparet; neque illius verbum apparere potest, nisi adsit qui illud eloquitur. Cuinam igitur adhibeo fidem? Cuinam assentiar? A quibusnam vitam in disciplinis accipiam? Num ab sanctis evangeliorum scriptoribus et afflatu sancti spiritus impulsis, qui verbum a patre missum esse prodiderunt? An a Pauli Samosateni discipulis, qui cum verbo deum, et cum deo verbum esse dicunt? qui patris cum verbo, et verbi cum patre comparati unam esse personam definiunt? At si unica duntaxat est persona, quomodo hic mittit, ille vero mittitur. *Emittes enim*, ait propheta, *verbum, et liquefacit ea: flabit spiritus eius, et fluent aquae.* Item, *Exivi a patre meo, et venio*; et, *Vivo ego, et vivit in me qui misit me pater.* Quomodo qui missus est mitti potest, et in carne prodire? *Deum enim nemo vidit unquam. Unigenitus deus qui est in sinu patris, ille narravit*, ait unigenitus deus: quoniam verbum a patre genitum est, pater autem a nullo genitus; ob id unigenitus est filius. Ioann. 1, 14. Ps. 14, 18. Ioann. 16, 28. Ioann. 6, 57. 1. Ioann. 4, 12.

Cap. VI. Etenim divina scientia pro sua providentia veritatem suam praedicare ante voluit, quo animas nostras cautione ac securitate muniret. Noverat enim et Samosatensis vecordiam, et Arianorum impium dogma, et Anomoeorum improbitatem, et Manichaeorum ruinam, et ceterarum haereseon calliditatem ac fraudem, proindeque de singulis propemodum vocibus securitati nostrae divinus sermo consulit. Patrem enim unigenitum non appellat; unigenitus enim

5. ἐν abest a cod. Rhedig.

οὐ λέγει μονογενῆ. Πῶς γὰρ μονογενὴς ὁ μὴ γεγεννημένος; τὸν δὲ υἱὸν μονογενῆ, ἵνα μὴ ὁ υἱὸς νομισθείη πατὴρ, καὶ ἵνα μὴ ὡς λόγος
pag. 613. ἐν καρδίᾳ ἀνθρώπου ἀπεικασθῇ ὁ θεὸς λόγος. Εἰ γὰρ λόγος λέγεται, διὰ τὴν τοιαύτην χρῆσιν λέγεται, ἵνα μὴ νομίσῃ τις ἀλλότριον εἶναι τῆς τοῦ θεοῦ πατρὸς οὐσίας, καὶ οὐκέτι λόγος ἀνυπόστατος, ἀλλὰ ἐνυπόστατος, διὰ τὸ, Μονογενὴς πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Καὶ ὁρᾷς πόσα ἔστι πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ἡμετέρας ζωῆς; Τὸ γοῦν, Θεὸν οὐδεὶς πώποτε ἑώρακεν, ἵνα τὸ ἀόρατον τοῦ πατρὸς σημάνῃ, καὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος, ἵνα τὴν ἰδίαν θεότητα διὰ τῆς σαρκὸς φαινομένην ἐπιβεβαιώσῃ.

Πόσα δὲ ἄλλα, καὶ ἐπέκεινα τούτων, εἰς παράστασιν ἡμῖν ἀναλέξειέ τις, καὶ παραστήσειε πρὸς τὴν τοῦ Σαμοσατέως ἄνοιαν; Εἰ γὰρ ἦν ἐν τῷ πατρὶ, ὡς ὁ λόγος ἐν καρδίᾳ ἀνθρώπου, πῶς παραγέγονε διὰ ἰδίας θεωρίας φθεγγόμενος; ἐν τῷ γὰρ αὐτὸν διηγεῖσθαι τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς φάσκει, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐγώ εἰμι ὁ πατὴρ, ἀλλὰ τὸ Ἐμὲ ἐν τῷ πατρὶ σημαίνει. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐγώ εἰμι ἐκεῖνος, ἀλλ', Ἐγὼ ἦλθον ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, καὶ, Ἐκεῖνός ἐστιν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ. Καὶ πάλιν περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ὅτι, Ἄλλον παράκλητον ὑμῖν ἀποστελῶ. Ὅρα πῶς [1] τὸ Ἀποστελεῖ, καὶ [2] τὸ Ἄλλον τοῦ Ἐγὼ, ἵνα δείξῃ πατέρα ἐνυπόστατον, πνεῦμα ἅγιον ἐνυπόστατον, Ἐκεῖνός με γὰρ δοξάσει, περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λέγων, [3] ὅτι τοῦ ἐμοῦ λήψεται. Καὶ ποῖόν φησι τὸ, Ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, [4] καὶ, Τοῦ ἐμοῦ λήψεται; Ἀλλὰ καί φησι, Δύο μαρτυρίαι ἀνθρώπων σταθήσονται, καὶ, Ἐγὼ μαρτυρῶ ἐπὶ ἐμαυτοῦ, καὶ, Μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ ἀποστείλας με πατήρ. Πόσα δὲ ἄλλα τοσαῦτα, καὶ ἐπέκεινα τούτων; Ἰδοὺ γὰρ, φησὶ, ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ κύριε οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις· ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως γέγονεν εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου, καὶ οὐδεὶς οἶδε τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ, καὶ τὸν πατέρα οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν ὁ υἱὸς ἀποκαλύψῃ. Ἀπεκάλυψας γὰρ νηπίοις, καὶ, Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου, ἵνα ἐκκόψῃ τὴν τούτων ἐπινενοημένην ξενολεξίαν.

Κεφ. ζ. Ἀλλ' ὅρα τὸν ἀεὶ ἀντιπολεμοῦντα τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει διάβολον, τί ἐν αὐτοῖς ἐνεκίσσησεν, ὥςπερ ἀπὸ διαβολικῆς ἐνεργείας τοῦ λέγειν. Δῆθεν γὰρ ἀπολογοῦνται πρὸς ταῦτα οἱ τῆς τῶν Ἰουδαίων
pag. 614. αἱρέσεως ὑπηρέται, ὑπὲρ τούτου αἰσχυνόμενοι διὰ τὴν τῶν θείων εὐ-

Cap. VI. — 1. *Immo* τὸ Ἀποστελῶ? 2. τὸ Ἄλλον τοῦ Ἐγὼ *mea est emendatio, cum libri praebeant* τὸ ἄλλον τὸ ἐγὼ, *quod Petavius in* τὸ ἄλλον, καὶ τὸ ἐγὼ *mutandum esse censuit. Solves brachylogiam vertendo* Animadverte quomodo vocibus illis utatur, *Mittam*, et *Alium* ab illo *Ego*, et diversum *cett.*

esse qui potest, qui nunquam sit genitus? Filium vero unigenitum vocat; ne is pater existimetur, aut ne verbo, quod in hominis est pectore, deus verbum similis esse credatur. Quod enim verbum dicitur, id eo fit, ne quis a dei patris substantia alienum esse suspicetur. Neque verbum illud subsistentia caret, sed ea praeditum est; quod his verbis declaratur. *Unigenitus plenus gratiae et veritatis.* Ioann 1, 14. Vides quam multis praesidiis vita nostra muniatur? Iam vero quod scriptum est, *Deum nemo vidit unquam*, hunc usum habet, ut I. Ioann. 4, 12. patrem eiusque divinitatem minime sub aspectum cadere monstraret, quo divinitatis suae, quae per carnem apparebat, fidem astrueret.

Quam multa praeterea ad eam rem comprobandam colligi possunt, et adversus Samosatensis insaniam afferri? Etenim si in patre esset, quemadmodum hominis in corde verbum, quinam adesse potuit, atque ex propria intelligentia sententiaque loqui? Cum enim ad discipulos suos verba faceret, ita dixit: *Qui vidit me, vidit pa-* Ioann. 14, 9. *trem.* Non dixit, *Ego sum pater,* sed vox *Me* in patre significat. Neque vero dixit, Ego sum ille, sed, *Veni in nomine patris mei;* Ioann. 8, 18. et: *Hic est qui testimonium perhibet de me.* Item de spiritu sancto, *Alium paracletum mittam vobis.* Animadverte quemadmodum voci- Ioann. 15, 26. bus illis utatur, *Mittam alium* et *Ego*, quo et patrem et spiritum sanctum sua utrumque constare doceret hypostasi. *Ille me clarifi-* Ioann. 16, 14. *cabit*, ait de spiritu sancto loquens, *quia de meo accipiet.* Qualemnam autem illum facit? *Qui a patre procedit*, inquit, *et de meo accipiet.* Quinetiam alio in loco, *Duo hominum*, ait, *testimonia sta-* Ioann. 8, 14. 17. 18. *bunt;* et, *Ego testimonium praebeo de meipso,* et, *Testimonium praebet de me qui misit me pater.* Quam multa sunt numero totidem adeoque plura testimonia? Ecce tibi sic ille quodam in loco narrat. *Confiteor tibi pater domine coeli ac terrae, quoniam abscondisti haec* Matth. 11, 25. *a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis: ita pater, quoniam sic placitum est ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo, et nemo novit filium nisi pater; et patrem nemo novit nisi filius, et cui filius revelaverit: Revelasti,* inquit, *ea parvulis*, et, *Omnia mihi tradita sunt a patre meo,* ut peregrinam ab istis excogitatam loquendi rationem praecideret.

Aspice nunc quid humani generis assiduus hostis diabolus in Cap. VII. eorum animis pepererit, quod velut illius afflatu perciti pronuntiarent. Nam adversus illa purgare sese student Iudaicae opinionis satellites, quandoquidem lux illa doctrinae, quae in divinis evangeliis

*Petavio praeivit Cornarius vertens* voces Mittam, et Alium, et Ego. 3. *Sic libri manu exarati et ed. pr. At Petavius edidit* ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ. 4. *Ita libri mss. et ed. pr. Petavius edidit* καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ.

αγγελίων σαφῆ ὑφηγήσεως διδασκαλίαν, ἵνα μὴ ὀφθῶσι τελειότατα ἀντιπράττοντες τῇ τοῦ εὐαγγελίου ἀληθινῇ γνώσει. Φάσκουσι γὰρ ὅτι ἄνθρωπος ἦν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐν αὐτῷ ἐνέπνευσεν ἄνωθεν ὁ λόγος, καὶ ταῦτα περὶ ἑαυτοῦ ὁ ἄνθρωπος λέγει. Ὁ πατὴρ γὰρ ἅμα τῷ υἱῷ εἷς θεὸς, ὁ δὲ ἄνθρωπος κάτωθεν τὸ ἴδιον πρόσωπον ὑποφαίνει, καὶ οὕτως τὰ δύο πρόσωπα πληροῦνται. Πῶς οὖν ἄνθρωπος θεὸς δύναται εἶναι, ὦ πάντων ἀνθρώπων ἀβέλτερε, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐπουρανίου φρονήματος τὸν νοῦν ἀπεστραμμένε; πῶς δύναται ἄνθρωπος εἶναι ψιλὸς κατὰ σὲ, ὁ λέγων, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα; Εἰ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ὡς ὁ πατὴρ, οὐδὲν διαλλάττει ὁ πατὴρ τοῦ ἀνθρώπου. Εἰ δὲ ὁ θεὸς λόγος, ὁ ἐνανθρωπήσας ἐν τελειότητι, τελείως ὢν ἐστι θεὸς ἄνωθεν ἀπὸ πατρὸς γεγεννημένος, δικαίως καὶ σαφῶς φθέγγεται περὶ ἑαυτοῦ λέγων ὅτι, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα· ὡς καὶ οἱ Ἰουδαῖοί φασι περὶ αὐτοῦ. Οὐ μόνον γὰρ, φησὶ, ἐζήτουν ἀποκτεῖναι αὐτὸν, ὅτι ταῦτα ἐποίει, ἀλλ' ὅτι καὶ υἱὸν θεοῦ ἑαυτὸν ἔλεγεν, ἴσον θεῷ ἑαυτὸν φάσκων. Τὸ γὰρ εἰπεῖν πάλιν, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα, τὸν πατέρα θεὸν ἴσον ἑαυτοῦ φάσκει. Οὐκ ἄνθρωπος δέ ἐστιν ἴσος θεῷ, οὐδὲ ὡς θεὸς, ἀλλὰ ἐν ἀληθείᾳ γεγεννημένος ἐκ θεοῦ πατρὸς θεὸς υἱὸς μονογενής. Φησὶ γὰρ περὶ αὐτοῦ Παῦλος, Ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών. Τὸ μὲν περὶ θεοῦ, ἦν ἐν μορφῇ, περὶ δὲ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, προςληπτὴν ἀπέφηνε, καὶ οὐκ εἶπεν αὐτοῦ οὖσάν ποτε. Πολλάκις δὲ καὶ ἀνθρωπίνως διαλέγεται ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ θεὸς λόγος, καὶ πολλάκις ἀνθρωποπαθῶς φθέγγεται, ἀλλ' οὐχ ὅτε λέγει, Ἐκ τοῦ πατρός μου ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. Τοῦτο γὰρ οὐ δύναται ἀπὸ ἀνθρωπότητος λέγεσθαι· ἀλλ' ὅτε δικαίως ἐπιμαρτυρεῖ λέγων, Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθὴς, ἵνα δείξῃ τὴν ἑαυτοῦ ἐνανθρώπησιν, καὶ τὸ ἀνάπαλιν περὶ θεότητος λέγων, Κἄν τε ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστιν, ἵνα δείξῃ ἀληθινὴν θεότητα καὶ ἀληθινὴν ἐνανθρώπησιν.

Κεφ. η'. pag. 615. Οὐ δύο τοίνυν θεοὶ, ὅτι οὔτε δύο πατέρες· οὐδὲ ἀνήρηται ἡ ὑπόστασις τοῦ λόγου, ὅτι οὐ μία συναλιφὴ θεότητος υἱοῦ πρὸς πατέρα. Οὐ γάρ ἐστιν ἑτεροούσιος ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ ὁμοούσιος τῷ πατρί. Οὐ δύναται δὲ εἶναι ἑτεροούσιος τῷ γεγεννηκότι, οὐδὲ ταὐτοούσιος, ἀλλὰ ὁμοούσιος. Οὐδὲ πάλιν λέγομεν αὐτὸν μὴ εἶναι ταὐτὸν τῇ οὐσίᾳ τῷ πατρί. Ἔστι γὰρ ταὐτὸν τῇ θεότητι καὶ τῇ οὐσίᾳ ὁ

clarissime fulget, nonnullo pudore illos afficit, ne sincerae evangelii cognitioni penitus repugnare videantur. Quare ita disputant: hominem fuisse Iesum, cui de coelo verbum aspiraverit; unde illa omnia de seipso, quatenus est homo, profitetur. Etenim pater unus est cum filio deus; homo vero ex inferiori ordine propriam personam prae se fert. Ita personae omnino conficiuntur duae. Verum homo deus esse, o mortalium omnium stolidissime, atque ab coelesti sapientia alienissime! qui potest? Potest, id quod asseris, homo esse simplex qui ita de se loquitur: *Qui vidit me, vidit et patrem?* Nam Ioann. 14, 9. si homo eiusmodi est qualis est pater, nihil hic ab homine discrepabit. Atqui deus verbum, qui perfectissime naturam hominis induit, perfectus aeque deus a patre ante omnia progenitus, non minus iure quam evidenter de seipso testatur: *Qui vidit me, vidit et patrem*, quemadmodum ex Iudaeorum de illo sermone constat: *Non* Ioann. 5, 18. *enim solum*, ait Ioannes, *quaerebant interficere ipsum, quod haec faceret, sed etiam, quia filium dei sese diceret, aequalem deo seipsum asserens.* Nam cum illis verbis utitur: *Qui vidit me, vidit et patrem*, aequalem sibi deum patrem constituit. At homo similis deo, aut sicut deus, esse non potest, sed is nimirum qui a deo patre deus unigenaque filius revera processit. De quo ista testatur apostolus. *Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalem* Phil. 2, 6. *deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens.* Ex quibus illa verba, *In forma esset,* ad deum pertinent. Quod autem ad servilem formam attinet, extrinsecus ascitam esse declarat, nec illius aliquando fuisse significat. Sed persaepe accidit ut salvator noster ac dominus Iesus Christus deusque verbum quaedam humano more et ad hominum affectiones accommodate proferat. Quod tum minime fecit cum diceret, *A patre meo exivi, et venio.* Neque enim istud Ioann. 16, 28. ex hominis natura proficisci potuit. Sed id demum usurpavit cum de se iure ita testatus est: *Si ego testimonium perhibeo de meipso,* Ioann. 5, 31. *testimonium meum non est verum;* quo suam humanitatem ostenderet. At e contrario de sua divinitate sermonem instituens, *Etsi,* inquit, Ioann. 8, 14. *ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est;* ut veram in se divinitatem atque humanitatem exprimeret.

Quocirca neque dii sunt, neque patres duo, neque verbi per- Cap. VIII. sona tollitur, quoniam filii divinitas nequaquam in unum cum patre conflatur. Non enim filius alterius est quam pater substantiae, sed consubstantialis patri. Neque potest aut alterius esse a genitore substantiae, aut eiusdem substantiae, ac persona minime distinctae, sed consubstantialem esse, uti diximus, oportet. Iam vero non idcirco idem esse cum patre, quod ad essentiam attinet, negandum

υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα, καὶ οὐκ ἀλλοῖος παρὰ τὸν πατέρα, οὐδὲ ἀπὸ ἄλλης ὑποστάσεως, ἀλλὰ ὡς ἀληθῶς υἱὸς πατρὸς τῇ τε οὐσίᾳ καὶ τῇ ὑποστάσει καὶ τῇ ἀληθείᾳ. Ἀλλ' οὐχ ὁ πατήρ ἐστιν ὁ υἱὸς, οὐδὲ ὁ υἱός ἐστιν ὁ πατὴρ, ἀλλὰ υἱὸς ἀληθῶς ἐκ πατρὸς γεγεννημένος. Διὸ οὔτε δύο θεοὶ, οὔτε δύο υἱοὶ, οὔτε δύο ἅγια πνεύματα, ἀλλὰ μία θεότης ἡ τριὰς, πατὴρ, υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ὁμοούσιος οὖσα. Ὅταν γὰρ εἴπῃς ὁμοούσιον, οὐ συναλιφὴν σημαίνει· τὸ γὰρ ὁμοούσιον οὐχ ἑνός ἐστι σημαντικὸν, οὐδὲ τοῦ ὄντος υἱοῦ πρὸς πατέρα γνησίου τὴν οὐσίαν διΐστησι, καὶ τὴν ὑπόστασιν ἀπαλλοτριοῖ, διὰ τὸ ὁμοούσιον. Οὐ γὰρ ἀρχὰς δύο κηρύττει ὁ θεῖος λόγος, ἀλλὰ μίαν ἀρχήν. Συνελεύσεται γὰρ, φησὶ, ὁ οἶκος Ἰούδα, καὶ ὁ οἶκος Ἰσραὴλ, καὶ θήσονται ἑαυτοῖς ἀρχὴν μίαν. Ὁ τοίνυν ἀρχὰς δύο κηρύττειν δύο θεοὺς κηρύττει. Καὶ ὁ ἀναιρῶν τὸν λόγον καὶ τὴν αὐτοῦ ὑπόστασιν, Ἰουδαϊσμὸν ὑποφαίνει. Μαρκίων γὰρ δύο ἀρχὰς ὑποφαίνει, μᾶλλον δὲ τρεῖς ἑαυταῖς ἐναντίας, οἱ δὲ νέοι Ἰουδαῖοι, Σαμοσατῖται οὗτοι, ἀναιροῦσι τὴν ὑπόστασιν τοῦ λόγου, ἵνα κυριοκτόνοι καὶ αὐτοὶ ἀποφανθῶσι, καὶ ἐπαρνησίθεοι τῆς τοῦ κυρίου ἡμῶν σωτηρίας.

Μία γοῦν ἡ ἀρχὴ, καὶ ἐξ αὐτῆς ὁ υἱὸς εἰκὼν ἀκριβὴς, φύσει ἐκτυποῦσα τὸν ἴδιον πατέρα, καὶ ὁμοία κατὰ πάντα τρόπον, ὅτι θεὸς ἐκ θεοῦ, καὶ υἱὸς ἐκ πατρὸς, θεὸς ἀληθινὸς ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, καὶ φῶς ἐκ φωτὸς, μία οὖσα θεότης, καὶ ἓν ἀξίωμα. Διό φησι, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· οὔτε Κατ' εἰκόνα σὴν, ἵνα μὴ διέλῃ, οὔτε Κατ' εἰκόνα ἐμὴν ἵνα μὴ ἀνόμοιον καὶ ἄνισον ἀποφάνῃ, Κατ' εἰκόνα δὲ ἡμετέραν· καὶ τὸ Ποιήσωμεν, ἵνα μὴ ἀλλότριος ᾖ ὁ πατὴρ τῶν γενομένων ὑπ' αὐτοῦ, μηδὲ ὁ μονογενὴς ἀλλότριος τῆς δημιουργίας. Ἀλλὰ ὁ πατὴρ σὺν τῷ υἱῷ δημιουργεῖ,
pag. 616. καὶ ὁ υἱὸς, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε, συνδημιουργὸς τῷ πατρὶ, καὶ διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ [1]γεγεννῆσθαι τὸν υἱὸν εἷς θεὸς τέλειος, ἐκ τελείου πατρὸς, καὶ πατὴρ τέλειος τελείου υἱοῦ, τῆς πατρικῆς τελειότητος ἔχοντος τὴν εἰκόνα, εἰκὼν θεοῦ τοῦ ἀοράτου, οὐ παράδειγμα εἰκόνος, οὐκ εἰκὼν εἰκόνος, οὐκ ἀνόμοιος, ἀλλ' εἰκὼν τοῦ πατρὸς, ἵνα τὸ ἀπαράλλακτον δείξῃ τῆς ἀπὸ τοῦ ἀνάρχου καὶ ἀχρόνου γεννήσεως ἐν ἀληθείᾳ.

Εἰκὼν τοίνυν ὁ υἱὸς τοῦ πατρός. Καὶ γὰρ καὶ οἱ βασιλεῖς οὐ διὰ τὸ ἔχειν εἰκόνα δύο εἰσὶ [2]βασιλεῖς, ἀλλὰ βασιλεὺς εἷς σὺν τῇ εἰ-

Cap. VIII. — 1. *Ita libri manu exarati. In editis est* γεγενῆσθαι.

putamus. Est enim divinitate idem et essentia cum patre filius, nec ab eo diversus, aut ex aliena quadam hypostasi, sed vere patris et essentia et hypostasi et veritate filius, tametsi neque pater sit filius, neque filius vicissim pater, sed filius a patre revera genitus. Ex quo fit ut non duo sint dii, filiique duo, non spiritus sancti duo, sed una sit in trinitate divinitas, pater, filius et spiritus sanctus, planeque consubstantialis existat. Nam haec ipsa vox, *Consubstantialis*, non coniunctionem ac conflationem declarat; non enim eiusmodi vocabulum unum quiddam indicat, neque germani a patre filii substantiam secernit, aut hypostasin alienam facit, ut sibi consubstantialis ratio constare possit. Siquidem unum tantummodo, non duo principia, divinus sermo praedicat. *Convenient*, inquit, *domus Iuda, et* Osc. 1, 11. *domus Israel, et constituent sibi ipsis principatum unum.* Quare qui duo principia proponit, totidem deos obtrudit. Quisquis autem verbum, eiusque personam tollit e medio, Iudaicam impietatem ostendit. Marcion sane principia duo, vel tria potius, et quidem contraria invicem, affirmat, at novi Iudaei, Samosateni, inquam, isti, verbi personam detrahunt; ut et ipsi domini interfectores, ac dei, et allatae nobis a domino salutis inficiatores habeantur.

Maneat igitur unum esse principium, a quo filius manarit, velut imago quaedam accurata, quae patrem suum referat proprie, eique in omnibus similis existat. Quoniam deus est ex deo, et a patre filius, deus verus de deo vero, lumen de lumine, una scilicet divinitas, unaque dignitas. Ob id tota loquitur: *Faciamus hominem ad* Gen. 1. *imaginem nostram et similitudinem.* Non Ad imaginem tuam dixit, ne divisionem induceret, neque Ad imaginem meam, ne dissimilem et inaequalem ostenderet, sed *Ad imaginem nostram.* Illud vero *Faciamus* eo pertinet, ne aut ab iis quae produxit abalienetur pater, aut a procreandi functione filius extraneus putetur. Ac vero pater una cum filio molitur, filius item, per quem facta sunt omnia, operis et ipse cum patre est artifex. Tum quia filius ab illo genitus est, unus perfectusque deus, ex patre perfecto, et perfecti filii perfectus pater, qui quidem paternae perfectionis imaginem obtinet, imago minime aspectabilis dei, non imaginis exemplum, neque imaginis imago, neque dissimilis, sed imago patris, ut verissimam illam a patre principii ac temporis experte generationem nulla in re variam dissimilemque monstraret.

Quamobrem imago patris est filius. Nam et reges pro eo quod imaginem habent, non idcirco reges duo sunt, sed unus rex est dun-

2. βασιλεὺς *ed. pr.*

κόνι, [3] εἷς βασιλεύς. Οὐχὶ ἕν τι ἐκ δύο μερῶν ἀτελὲς ὑπάρχον, ἀλλὰ τέλειος ὁ πατὴρ, τέλειος ὁ υἱὸς, τέλειον τὸ ἅγιον πνεῦμα. Ἐγὼ γὰρ ἐν τῷ πατρί· οὐχ ὡς λόγος ἐν καρδίᾳ ἀνθρώπου, ἀλλὰ πατέρα οἴδαμεν νοητὸν σὺν υἱῷ, καὶ υἱὸν ἀπὸ πατρὸς γεγεννημένον. Καὶ οὐχ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ ἐλθὼν εἰς οἰκητήριον ὁ θεῖος λόγος, [4] καὶ μετὰ τὸ γεγεννῆσθαι ὀφθέντα ἐν αὐτῷ τὸν λόγον, καὶ πάλιν ἐν θεῷ ὑπάρχοντα ἄνω, ὡς ἐν καρδίᾳ ἀνθρώπου λόγος. Ταῦτα γὰρ τῆς τοῦ δαίμονος ἐμβροντήσεώς ἐστι, καὶ ἐπαρνησιθείας πάσης ἔχοντα τοὺς χαρακτῆρας.

Κεφ. Ϛ'. Ταῦτα δὲ τὰ ὀλίγα πρὸς τὴν τούτου αἵρεσιν καλῶς ἔχειν δοκιμάσαντες· οὐ δυςχερὴς γὰρ ἡ τούτων δύναμις, οὔτε μὴ δυναμένη ὑπὸ πάντων συνετῶν ἀνατρέπεσθαι· διὸ καὶ τούτου τὰς ῥίζας τῶν ἀκανθῶν ἐκτεμόντες τῷ τῆς ἀληθείας κηρύγματι καὶ φρονήματι, καὶ τὸν ἰὸν, ὡς εἰπεῖν, ἀποσβέσαντες, καὶ τὸ δηλητήριον τούτου [1] ὑποδείξαντες, τὸν [2] ἀῤῥωγὸν ἐπικεκλημένοι σὺν υἱῷ πατέρα, τὸν ὄντως ὄντα, καὶ υἱὸν ὄντως ἐνυπόστατον γεγεννημένον, καὶ τὸ ἅγιον [3] πνεῦμα αὐτοῦ, πνεῦμα ἐνυπόστατον καὶ σωτηρίον τῆς οἰκονομίας, τῆς ἐνσάρκου πραγματείας, διὰ τοῦ τροπαίου τοῦ κατὰ θάνατον, τοῦ σταυροῦ φημι, τὴν κεφαλὴν τούτου ῥήξαντες, τοῦ ζητήματος τῶν νέων Ἰουδαίων, ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, ὦ ἀγαπητοί. Δρυΐνας γάρ τις ἔχις οὕτω καλουμένη τούτῳ ἔοικε τῷ αἱρεσιάρχῃ· ὡς δρυΐνας λέγεται μὲν εἶναι ἔχις (παρὰ δὲ τὰς πόας ἢ καὶ δρύας ἐμφωλεύει συνεχέστατα, διὸ καὶ δρυΐνας καλεῖται ἀπὸ τοῦ φιλόδενδρον [4] αὐτὸ εἶναι καὶ ἑαυτὸ παρεικάζειν ἀναμέσον τῶν
pag. 617. ἐκ τῶν δένδρων ῥιπτομένων φύλλων τῇ ἑκάστου χλωρότητι), οὐ τοσοῦτον δὲ εἶναι ὀδυνηρὸν τὸ ζῶον, ἐὰν δὲ ἐπιμείνῃ θάνατον ἐμποιεῖν. Οὕτως γὰρ καὶ οὗτος καὶ ἡ ἀπ' αὐτοῦ αἵρεσις [5] πάντων ἀριθμῶν ἑαυτὸν ἀπεικάζεται, Χριστοῦ μὲν ὄνομα ἐνδεδυμένος, Ἰουδαίων δὲ τὸ φρόνημα ἐπανῃρημένος, λόγον Χριστὸν ὁμολογῶν, οὐκ ὄντα δὲ τοῦτον διανοούμενος. Καὶ ἐν πολλοῖς ἑαυτὸν θριαμβεύων οὐκ αἰσχύνεται. Οὗ καὶ τὴν δοκοῦσαν διδασκαλίαν, πλάνην δὲ οὖσαν, ἐν τῷ ὑποδήματι τοῦ Χριστοῦ καταπεπατηκότες, καὶ τῇ σμίλῃ τῇ ἰατρικῇ τοῦ εὐαγγελίου τοὺς δεδηγμένους ἀμύξαντες, τόν τε ἰὸν ἀπ' αὐτῶν ἐκκρίνοντες, ἐπὶ τὴν τῶν ἑξῆς διήγησιν, ὡς προεῖπον, ἐλευσόμεθα.

3. εἷς βασιλεὺς *codex ms. uterque.* εἷς βασιλεῖς *ed. princ. In ed. Petav. haec verba conspiciuntur uncinis inclusa.*

4. *Haec verba plane corrupta aut manca sunt. Puto scribendum* λόγος, ὡς καὶ μετὰ τὸ γεγεννῆσθαι ὀφθῆναι ἐν αὐτῷ τ. λ., καὶ π. ἐν θεῷ ὑπάρχειν ὄντα ἄνω.

Cap. IX. — 1. προδείξαντος *ed. Petav.*

2. ἄρωγον *ed. Petav.*

3. *Editi habent* πνεῦμα, τὸ αὐτοῦ.

4. *Repone* αὐτὴν εἶναι καὶ ἑαυτὴν

taxat cum imagine sua. Nec unum quiddam est duabus constans partibus imperfectum, verum perfectus pater, perfectus filius, perfectus spiritus sanctus. *Ego enim*, inquit, *in patre*: non ad eum Ioann. 14.10. modum quo in hominis corde sermo est, sed intelligibilem cum filio patrem et filium a patre genitum asserimus. Nequaquam vero deus ille verbum in hominem velut in domicilium quoddam subiit, adeo ut, posteaquam homo genitus est, apparuerit in eo verbum, quod in coelo praeterea sic tanquam in hominis corde sermo inesset in patre. Haec enim dogmata ex furioso daemonis afflatu prodierunt, abnegatique funditus dei notas prae se ferunt.

Cum igitur pauca haec, quae hactenus disputavimus, ad illius Cap. IX. confutandam haeresin idonea esse iudicemus (neque enim expugnata difficilis illorum vis est, nec eiusmodi, minime ut prudentibus omnibus possit everti), cum, inquam, veritatis dogmate doctrinaque spinarum illius radices exciderimus, eiusque, ut ita dicam, virus extinxerimus, ac letiferum illius venenum patefecerimus, postquam scilicet opitulatorem cum filio patrem, qui vere est, invocavimus, et filium vere subsistentem, ac genitum, nec non et spiritum sanctum subsistentem eius spiritum ac salutarem, totiusque illius administrationis ac susceptae carnis auctorem, quaestionis ab novis illis Iudaeis propositae capite per mortis tropaeum, crucem scilicet, comminuto, ad reliquas transeamus. Ceterum viperae quoddam genus est, Dryinam vocant, illi haeresis conditori quam simillimum. Quod ut plurimum in herbis, aut quercubus delitescit, unde ei Dryinae nomen est, eo quod arbores consectetur atque inter folia quae ex arbore decidunt iacens, cuiusque in se viriditatem exprimat, ac licet non adeo acerbum dolorem inurat hoc animal, tamen si diutius *virus adhaeserit, letum affert, — eodem prorsus modo haereticus iste, cum secta sua ad omnia sese genera institutorum applicans iis se quam simillimum efficit. Nam et Christi sibi appellationem imposuit, et Iudaeorum dogmata profitetur, et cum verbum esse Christum fateatur, non eum tamen esse secum animo statuit. Denique in plerisque se sine ullo pudore traducit. Cuius nos doctrina, sive potius errore, Christi velut calceo proculcato, medicoque evangelii scapello iis qui morsi erant scarificatis, ac veneno omni ab illis exempto, ad insequentem, ut ante diximus, disputationem transibimus.

παρεικάζειν. *Ed. princ. pro* ἑαυτὸ *habet* ἑαυτῷ.

5. *Corrige* πρὸς (*vel* περὶ) πάντων ἀριθμῶν, *vel* ἐς πάντα ἀριθμόν. *Cornarius recte vertit*, Ita etiam hic et haeresis ipsius se omnibus numeris assimilat.

* *Immo serpens.*

# ΚΑΤΑ ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ,
## μϛ', ἡ καὶ ξϛ'.

Κεφ. α'. Μανιχαῖοι, οἱ καὶ Ἀκουανῖται λεγόμενοι διά τινα [1] οὐέτρανον ἀπὸ τῆς Μέσης τῶν ποταμῶν ἐλθόντα Ἀκούαν οὕτω καλούμενον, ἐν τῇ Ἐλευθεροπόλει ἐνέγκαντα ταύτην τὴν τοῦ δηλητηρίου τούτου πραγματείαν· οὗτοι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τοῦ [2] βίου αὐτῶν ἐκήρυξαν μέγα τῷ κόσμῳ κακὸν μετὰ τὴν Σαβελλίου ἐπανάστασιν. Ἐν χρόνοις γὰρ οὗτοι [3] Αὐρηλιανοῦ τοῦ βασιλέως γεγόνασι, περὶ ἔτος τέταρτον τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Ἔστι δὲ [4] ἡ αἵρεσις ἡ [5] πολυθρύλητος, καὶ ἐν πολλοῖς μέρεσι τῆς γῆς φημιζομένη, ἐκ Μάνη τινὸς, ὡς ἔφην, λαβοῦσα τὸ πλατυνθῆναι ἐν μέρεσι τῆς γῆς.

Μάνης δὲ οὗτος ἀπὸ τῆς τῶν Περσῶν ὁρμᾶτο γῆς, Κούβρικος μὲν τὸ πρῶτον καλούμενος, ἐπονομάσας δὲ ἑαυτῷ [6] τὸ τοῦ Μάνη ὄνομα, τάχα, οἶμαι, ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ οἰκονομίας τὸ μανιῶδες ἑαυτῷ ἐπισπασάμενος ὄνομα. Καὶ ὡς μὲν αὐτὸς ᾤετο, κατὰ τὴν τῶν Βαβυλονίων γλῶτταν δῆθεν Σκεῦος ἑαυτῷ τὸ ὄνομα ἐπέθετο· τὸ γὰρ Μάνη ἀπὸ τῆς Βαβυλωνίας εἰς τὴν Ἑλληνίδα μεταφερόμενον σκεῦος ὑποφαίνει τοὔνομα. Ὡς δὲ ἡ ἀλήθεια ὑποφαίνει, τῆς μανίας τὸ ἐπώνυμον κέκτηται, δι' ἣν [7] ἐνεβροντήθη ὁ ἐλεεινὸς τῷ κόσμῳ ὑποσπεῖραι κακοδιδασκαλίαν. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Κούβρικος χήρας τινὸς δοῦλος, ἥτις ἄπαις τελευτήσασα κατέλειψεν αὐτῷ χρημάτων ἀσυνείκαστον πλῆθος,
pag. 618. χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου καὶ ἀρωμάτων, καὶ ἄλλων. Καὶ αὐτὴ δὲ τῆς κληρονομίας τὴν διαδοχὴν ἔσχεν ἐκ [8] Τερβίνθου τινὸς, δούλου καὶ αὐτοῦ ὑπάρξαντος, μετονομασθέντος δὲ Βουδδᾶ κατὰ τὴν τῶν Ἀσσυρίων γλῶτταν, ὃς καὶ αὐτὸς δοῦλος ὑπῆρχε Σκυθιανοῦ τινος, ἀπὸ τῆς Σαρακηνίας ὁρμωμένου, κατὰ δὲ τὰ τέρματα τῆς Παλαιστίνης, τουτέστι ἐν τῇ Ἀραβίᾳ ἀνατραφέντος. Οὗτος ὁ Σκυθιανὸς ἐν τοῖς προειρημένοις τόποις παιδευθεὶς τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, καὶ τὴν τῶν γραμμάτων αὐτῶν παιδείαν, δεινός τε γέγονε περὶ τὰ μάταια τοῦ κόσμου φρονήματα. Ἀεὶ δὲ [9] στελλόμενος τὴν πορείαν ἐπὶ τὴν τῶν Ἰνδῶν χώραν πραγματείας χάριν πολλὴν ἐμπορίαν ἐποιεῖτο· ὅθεν πολλὰ κτησάμενος ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ διὰ τῆς Θηβαΐδος διϊών. Ὅρμοι γὰρ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης διάφοροι, ἐπὶ τὰ [10] στόμια τῆς Ῥωμανίας διακεκριμένοι, ὁ μὲν εἷς ἐπὶ τὴν Αἰλὰν, ἥτις ἐστὶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ Αἰλὼν, ἔνθα που

Cap. I. — 1. *Rescribendum, ni fallor,* οὐετερανὸν, *aut* οὐετράνον. *Du Cange Append. ad Gloss. ad Scriptt. Med. et Inf. Graecitatis p. 147. s. v. profert ex Glossis Basil.* Βετράνης, ὁ πεπαλαιωμένος. Βετράνος, ὁ γέρων. βετράνος, τουτέστι γέρων.

2. ἰοῦ *suspicatus est Ios. Scaliger.*

3. *De temporum ratione parum sibi constante v. quae disputarunt Zacagnius in Praefat. ad Collect. Monum. Vett. Eccl. Gr. p. VIII sqq., et Gallandius Prolegom.*

# ADVERSUS MANICHAEOS,
## haeresis XLVI., sive LXVI.

Manichaei, quos Acuanitas de Acuae Veterani cuiusdam nomine vocant, qui e Mesopotamia profectus letiferum illud virus Eleutheropolin transtulit, magnum per illud tempus, in quod aetas ipsorum incurrit, praedicatione sua malum in orbem terrarum invexerunt. Nam Aureliano imperante quarto eius imperii anno emergere coeperunt. Celeberrima haec haeresis est, et quamplurimas regiones illius fama peragravit; quae a Mane, uti dixi, quodam per multas oras partesque terrarum dissipandi sui initium accepit. Cap. 1.

Porro Manes genere Persa Cubricus primum appellatus Manis sibi nomen imposuit. Atque hoc divina quadam providentia factum arbitror, furoris uti sibi nomen adsclsceret; quamquam eo se cognomine afficere cogitabat quod Babyloniorum lingua *Vas* significat. Manes quippe Babyloniis, si Graece transferatur, σκεῦος, id est vas, exprimit. Sed ita se res habet, ut a furore et insania eiusmodi sibi appellationem indiderit, qua fanatici more percitus infelix pessimum in orbe dogma disseminavit. Sed Cubricus iste viduae cuiusdam servus fuit, quae sine liberis decedens infinitam ei pecuniarum vim et auri argentique et aromatum, ceterarumque rerum copiam testamento reliquit; cum eandem ipsam hereditatem a Terbintho quodam, perinde et ipso servo, mulier accepisset, qui mutato nomine Assyriorum lingua Buddas est dictus. Atque hic Scythiani cuiuspiam servus fuit, qui e regione Saracenorum oriundus in Palaestinae finibus in Arabia scilicet educatus fuerat. Ubi Graecorum lingua ac literarum studiis institutus summam inanissimarum huius mundi disciplinarum scientiam adeptus est. Cumque identidem negotiandi gratia in Indiam proficisceretur, magnam et copiosam mercaturam faciebat. Ex qua plurimum locupletatus Thebaidem obire solebat. Portus enim Mare Rubrum varios habet, quibus ad Romanum limitem aditus diverse patet. Horum unus Aelam spectat, quam sacrae literae

*ad tom. III. Bibl. Patr. p. XLII sqq.*

4. *Verba* ἡ αἵρεσις *om. in ed. Petav.*

5. *Ita libri scripti. In editis est* πολυθρύλλητος.

6. *Voculae* τὸ τοῦ *non comparent in ed. Petav.*

7. *Ita liber scriptus uterque.* ἐνεβροντίθη *ed. Petav.* ἔνευρον τήθη *ed. princ.*

8. *Ita libri tam editi quam scripti. In marg. ed. Petav. legitur* γρ. Τερεβίνθου. *V. de hoc nomine Zacagnium l. l. p. 96. annot., et p. 709. in Addendis (Galland. l. l. p. 606.). Petr. Siculum in Ang. Maii Novae Patr. Bibl. tom. IV, 2. p. 16.*

9. στελλό τὴν πορεῖαν *cod. Ien. In cod. Rhedig. omissa sunt haec verba, spatio quinque fere literarum vacuo relicto.*

10. στόματα *cod. Rhedig. In seqq. libri vulgo habent* Αἰλᾶν *et* Αἰλῶν.

ἡ ναῦς Σολομῶντος διὰ τριῶν ἐτῶν ἐρχομένη ἔφερε χρυσὸν καὶ ὀδόντας ἐλεφαντίνους, ἀρώματά τε καὶ ταῶνας, καὶ τὰ ἄλλα, ὁ δὲ ἕτερος ὅρμος ἐπὶ τὸ Κάστρον τοῦ [11] Κλύσματος· [12] ἄλλος δὲ ἀνωτάτω ἐπὶ τὴν Βερνίκην καλουμένην, δι' ἧς Βερνίκης καλουμένης ἐπὶ τὴν Θηβαΐδα φέρονται, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς ἐρχόμενα εἴδη ἐκεῖσε τῇ Θηβαΐδι διαχύνεται, ἢ ἐπὶ τὴν Ἀλεξανδρέων διὰ τοῦ [13] Χρυσορρόα ποταμοῦ, Νείλου δέ φημι, τοῦ καὶ Γηῶν ἐν ταῖς γραφαῖς φερομένου, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τῶν Αἰγυπτίων γῆν καὶ ἐπὶ τὸ Πηλούσιον φέρεται. Καὶ οὕτως εἰς τὰς ἄλλας πατρίδας διὰ θαλάσσης διερχόμενοι οἱ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς ἐπὶ τὴν [14] Ῥωμανίαν ἐμπορεύονται.

Κεφ. β'. Ταῦτα δέ μοι κατὰ λέξιν ἐσπουδάσθη ἱστορίας χάριν παραδοῦναι, ὅπως καὶ τῶν ῥιζῶν ἑκάστης ὑποθέσεως οἱ ἐντυγχάνειν ἐθέλοντες μὴ ἀμοιρήσωσι. Δεῖ γὰρ τὸν ἐπιβαλλόμενον διηγήσει τινὶ κατὰ δύναμιν ἐπιβάλλεσθαι, καὶ ἐκ τῆς ῥίζης ποιεῖσθαι τὴν εἰσαγωγήν· ἔνθεν εὑρίσκεται καὶ τὰ τῆς ἀληθείας, κἄν τε ἀπορῇ ὁ λέγων εὐκοσμίας λόγου, καὶ εὐεπείας φθογγῆς, ὅπως ἀπὸ τῆς ἀληθινῆς ἱστορίας τὸ ζητούμενον τοῖς συνετοῖς ἀποδειχθήσεται. Ἐν ἀρχῇ τοίνυν οὗτος ὁ Σκυθιανὸς πλούτῳ πολλῷ ἐπαρθεὶς, καὶ κτήμασιν ἡδυσμάτων, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰνδίας, καὶ ἐλθὼν περὶ τὴν Θηβαΐδα εἰς [1] Ὑψηλὴν πόλιν οὕτω
pag. 619. καλουμένην, εὑρὼν ἐκεῖ γύναιον [2] ἐξωλέστατον καὶ κάλλει σώματος πρόοπτον, ἐκπλῆξάν τε [3] αὐτοῦ τὴν ἀσυνεσίαν, ἀνελόμενός τε τοῦτο ἀπὸ τοῦ [4] στέγους (ἕστηκε γὰρ ἡ τοιαύτη ἐν τῇ πολυκοίνῳ ἀσεμνότητι) ἐπεκαθέσθη τῷ γυναίῳ, καὶ ἐλευθερώσας αὐτὸ, συνήφθη αὐτῷ πρὸς γάμον. Χρόνου δὲ πολλοῦ προκόπτοντος, διὰ τὴν ὑπερβολὴν ἧς εἶχε τρυφῆς οὐκ ἤνεγκεν ὁ [5] ἀλιτήριος, ἀλλὰ ὡς ἀργὸς καὶ ἐθὰς κακῶν ἐκ τοῦ περισσοῦ τῆς τρυφῆς στρήνου ἐπενόει λοιπὸν κατὰ τὸν νοῦν τι καινότερον τῷ βίῳ προσοῖσαι, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ διανοηθεὶς ἐπλάσατο ῥήματα τοιαῦτα οὐκ ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς εὑράμενος, καὶ πνεύματος ἁγίου φθογγῆς, ἀλλὰ ἀπὸ λογισμῶν ἀνθρωπείας φύσεως τῶν δειλαίων φάσκων, τίνι τῷ λόγῳ ἄνισα κεῖται τὰ ἐν παντὶ τῷ ὁριζομένῳ τῆς [6] κτίσεως κύτει, μέλαν καὶ λευκὸν, πυῤῥὸν καὶ χλωρὸν, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, οὐρανὸς καὶ γῆ, νὺξ καὶ ἡμέρα, ψυχὴ καὶ σῶμα, ἀγαθόν τε καὶ φαῦλον, δίκαιόν τε καὶ ἄδικον, ἀλλ' ὅτι πάντως ταῦτα ἐκ δύο τινῶν συνέστηκεν. Ἐνεκίσσα δὲ ἐν τῇ αὐτοῦ διανοίᾳ ὁ διάβολος, ἐπὶ πλεῖον [7] στρατεύσας κατὰ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, τὸ δεινὸν φρόνημα, ὡς ὑπονοεῖν τὸ μὴ ὂν καὶ [8] τὸ ὂν μὴ ἐπιγινώσκειν, ἵνα πόλεμόν τινα

11. κλίσματος *volebat Ios. Scaliger.*
12. ἄλλος *uterque cod. ms.* ἄλλως *editi.*
13. χρυσόροα *codd. mss. et ed. princ.*
14. *Cf. d. Casaub. in Lamprid. p.* 174 *sq., et du Cange in Gl. ad Scriptt. Med. et Inf. Graec. s. v.*

Cap. II. — 1. ὑψιλὴν *cod. Ien. et ed. pr.*

Aelon appellant. Quem ad locum tertio demum anno Salomonis
appulsa navis aurum advehebat, et elephantinos dentes, et aromata,
nec non et pavones, aliaque nonnulla. Alius est portus ad Castrum
Clysmatis obversus. Tertius in superioribus Aegypti partibus ad
Berenicen pertinet, qua ad Thebaidem pervenitur, indidemque
advectae ex India merces per Thebaidem distrahuntur, aut Alexan-
driam Chrysorrhoa flumine, qui idem ac Nilus est, et in scripturis
Geon dicitur, adeoque per totam Aegyptum ac Pelusium usque de- Gen. 2, 13.
vehuntur. Ad eumque modum ad alias urbes naves applicant mer-
catores, qui ex India merces in Romanorum fines important.

Haec ego paulo diligentius historiae sum caussa persecutus, ut Cap. II.
uniuscuiusque sectae stirpem et originem lectores cognoscerent.
Nam qui narrationem aliquam instituit, ad id pro viribus eniti debet
ut ab ipsis quodammodo radicibus rem omnem repetat, unde veritas
constare possit; licet alioqui scriptori sermonis elegantia et orationis
venustas non suppetat; quo ex rei veritate prudentibus id quod quae-
ritur comprobetur. Sed ut ad Scythianum redeam, hic initio divi-
tiis inflatus, et aromatum ceterarumque ex India opum copia, cum
Hypselen Thebaidis oppidum venisset, ibique perditam quandam mu-
lierculam invenisset eleganti corporis specie, pro eo ac stolidus erat
stupore affectus e lupanari, ubi tum meretriciam exercebat, abducit,
et ad eam adhaerescens, in libertatem assertam sibi in matrimonium
adiunxit. Deinde longo post tempore homo nefarius prae deliciis
minime sese continens, et in otio degens, ac sceleribus assuetus,
novi aliquid in orbem introducere nimio ex luxu in animum induxit.
Itaque voces quasdam eiusmodi ex sese, non ex literis sacris, aut
ex sancti spiritus oraculis, sed ex infelici humani ingenii ratione
commentus est. Quae enim, aiebat, ratio est cur quae in tota hac
rerum universitate continentur inaequalia sunt, puta album et ni-
grum, fulvum et viride, humidum et siccum, coelum ac terra, nox
et dies, anima et corpus, bonum et malum, iustum et iniustum,
nisi quod ex duobus haec sunt principiis exorta? Diabolus enim
acrius adversus humanum genus bellum movens illius menti porten-
tum illud opinionis ingeneravit, adeo ut quod nusquam est animo
conciperet, et quod reipsa est minime cognosceret, ut in misere
aberrantium hominum ingeniis quoddam bellum excitaret, qui prae-

2. ἐξωμέστατον *ed. pr.*

3. αὐτῶν *editi.*

4. τέγους *puto rescribendum ex coniectura Ios. Scaligeri.*

Κεφ. ιδ'. Ἦν θεὸς καὶ ὕλη, φῶς καὶ σκότος, ἀγαθὸν καὶ κακὸν, τοῖς πᾶσιν [1] ἄκρως ἐναντία, ὡς κατὰ μηδὲν ἐπικοινωνεῖν θάτερον θατέρῳ. Καὶ οὗτος μὲν ἔστιν ὁ πρόλογος τοῦ ἀγύρτου. Ἐντεῦθεν ἄρχεται τῆς αὐτοῦ κακομηχανίας. Καὶ ἡ μὲν βίβλος ἐν πλάτει κεῖται, τοιαῦτά τινα φαῦλα [2] ἄλλα περιέχουσα, ὧν τὴν δυςκολίαν καὶ τὴν ἐναντιότητα τῶν λόγων καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀρχῆς τοῦ σκοποῦ [3] ἐστι περιληπτέον. Εἰ γὰρ καὶ πολλὴ ἡ λοιπὴ φλυαρία καὶ μυθώδης ὑπόθεσις, ἐκ τῆς εἰςαγωγῆς τὸ πᾶν δειχθήσεται τῆς αὐτοῦ πονηρίας. Τὸ γὰρ, Ἦν θεὸς καὶ ὕλη, οὐδὲν ἀποδέον τῆς τῶν Ἑλλήνων ματαίας ὑπονοίας ὑφηγήσατο. Εὐάλωτον δὲ καὶ ῥᾴδιον καὶ εὐκατάλυτον τῆς συκοφαντίας τοῦτο τὸ κενοφρόνημα. Δύο γὰρ ἐπιτοαυτὸ [4] εἶναι σύγχρονά τε καὶ ἀΐδια ἐξ εὐλόγων λογισμῶν καὶ συνετῆς εὐνοίας ἀδύνατον [5] εἴη ἂν παρὰ τῷ κρίνειν εὐλόγως γινώσκοντι. Καὶ γνωστέον τοῦτο ἔσται παντὶ τῷ σύνεσιν κεκτημένῳ. Εἰ γὰρ τὰ δύο σύγχρονα, οὐδὲ κἂν τῷ ὀνόματι διήλλακται· πᾶν γὰρ τὸ σύγχρονον καὶ συναΐδιον. Τὸ δὲ συναΐδιον καὶ ἀεὶ ὑπάρχον, τοῦτο θεὸς, μάλιστα ἀπό τινος αἰτίου ἀρχὴν μὴ εἰληφός. Οὐδὲν γὰρ ἀΐδιον ἢ μόνον θεός. Διαφόροις γὰρ ὀνόμασι ταύτας τὰς ἀρχὰς ἐξέθου, ὦ βάρβαρε τὴν φρένα καὶ πολέμιε τῆς ἀνθρωπείας φύσεως. Τὸ μὲν ἐξέθου φῶς, τὸ δὲ σκότος, τὸ δ' αὖ ἀγαθὸν, καὶ [6] τὸ ἕτερον κακόν. Φάσκεις δὲ ὅτι τοῖς πᾶσιν ἄκρως ἐστὶ ταῦτα

2. τήν τε τὴν κατὰ *libri exhibent; sed alterum illud* τὴν *uncinis notavit iam Petavius.*

3. εἰς *desideratur in ed. Petavii Col. repet.*

4. *Fortasse* δῆθεν.

5. *Verto* de qua gloriari in promptu haberent. *Cornarius:* Imo potius ad ostentationem in promptu propositam habent.

6. αὐτοῦ *ed. Petav.*

Cap. XIV. — 1. ἄκρως *ed. Petav. ex emend. Cornarii, qui vertit* extreme. *In scriptis et in ed. princ. legitur* ἄκρος.

2. ἄλλα *rescripsi ex coniectura. Nam libri habent* ἄττα. *In cod. Rhedig. est* ἅττα.

literarum quibus Syri utuntur numero. Nam plerique Persarum praeter elementa Persica Syrorum quoque literis utuntur, quemadmodum apud nos innumerae gentes Graecas adhibent; tametsi singulae fere suas ac proprias habeant. Alii vero reconditissima Syrorum lingua sese venditant, cuiusmodi est Palmyrenorum, quem una cum viginti duobus eius elementis adhibent. Hinc est quod Manichaei liber totidem in sectiones dividitur; huius inscriptio est Manichaei Mysteria. Alius est cui Thesauro nomen inditum. Praeter hos alios quosdam ad illudendos homines contexuit, velut Minorem Thesaurum; item de Astrologia. Neque enim a curiosis illis artibus abhorrent; quin potius astronomiae scientiam prae se ferunt, ac de ea gloriantur. Sed et amuleta, hoc est appensa quaedam e collo, nec non et cautiones magicas ac praestigias usurpant. Verum sic illum quem dixi librum Manes exorditur.

Erat deus et materia, lux et tenebrae, bonum et malum, quae Cap. XIV. tam penitus sibi invicem erant contraria, nulla ut alterum cum altero communione iungeretur. Hoc modo circulator iste praefatur. Tum pessimum dogma explicare aggreditur. Est autem liber ille fusissime scriptus, ac cetera eiusdem generis mala et inepta complectitur, quorum perplexam obscuritatem, contrarietatemque sermonum iam tum ab ipso argumenti principio animadvertere oportet. Licet enim magnae in reliquis nugae ac fabulae sint, ex ipso tamen primordio tota illius improbitas patefiet. Quod enim scribit, Erat deus et materia, cum vanissima gentilium superstitione congruit. Sed et calumniosa illa inanisque sententia convinci nullo negotio confutarique potest. Etenim duo simul ut existant aequalis aevi ac sempiterna fieri nullo modo potest uti sana ac prudens ratio ei facile persuaserit qui recto iudicio sit praeditus. Atque hoc intelligens quisque cognoscere debet. Nam si aequalia tempore duo sunt, ne appellatione quidem differunt. Quidquid enim aequale est alteri tempore, cum eo quoque aeternitatem habet aequalem. Quod autem aequale est aeternitate, ac semper existit, idipsum deus est, cum praesertim nulla ab caussa initium acceperit. Nihil enim praeter deum est aeternum. Ad haec ista principia diversis nominibus extulisti, homo ingenio barbare, et humani generis inimice. Nam aliud lucem appellasti, aliud tenebras, aliud bonum, aliud malum. Addis summe haec invicem sibi esse contraria, nihil ut uni sit cum

3. ἐστι *scripsi pro* ἔτι, *quod vulgo extat, ex emendat. Cornarii. Is enim interpretatus est:* etiam ex ipso initio scopi deprehendere datur.

4. *Uncinis notavit hoc prius* εἶναι *Petavius, cum alterum mutare deberet.*

5. εἴη ἂν *rescripsi pro* εἶναι, *quod libri tenent.*

6. τῷ ἑτέρῳ *codd. mss. et ed. princ.*

ἐναντία, ὡς κατὰ μηδὲν ἐπικοινωνεῖν θάτερον θατέρῳ. Οὐκοῦν χωρίζεις ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων. Δῆλον γὰρ ὅτι ἐναντία, ὡς ἔφης. Εἰ δὲ συνόντα πέφυκε, φίλα καὶ σύμφωνα, καὶ ἀλλήλοις συνόντα εὑρεθήσεται, συνδιατρίβοντά τε καὶ συγκοινωνοῦντα, καὶ μηδ' ὅλως ἀπ' ἀλλήλων ἀπαλλαττόμενα δι' ὑπερβολὴν φιλίας. Εἰ δὲ χωρὶς ἀλλήλων ἐστὶ, πάντως ἕκαστον τούτων πεπέρασται. Πᾶν δὲ τὸ πεπερασμένον οὐ τέλειον. Ὁρίζεται γὰρ [7] διὰ τοῦ πεπεράσθαι. Ἄλλως δὲ καὶ ζητηθήσεται ὅριον εἰς διαπερασμὸν ἀμφοτέρων, ἵνα μὴ κατὰ τὰ τέρματα ἀλλήλοις ἐφαπτόμενα ἀμφότερα τὰ ἴδια διὰ τῶν τερμάτων ἀλλήλοις συν-
pag. 631. άπτηται, καὶ ἐπικοινωνήσειε θάτερον θατέρῳ, καὶ τὸν τῆς ἐναντιότητος ἀφανίσῃ ὅρον. Καὶ εἰ δῴης τι διεῖργον ἀναμέσον τῶν ἀμφοτέρων, οὐκέτι τὸ διεῖργον ὅμοιον ἔσται τούτοις, ἀλλ' οὐθ' ἕτερον ἔσται τοῖς ἀμφοτέροις. Εἰ γὰρ ἀπὸ ἑνὸς μέρους ἀφομοιωθήσεται τὸ διεῖργον ἑνὶ τῶν δύο τῶν πρότερον εἰρημένων ἀϊδίων, ἀπὸ τοῦ ἀφομοιουμένου οὐκέτι ἀλλότριον εἴη τὸ διεῖργον, ἀλλὰ συναπτόμενον τῷ ἀφομοιουμένῳ, καὶ διὰ τοῦ ἐξισουμένου μέρους ἔσται ἡ συνάφεια, καὶ οὐκέτι τερματισθήσεται ἐν τῇ τῶν δύο φύσεων ἀπ' ἀλλήλων διαστάσει. Εἰ δὲ καὶ ἔστιν οὔτε ὅμοιον τῶν δύο, οὔτε μέτοχον ἀπὸ μέρους θατέρου, οὐκέτι δύο ἐστὶ τὰ ἀΐδια καὶ ἀεὶ ὄντα, ἀλλὰ λοιπὸν ἔστι τρία, καὶ οὐκέτι δύο ἀρχαὶ, καὶ δύο ἀλλήλοις ἐναντία τὰ πρῶτα, ἀλλὰ τρίτον ἄλλο, καὶ ἐναντίον τῶν ἀμφοτέρων, καὶ ἀνόμοιον τοῖς ἀμφοτέροις, καὶ διεῖργον ἀναμέσον τῶν [8] δυεῖν, καὶ μὴ θατέρῳ ἐπικοινωνοῦν, διὰ τὸ ἀλλόκοτον, καὶ οὔτε ἀμφοτέρων λαμβάνον τὴν ὁμοίωσιν. Καὶ λοιπὸν ἔσται οὐκέτι δύο, ἀλλὰ τρία ταῦτα. Ἄλλως δὲ καὶ ζητηθήσεται ἄλλος, ὁ μεσιτεύσας, καὶ τὸν ὅρον τοῦτον ἐμβαλὼν τέταρτος. Οὐ γὰρ ἠδύναντο οἱ δύο ἐκθέσθαι τὸν ὅρον, ἢ τὸ τεῖχος, εἰ μὴ ἕτερος εἴη ὁ ὁροθέτης, ὁ τὸ διεῖργον [9] ἀναμέσον τῶν ἀμφοτέρων ἐμβαλών. Ἀλλὰ καὶ εἰδήμων τὴν ἐπιστήμην, καὶ συνετὸς τὸν τρόπον, καὶ ἐπιεικὴς, καὶ ἐνδοξότερος, ὥστε δύνασθαι πεῖσαι ἀμφοτέρους εἰς συμβιβασμὸν εἰρήνης. Ἔσται οὖν εἷς ὁ ὁροθετῶν, καὶ ἓν τὸ διεῖργον, καὶ δύο τὰ τερματιζόμενα, καὶ οὐκέτι δύο ἀρχαὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τρεῖς, καὶ τέσσαρες. Καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπὶ πολλὰς ἀρχὰς τὴν διάνοιαν τρέπειν ἔνεστι, καὶ ἐᾶν τὰ ὄντα, καὶ φαντάζεσθαι τὰ μὴ ὄντα.

Κεφ. ιε'. [1] Ἐν δὲ ὁρῶ ζητεῖν τὸν ἀλιτήριον, κακίαν δῆθεν μὴ [2] προςμῖξαι θεῷ. Καὶ γὰρ καὶ ἄτοπόν ἐστι θεῷ προσάψαι. Ὡμολόγηται γὰρ ἐν

7. διὰ τοῦ *codd. mss.* δι' αὐτοῦ *editi libri; ex quo Petavius restituendum esse censebat* δι' αὐτοῦ τοῦ.

8. δυεῖν *codd. mss.* δυοῖν *editi libri.*

9. μέσον *cod. Rhedig.*

Cap. XV. — 1. Ἓν δὲ ὁρῶ *emendatum a me est. Vulgo extat* Ἐν δὲ τῷ ζητεῖν (ζητεῖ *ed. princ.*) τὸν ἀλιτήριον

altero commune. Igitur a se illa mutua separas, neque dubium est, quandoquidem, ut dicis, contraria sunt. Atqui si ex natura sua una versentur, consequens est ut et amice invicem consentiant, mutuaque coniunctione ac consuetudine socientur, neque a sese prae amore ac concordia divellantur. Quod si invicem separata sunt, horum unumquodque finitum sit oportet. Quod autem finitum est, perfectum non est; est enim fine suo circumscriptum. Quinetiam terminus aliquis requirendus erit, qui utrumque definiat, ne, si se mutuo contigerint, communione aliqua extremis illis in finibus copulentur, atque ita constituta illa contrarietas intercidat. Iam vero si quidpiam, quod illa dirimat, amborum in medio collocaveris, non potest id quod dirimit illorum esse simile, sed ab utraque diversum. Etenim si ab una parte id quod separat alteri ex aeternis illis principiis simile fuerit, ab eo cuius similitudinem habet, non erit alienum, sed cum eo coniunctum. Quippe per hanc ipsam partem, qua ad illud accedit, quaedam contrahetur affinitas; unde nullus iam in ambarum contrariarum invicem naturarum divortio terminus relinquetur. At si neque amborum simile est, nec ulla sui parte cum altero communicat, falsum est aeterna esse duo quae semper extiterint, cum tria consurgant. Itaque neque duo iam erunt principia, neque duo prima invicem contraria, sed tertium quoddam orietur, utrique contrarium ac dissimile, quo eadem illa separantur, quod nihil cum alterutro commune propter diversitatem habeat, nec amborum simile sit. Ita non iam duo, sed, uti dictum est, tria numeranda sunt. Sed et alius quidam, qui medius interveniat, quaerendus est, sive quartus, qui istiusmodi terminum immittat. Neque enim duo soli terminum hunc, ac veluti murum constituere possunt, nisi alter quidam finitor accedat qui inter illa duo quicpiam quo separetur iniiciat. Quinetiam et scientia instructus idem ille debet esse, et prudens, et aequitate praeditus, et illustris, ut ambos illos ad pacem concordiamque revocet. Ex quibus sequitur unum esse finitorem, separatorem alterum, ac duo denique termino illo circumscripta, neque duo iam esse, sed tria quatuorque principia. Qua ratione plura in principia convertendus est animus, et his, quae reipsa sunt, relictis, quae non sunt cogitatione fingenda.

Quod autem nefarius ille quaerit, ut ne deo malitiam affingat, est id quidem fateor absurdum istud ipsum tribuere deo. Unde ec- Cap. XV.

κακίαν, δ. μ. πρ. *quod quomodo interpretandum sit nescio. Cornarius, non ita longe a vero aberrans, convertit* Unum vero hoc quaerit improbus ille, ut ne malitiam deo ammisceat; *velut si scripsisset Epiphanius* Ἐν δὲ τοῦτο ζητεῖ ὁ ἀλιτήριος, κακίαν δῆθεν *cett.*

2. προσμίξαι *vulgo extat.*

τῷ χαρακτῆρι τῆς ἐκκλησιαστικῆς διδασκαλίας ἀλλότριον παντάπασι τὸ θεῖον καὶ ἀμιγὲς κακίας ὑπάρχειν. Θεὸς γὰρ οὐδὲν κακὸν ἐποίησεν, ἀλλὰ πάντα καλὰ λίαν, ἀγαθὸς ὢν τὴν φύσιν, ἀκατάληπτος τὴν οὐσίαν, πάντα περιέχων, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς περιεχόμενος. Οὔτε τοίνυν τὸ κακὸν ἦν ἀεὶ, οὔτε ἐκ θεοῦ τὸ κακὸν γεγένηται. Μήτε οὖν
pag. 632. ὄντος τοῦ κακοῦ, [3] μήτε ὄντος ἀεὶ, μήτε ἐκ θεοῦ γεγενημένου, λοιπὸν ζητεῖν ἔστι ποῖον τρόπον τὸ μὴ ὂν ἀεὶ, ἀρχὴν δὲ ἐσχηκὸς τοῦ εἶναι, λῆγον δὲ καὶ ἀπολλύμενον, καὶ εἰς τέλος μὴ παραμένον, πόθεν ἔσχε τὴν ἀρχήν. Καὶ ὅταν τοῦτο ζητήσωμεν, πρῶτον διανοητέον [4] ἐστὶν ὅ τι ἢ ὁποῖόν ἐστι τὸ κακὸν, καὶ ἐν ποίῳ γίνεται τὸ κακὸν, καὶ εἰ ἔστι [5] ἐμπερίγραπτόν τι, ἢ σῶμα, ὡς εἰπεῖν, ἢ ὑπόστασιν ἔχει, ἢ καὶ ῥίζαν δύναται κεκτῆσθαι. Καὶ ὅταν ταῦτα ἐν ἑαυτοῖς διασκοπήσωμεν, ἀνυπόστατον εὑρεθήσεται τὸ κακὸν, καὶ μηδεμίαν ῥίζαν ἔχον, ἀλλὰ ἕως ἔργων μόνον [6] ἔστι, πρακτικῆς ἀνθρωπίνης ἐνεργείας ἀποτελεστικόν. Ἐν τῷ γὰρ ποιεῖν ἡμᾶς τὸ κακὸν [7] ἔστιν, ἐν δὲ τῷ μὴ ποιεῖν οὐχ ὑπάρχει, τῆς ἐννοίας ἐφευρισκούσης τὸ τί ποτέ ἐστι τὸ πονηρὸν ἐργάσασθαι, οὐκ ἀρέσκον θεῷ, καὶ οὔτε δυνάμενον ἀντιλέγειν θεῷ, οὐδὲ ἀντιμάχεσθαι πρὸς τὸ θεῖον. Πᾶν γὰρ τὸ ὑπὸ ἀνθρώπων δυνάμενον ἐκκόπτεσθαι καὶ ἀναιρεῖσθαι πολλῷ μᾶλλον πρὸς θεὸν ἀντέχειν ἀδύνατον.

Κεφ. ιϛ'. Ἅμα δὲ καὶ περὶ διαβόλου οὕτως διαληπτέον, οὐκ ἀπὸ κτίσεως φυσικῶς κακοῦ κεκτισμένου, ἀλλὰ ἑαυτῷ μετὰ χρόνον [1] τὸ ποιεῖν κακὸν ἐφευραμένου, οὐκ ἀγνοουμένου δὲ ὁποῖος ἔμελλεν ἔσεσθαι, ἀλλὰ κτισθέντος μὲν ἅμα πᾶσι καλῶς διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς δικαιοσύνης χρησιμώτατα, τῷ τὸν θεὸν δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος πάντας καὶ πάντα θελήσαντα εἶναι, καὶ τὰ αὐτοῦ ἀγαθὰ πᾶσι [2] προθέμενον, κατὰ συγχώρησιν δὲ αὐτεξουσιότητος συγχωρεῖν τοῖς ἅπασιν ἰδίᾳ βουλήσει χρῆσθαι ᾧ θελήσειαν ἐπιχειρήματι ἕκαστος, ἵνα αὐτὸς μὲν ἀναίτιος τῶν φαύλων εἴη, διάκρισις δὲ ἔσται τῶν εἰς ἀρετὴν προκοπτόντων, καὶ πάλιν τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας καὶ ἀγαθότητος τὰ βραβεῖα εἰςκομιζομένων. Ὁ δὲ μανιώδης οὗτος Μάνης βουλόμενος κακίας [3] ὑπεξαίρειν τὸν θεὸν μᾶλλον αὐτῷ κακίαν πρὸς ἴσον ἀντεκατέστησεν. Ὁμοῦ δὲ κακίζων τὴν πᾶσαν κτίσιν οὐκ αἰσχύνεται, ἐκ τῶν ἐν ἡμῖν σφαλμάτων γιγνομένων τὰς προφάσεις ἀπεμπολήσας, καὶ εἰς τὴν πᾶσαν δημιουργίαν [4] τῶν ἰσορρόπων συνυφήνας, ὑπέρμαχος μᾶλλον γεγένηται καὶ

3. *Repono* μή γε. *Malum enim existere minime negatur.*

4. ἐστὶν ὅ τι ἢ ὁποῖόν ἐστι *de coniectura reposui. Codd. enim mss. et ed. princ. praebent* ἐστὶν ὅτι ὁποῖον ἐστὶ. *Petavius edidit* ἐστὶν ὁποῖον ἐστὶ.

5. ἐμπερίγραφόν τι *uterque cod. ms.* ἐμπερίγραφτόν τι *ed. princ.*

6. *Vulgo* ἐστὶ.

7. *Vulgo* ἐστὶν.

Cap. XVI. — 1. τὸ *om. in ed. Petav. Coloniae repetita.*

clesiasticae doctrinae forma profitetur divinum numen ab omni penitus pravitate alienum ac remotum esse. Nullum enim ille malum fecit, *sed omnia valde bona*, cum et sit natura bonus, neque comprehendi illius essentia possit, et universa contineat, nec ab ullo ipse contineatur. Quocirca neque malum semper extitit, neque a deo productum est. Itaque cum neque malum sit, neque semper fuerit, nec a deo procreatum, superest illud ut quaeramus, quod semper minime fuerit, et initium aliquod habuerit, et aliquando desinat ac pereat, neque perpetuo maneat, undenam originem acceperit. Sed cum illud inquisierimus illud in primis cogitandum est, cuiusmodi sit, et in quo sit malum. Deinde sitne aliquid quod circumscribi possit, puta corpus, et utrum substantia aliqua constet, aut ulla radice nitantur. Quae cum apud nos perpenderimus, nullam inesse malo subsistentiam, nec radicem ullam habere reperiemus, sed in solis factis consistere, et humanam efficientiam in agendo perficere. Etenim quatenus aliquid faciamus, inest in eo malum, cum vero nihil agimus, nusquam est. In quo illud intelligentia nostra comprehendit, quid sit mali aliquid efficere quod deo displiceat, quod ei tamen refragari ac repugnare non potest. Quicquid enim ab hominibus excidi extinguique potest, multo minus resistere deo poterit.

Gen. 1, 31.

Cap. XVI.

De diabolo quoque sic habendum est, eum minime ab origine ipsa naturaeque conditione malum extitisse, sed aliquanto postea tempore malum quod faceret excogitasse, ita tamen ut cuiusmodi futurus esset nequaquam lateret. Verum quemadmodum cetera bene atque utiliter esse condita prae excellenti dei iustitia, qui pro singulari sua bonitate existere vult omnia, bonaque sua omnibus in commune proponit. Ac nihilominus tamen pro eo ac libertati cuiusque concessum est privatim id permittit, suae ut voluntati obsequens quicquid libitum erit efficiat, ut et ipse ab omni malorum culpa sit immunis, et eorum qui in virtute progrediuntur, atque ab humanitate bonitateque sua praemia referunt, discrimen aliquod statuatur. At insanus ille Manes, dum ab omni malitiae labe deum eximere studet, non modo id quod vult non assequitur, sed alia ratione aequalem potius illam rependit. Quinetiam conditas a deo res omnes sine ullo pudore vituperat; cuius quidem sic ex iis delictis quae in nobis cernuntur occasionem arripit ut in cetera omnia opificia probrum illud ex aequo derivet. In quo malitiae illius, quam excludi

2. προθέμενον *emendatione Cornarii, etiam a Petavio proposita. In libris vulgo est* προθεμένου.

3. ὑφεξαίρει *cod. Rhed.* ὑφεξαίρειν *ed. pr.*

4. τῶν ἰσορρόπων *librorum scriptura est omnium, ac verissima. At Petavius ariolatus est* ἰσορρεπῶς. *Appellat* ἰσόρροπα *quae sibi contraria invicem obstant.*

ὑπερασπιστὴς ἧς φάσκει ἀπαγορεύειν κακίας, καὶ ἀντὶ τοῦ πρὸς αὐτὴν pag. 633. μίσους φιλίαν τινὰ καὶ κοινωνίαν πρὸς αὐτὴν ἀσπαζόμενος, ὁπότε σύστασιν αὐτῇ δίδωσι, καὶ ἀϊδιάζουσαν αὐτὴν καταγγέλλει, σὺν θεῷ δὲ ἀεὶ οὖσαν, καὶ μηδέποτε λήγουσαν τοῦ εἶναι. Ὀνόματι δέ τισιν αὐτὴν ἀποκαλῶν διὰ πασῶν τῶν ὑποθέσεων ἐκπεσὼν τῆς ἀληθείας φωραθήσεται, τῆς πάσης κτίσεως ἐκ θεοῦ καλῶς ἐκτισμένης, ἐξ ὧν αὐτὸς παρατίθεται μαρτυριῶν.

Κεφ. ιζ'. [1] Καὶ πρῶτον μὲν, ὅτι ὕλην ταύτην κέκληκε, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν νοῦν λογίζεται ταύτην εἶναι φθοράν. Καὶ πρῶτον μὲν, εἰ ἔστι φθορὰ, [2] τινὸς ἄρα εἴη φθορά. Καὶ εἰ μὲν ἄλλων φθορὰ ὑπάρχει, αὕτη δὲ ἐμπαράμονός ἐστιν, ἄρα ἔκπαλαι ἔφθειρε τὰ ὄντα, καὶ μόνη αὕτη συνέστηκεν ἐν χρόνῳ τοσούτῳ, τὸ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ἐνεργητικὸν ἐργαζομένη, καὶ μὴ ἐκκοπτομένη. Εἰ δὲ ἑαυτῆς ἐστι φθορὰ, φθείρουσά τε καὶ δαμάζουσα καὶ ἀναλίσκουσα καὶ ἀπόλλουσα, ἀπολλυμένη ἐστὶ, καὶ οὐ σταθήσεται, ἑαυτῆς ἀναλωτική τις οὖσα καὶ φθαρτική. Πῶς οὖν ἕστηκε τοσοῦτον χρόνον ὑπάρχουσα κατὰ τὸν ἀγύρτου λόγον; ἅμα δὲ οὐ συγκοινωνήσει ὅλως τῇ ζωῇ, οὐδὲ ἅμα [3] ζωῆς εὑρεθήσεται, οὔτε ἀγαθότητος. Ὁπότε δὲ ἐν ἑκάστῳ τῶν ὑπ' αὐτοῦ κακιζομένων κτισμάτων καὶ ἀγαθότης ἔνεστι, διέπεσε πανταχόθεν ὁ περὶ κακίας αὐτοῦ λόγος, διὰ τὸ ἐπικοινωνεῖν θάτερον τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων θατέρῳ, ὡς εἰπεῖν περὶ ὄφεων, καὶ τῶν ἄλλων ἑρπετῶν ἰοβόλων. Ὅσα γάρ ἐστι ἐπὶ τὸ χρήσιμον κατεσκευασμένα, παρ' αὐτῷ δὲ τῷ ὀνόματι κακιζόμενα, ἐν αὐτοῖς καὶ τὸ ἀντίθετον τῆς κακίας εὑρίσκεται, ὡς εἰπεῖν περὶ ὄφεως καὶ τῶν ἄλλων. Ἐξ ὧν γὰρ ἰὸς εἰς θάνατον, [4] ἐν αὐτοῖς καὶ ἀντίδοτος, πρὸς ἀντίδοτον θανάτου καὶ κακώσεως κακιζομένων. Καὶ [5] ἡμέρα μὲν εἰς ἐργασίαν ἀνθρώποις, ὡς καὶ εἰς τὸ φωτίζεσθαί τε καὶ ὁρᾶν. Ἀλλὰ καὶ ἡ νὺξ, ἡ παρ' αὐτῷ ὀνόματι κακιζομένη, ἀνάπαυσίς τις εὑρίσκεται ἐκ θεοῦ ἀνθρώποις γεγονυῖα. Καὶ οὕτως τὸ καθ' ἓν ἀγαθὸν ὑπάρχον εὑρίσκεται, καὶ μὴ δυνάμενον ἀπὸ τῶν ἐν ἡμῖν ἁμαρτημάτων τὸ ὄνομα ἔχειν, ἢ τὸ ἴσον τοῦ κακοῦ τὴν ὁμωνυμίαν [6] εὑρίσκον.

Κεφ. ιη'. Πάντα γὰρ καλὰ καὶ ἡδέα, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, τῷ, Καὶ ἰδοὺ, pag. 634. φησὶ, πάντα καλὰ λίαν· καὶ οὐδαμοῦ κακίας ἐστὶ ῥίζα. Τούτου γὰρ

*ut bonum et malum, dies et nox, et reliqua.*

Cap. XVII. — 1. *Intell.* ἐκπεσὼν τῆς ἀληθείας φωραθήσεται, *quod ex superioribus repetendum est. Non magis recte quam Petavius vertit Cornarius:* Et primum quidem materiam hanc vocavit; iuxta eandem autem sententiam existimat hanc esse corruptionem.

2. *Cornarius et Petavius verterunt velut si legissent* τίνος ἄρα εἴη φθορά;

3. ζωῇ (*et* ἀγαθότητι) *coniecit Peta-*

a se praedicat propugnator potius ac defensor apparet, tantumque abest ut illam oderit, ut amicitiam quoque cum ea communionemque suscipiat. Nam et substantiam ille tribuit, et aeternam esse defendit, ac cum deo semper esse, nec unquam desinere profitetur. Porro cum in omni disputatione variis illam nominibus appellet, a veritate procul aberrare deprehendetur, cum ex allatis ab ipso testimoniis liquido constiterit quicquid a deo conditum est bene ac recte fuisse procreatum.

Atque illud primum videndum est, quod eam materiam nominat, id quod ex illius sententia idem est ac corruptio. Verum si corruptio sit, cuius erit tandem corruptio? Si aliorum est, constanter ipsa manens, iamdudum omnia corrumpere debuit, ac sola tam infinito tempore consistere, dum virium suarum efficacitatem exserit, nec ab ullo rescinditur: si vero suimet ipsius est corruptio, corrumpens ac perdomans sese et consumens ac perdens peribit tandem, neque consistet, cum sui consumptricem ac corruptricem vim habeat. Quae cum ita sint, quanam ratione tanto tempore, ut ille circulator asserit, potuit existere? Praeterea nec ullam omnino cum vita communionem habere poterit, neque cum ea aut cum bonitate versabitur. Iam vero cum in unaquaque creatarum rerum, quas ille vituperat, bonitatis insit aliquid, tota eius de malitia disputatio concidat necesse est, eo quod alterius illorum quae commemoravit quaedam sit cum altero societas; ut de serpentibus, ceterisque venenatis bestiis nonnihil dicatur. Haec enim omnia, quae ab illo nomine ipso vituperantur, ad usum aliquem utilitatemque procreata sunt, et in his mali remedium invenitur, quod ad serpentes reliquaque id genus convenit. Ex iisdem enim letale virus et contra mortem inflictamque ab ipsis labem remedium ab iis qui laesi sunt colligitur. Sic dies quidem humanis est exercendis operibus constituta, cuius beneficio collustrantur ac discernunt omnia. Sed et nox, cui probrosum illud nomen attribuit, ad hominum quietem est a deo concessa. Atque ita quamlibet rerum omnium bonam esse reperiemus, neque a peccatis nostris esse denominandam, aut eadem cum malo appellatione censendam. Cap. XVII.

Sunt enim bona ac iucunda prorsus omnia, neque quicquam est quod reiiciendum videatur. Quod ex his verbis apparet: *Et ecce,* Cap. XVIII.

*vius, quod etiam Cornarius videtur voluisse (interpretatus est enim:* neque simul cum vita, neque cum bonitate reperietur), *et probavit Gatakerus l. l. p.* 799. *At retinenda librorum scriptura; differt enim una esse cum vita et esse vitae, aut bonitatis.*

4. *Ita emendavit Petavius. Libri habent* ἐν ἑαυτοῖς.

5. *Ita emendarunt Cornarius et Petavius.* ἡμέραν *vulgo extat.*

6. *Suspicor* εὑρίσκειν.

χάριν καὶ ὁ θεὸς ἐξ ὑπαρχῆς κτίζων τὸν πάντα κόσμον τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι καθ' ἕκαστον τῶν κτισμάτων τὸ καλὸν ἐπέφερε, λέγων, Καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν· ὅπως τῷ καλῷ μαρτυρήσῃ, καὶ ἀνέλοι τὴν τῶν ἐπιβούλων τῆς ἀνθρωπείας φύσεως δεινότητα, τῶν διὰ μύθων πονηρῶν ἐπινοησάντων ἀφανίσαι ἐκ τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀλήθειαν. Ἐποίησε γὰρ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὸ φῶς, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ. Καὶ εἶδε, καὶ ἰδοὺ καλὸν, φησὶ ἡ γραφή. Ἆρα γὰρ οὐκ ᾔδει ὅτι καλὸν ἤμελλεν ἐργάζεσθαι, ὅτι μετὰ τὸ γενέσθαι λέγει, Ἰδοὺ καλόν; καὶ οὕτω καθεξῆς ἐπὶ τοῖς ὕδασιν, ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἐπὶ τῶν βλαστημάτων, ἐπὶ τῶν ξύλων, ἐπὶ τῶν φωστήρων ἐν οὐρανῷ, ἐπὶ τῶν κτηνῶν, ἐπὶ τῶν πτηνῶν καὶ ἑρπετῶν καὶ ἰχθύων. Καθ' ἕκαστον γὰρ ἔλεγε, Καὶ εἶδεν ὁ θεὸς, καὶ ἰδοὺ καλόν· οὐ τὸ πρότερον ἀγνοῶν, οὐδὲ μετὰ τὸ γενέσθαι ὡς [1] διὰ πείρας ἐσχηκὼς [2] τοῦ εἰδέναι ὅτι καλὸν, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ εἶναι πάντα καλὰ, καὶ οὐδαμοῦ εἶναι κακὸν προεθέσπιζε διὰ τὴν τῶν κακοβούλων δόξαν, τῶν πάντων ἀγαθῶν ὄντων καὶ καλῶν μαρτυρουμένων, [3] κατὰ τὴν τοῦ καλοῦ ἀληθεστάτην μαρτυρίαν τὸ Καλὸν ἔλεγε, στέρησις ὂν παντὸς [4] ἀγαθοῦ καὶ πάσης κακίας. Καὶ ἵνα ἀπὸ τοῦ καλὸν εἶναι τὸ πᾶν ἀναιρῆται ὁ περὶ κακίας [5] ἐν ἀνθρώποις ἐπινενοημένος λόγος, ἵνα τὴν πᾶσαν ὑπόληψιν τὴν κακότροπον τῶν τὴν διδασκαλίαν παρεισφερόντων παντάπασιν ἀνέλοι. Εἶτα ἐλθὼν ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον οὐκ εἶπεν ὅτι, Καλόν· οὐχ ὅτι κακὸν ὁ ἄνθρωπος, τὸ ἐξοχώτατον παρὰ πάντα τὰ ἐπὶ [6] τῆς γῆς ἐκτισμένα, [7] τὸ ἐπὶ τῷ ἄρχειν ἐκ θεοῦ ἐκτισμένον σοφίᾳ ἀρρήτῳ, ᾧ ἔμελλε παραδιδόναι θεὸς [8] δεσποτείαν τῶν ὑπ' αὐτοῦ πάντων ἐκτισμένων, ὥς φησι, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἑρπετῶν τῆς γῆς, καὶ κτηνῶν, καὶ θηρίων, καὶ πάντων τῶν ὄντων ἐπὶ τῆς γῆς· ἀλλ' ἐπειδὴ κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐκτίσθη, ἠρκέσθη τὸ θεῖον γράμμα τῷ τοσούτῳ ἀξιώματι μὴ χρείαν ἔχειν προσθήκης ἔτι. Εἰ γὰρ αὐτῆς τῆς ἀγαθότητος εἶχε κεκτημένος τὴν εἰκόνα, φημὶ δὲ τοῖ [9] κυρίου θεοῦ, πάσας κτίσεως δημιουργοῦ, καὶ ἀγαθοῦ, ἐξ οὗ
pag. 635. πᾶσα πηγὴ [10] ἀγαθωσύνης, ἐξ οὗ τὸ ἀγαθὸν ἐν πᾶσιν ὑπάρχει, πῶς ἔτι χρείαν εἶχε μαρτυρίας ἀκοῦσαι, ὅτι, Ἰδοὺ καλὸν, ὁπότε τὴν εἰκόνα αὐτοῦ τοῦ καλοῦ εἶχε κεκτημένος; [11] ἐς ὕστερον δὲ ἐπὶ τέλει τῶν ὅλων, μετὰ τὸ ποιῆσαι πᾶσαν δημιουργίαν, ἐπισφραγισάμενος ὁ θεῖος λόγος

Cap. XVIII. — 1. διὰ πείρας *cod. Rhedig.* διαπείρας *reliqui libri.*

2. *Corrigendum suspicor* τὸ εἰδέναι.

3. *Suspicor* κατά τε τοῦ καλοῦ.

4. *Cornarius haud aliter hoc vocabulum interpretatus est quam Petavius. Non dubito quin sit reponendum* ἀντιθέτου, *vel, quod magis arridet,* ἀναγάθου, *aut* μὴ ἀγαθοῦ.

5. ἐν *desideratur in ed. Petavii Colon.*

6. τῆς *non habet cod. Rhedig.*

7. *In libris vulgo extat* τὸν.

8. *Delevi praepositionem* εἰς *quae vulgo deprehenditur ante voc.* δεσποτείαν.

inquit, *omnia valde bona;* nusquam ut malitiae radix ulla cernatur. Etenim propterea deus cum initio mundum pro sua bonitate fabricaret, de unaquaque creatarum a se rerum bonam esse pronuntiavit. *Et vidit,* inquit, *deus quod esset bonum;* ut et de illarum bonitate testimonium ferret et humani generis inimicorum calliditatem excluderet, qui nequissimis fabulis veritatem ex hominibus funditus exstinguere conantur. Primo siquidem die coelum ac terram lucemque cum omnibus quae in terra sunt condidit. *Et vidit, et ecce bonum,* ait scriptura. Utrumnam vero bonum se facturum esse nesciebat, eo quod opere denique perfecto, *Ecce bonum,* dixisse legitur? Quam vocem deinceps de aquis, de mari, de germinibus, de arboribus, de coeli sideribus, de pecudibus, deque avibus, reptilibus ac piscibus usurpat. Nam in unoquoque, *Vidit,* inquit, *deus, et ecce bonum.* Non quod aut ignoraret antea, aut ubi procreata sunt, velut experientia quadam bona esse comperisset, sed quod bona omnia revera sint, neque mali quicquam insit, propter improborum hominum opinionem hoc velut oraculo bona esse omnia ac praeclara testatus est, ideoque bonum esse dixit, quod mali ac nequitiae omnis exclusionem continet. Ut nimirum hoc ipso, quod esse bonum omne significavit, tollatur falsa illa de malitia in homines invecta sententia, pessimaque omnis mali dogmatis architectorum opinio profligetur. Postremo ubi ad hominem ventum est, bonum esse non dixit; non quod malum quiddam homo sit, opus omnium quae in terra condita sunt longe praestantissimum, quod ut imperaret ceteris inexplicabili quadam est a deo sapientia productum, cui denique rerum omnium a se creatarum dominatum ac principatum deferre statuerat, quemadmodum haec verba declarant: *Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem; et praesint piscibus maris, et volatilibus coeli, et reptilibus terrae, et iumentis, et bestiis, et omnibus quae in terra sunt:* verum quoniam ad dei imaginem creatus est, tam excellenti dignitate contentae sacrae literae fuerunt, nulla ut accessione opus esse videretur. Nam si bonitatis ipsius erat imagine praeditus, dei nimirum ac domini, qui sit omnium rerum artifex ac bonus, a quo bonitatis fons omnis, adeoque bonum ipsum in universa derivatur, quid attinebat hoc audire testimonium, *Et ecce bonum,* cum boni ipsius imaginem in sese contineret? Postea tamen absolutis omnibus, universoque opere perfecto, velut obsignans, idem de omnibus

Gen. 1, 26.

*Videtur per errorem repetita ex vocabulo* θεός. *et in ed. princ. Ed. Petav. habet* ἀγαθοσύνης.

9. κυρίου *abest a libro Rhedig.*

10. *Sic scriptum in utroque cod. ms.*

11. ἐς *codd. mss.* ἐφ' *editi libri.*

τοῖς πᾶσι τὴν αὐτὴν μαρτυρίαν προύθετο φάσκων, Καὶ εἶδεν ὁ θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν, μετὰ προςθήκης τοῦ Λίαν εἰπών. Αὕτη δὲ ἐτύγχανεν ἕκτη ἡμέρα καὶ ἑβδόμη καταπαύσεως, ἵνα τὴν ῥίζαν τὴν περὶ τοῦ κακοῦ ἀνελὼν μηκέτι εὕροι πρόφασίν τις τοῦτο τολμῆσαι, ἀϊδιάζουσαν τὴν κακίαν [12] διανοεῖσθαι. Ἀνῄρηται γὰρ ὁ αὐτὸς περὶ ταύτης λόγος. Οὐδαμοῦ γὰρ ἦν τὸ κακὸν, πάντων καλῶν ὄντων λίαν, καὶ ἐκ θεοῦ ἀγαθοῦ γεγενημένων, καὶ μεμαρτυρημένων.

Κεφ. ιθʹ. Ὕλης δὲ διττὴ ἡ ὀνομασία. Τὸ μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, κατὰ τὸν νοῦν τοῦ ἀλιτηρίου ἐστὶν ἐνεργείας καὶ φθορᾶς [1] καταναλωτικῆς ὄνομα. Ὕλην δὲ εἰώθαμεν λέγειν τὴν κόσμησιν ἑκάστου πράγματος [2] τοῖς τὰς τέχνας ἐργαζομένοις, ὡς εἰπεῖν ὕλη ξύλων, ὕλη πηλουργίας, ὕλη χρυσοῦ, ὕλη ἀργύρου· λέγεται δὲ ὕλη τις ἐργασίας ἐν τοῖς σώμασιν ἡ ἀπὸ φθαρμάτων κακώσεως συναγομένη. Λεγέτω τοίνυν ὁ πρόςφατος ἥκων μάντις, καὶ τὰ πρὸ αἰώνων ἐπαγγελλόμενος. Ἐτόλμησε γὰρ ὁ τοιοῦτος καὶ πνεῦμα παράκλητον ἑαυτὸν λέγειν, ἄλλοτε δὲ ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ ἑαυτὸν, ὡς ἔφην, ἐπιφημίζει, οὔτε εἶδος περιστερᾶς ποτε ἐνδυσάμενος, οὐδὲ τὸ ἀπ' οὐρανοῦ εἰς ἔνδυμα ἀφθαρσίας δύναμιν τοῖς ἀποστόλοις πεμφθὲν πνεῦμα παράκλητον, ὃ ἐπηγγείλατο πέμπειν ὁ μονογενὴς οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας ἐκείνας ὁρισάμενος, ἀλλὰ εὐθὺς αὐτοῦ ἀνελθόντος, ὡς ἔλεγεν, Ἐὰν ἐγὼ ἀπέλθω, ἐκεῖνος ἐλεύσεται. Καὶ εὐθὺς ἐν τῷ ὑπερῴῳ ἐπλήσθησαν πνεύματος ἁγίου, ἐν τῷ [3] ἀνακάμψαι αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς γλῶσσαι πυρὸς διαμεριζόμεναι, καὶ ὁ οἶκος ἐνεπλήσθη ὥςπερ πνοῆς βιαίας, καὶ ἐπεκάθισε τὸ πνεῦμα ἐφ' ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ἐλάλουν γλώσσαις τὰ θαυμάσια τοῦ θεοῦ, καὶ ἕκαστος ἤκουσε τῇ ἰδίᾳ γλώσσῃ. Ἦσαν δὲ ἀπὸ παντὸς γένους [4] τῶν ὑπὸ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἕκαστος διὰ τοῦ πνεύματος παρεκαλοῦντο, οἵ
pag. 636. τε ἀπόστολοι διὰ τῆς δωρεᾶς, καὶ πάντα τὰ ἔθνη διὰ τῆς ἐνηχήσεως τῆς τοῦ θεοῦ θαυμαστῆς διδασκαλίας. Εἰ γὰρ τὸ πνεῦμα παράκλητον, ὅπερ ἐπηγγείλατο τοῖς μαθηταῖς ὁ κύριος, ὁ ἀγύρτης οὗτος ἐτύγχανεν, [5] ὁ ἐμμανὴς ἀληθῶς καὶ φερώνυμος τῆς ἑαυτοῦ ἐπωνυμίας, παρῆλθον οἱ ἀπόστολοι στερηθέντες τῆς ἐπαγγελίας, ἀκούσαντες παρὰ τοῦ ἀψευδοῦς κυρίου, [6] Λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. Καὶ εὑρεθήσεται ὁ ἀπατεὼν τοῦ Χριστοῦ καταψευδόμενος ὡς μὴ πληρώσαντος τὰ αὐτῷ εἰρημένα. Παρῆλθε γὰρ ἡ γενεὰ τῶν ἀποστόλων, φημὶ δὲ ἀπὸ Πέτρου ἄχρι Παύλου καὶ ἄχρι Ἰωάννου, τοῦ καὶ χρονίσαντος ἐν κόσμῳ ἄχρι τῶν Τραϊανοῦ χρόνων.

12. νοεῖσθαι *cod. Rhedig.*

Cap. XIX. — 1. καταναλωτικῆς *scripsi pro* καὶ ἀναλωτικῆς *quod libri habent. Petavius voc.* καὶ *delendum iudicavit et uncinis inclusit. Cornarius vertit* actionis et corruptionis consumentis.

2. *Fortasse* σὺν τοῖς τ. τ. ἐργαζομένοις.

testimonium divinus sermo protulit. *Et vidit deus cuncta quae fecerat, et ecce valde bona:* ubi et vocem illam, *Valde*, additam voluit (erat vero tum VI. dies, vel quietis VII.), ut omni perversi illius de malo dogmatis velut radice sublata ansam inde nullus tantae temeritatis arriperet, sempiternam ut esse malitiam cogitaret. Nam eiusmodi de illa sermonum occasio praeciditur. Neque enim malum uspiam erat, cum *valde bona* essent omnia, et a bono deo producta, eiusdemque testimonio comprobata.

Ceterum materiae nomen duplicem significationem obtinet. Altera est quae ex detestandi illius hominis sententia actionem et corruptionem ac consumptricem quandam vim exprimit, altera qua vulgo rerum omnium quae ad usum artificis spectant apparatum materiam dicimus, veluti lignorum, figlinae, auri argentique materiem; appellatur et materia in corporibus quae ex humorum corruptela vitioque colligitur. Dicat itaque novus ille vates, qui se ea scire profitetur quae ab omni aeternitate fuerunt. Siquidem et paracletum se spiritum idem ille non dubitavit asserere. Interdum vero et apostolum Iesu Christi, ut ante dixi, nuncupat. Atqui neque columbae figuram unquam induit, neque spiritum illum paracletum, qui ut apostolos virtute incorruptionis indueret, in eos e coelo demissus est. Quem etiam missurum se unigenitus dei filius promisit, non post multos hos dies, sed simulatque conscendisset in coelum, ut ipse definit his verbis: *Si enim abiero ille veniet.* Ac subinde in coenaculo *repleti sunt spiritu sancto, cum ex* Olivarum monte rediissent. Idque adeo his verbis scriptura testatur: *Et apparuerunt ipsis linguae ignis dispertitae, et domus repleta est quasi vento vehementi, reseditque spiritus supra singulos eorum, et loquebantur linguis magnalia dei, et unusquisque lingua sua loquentes illos audiebat: erant autem ex omni natione quae sub coelo est*, singulosque consolabatur spiritus sanctus, apostolos quidem coelesti illo beneficio, universas vero nationes divinae illius admirabilis institutione doctrinae. Et vero si impostor iste spiritus ille sanctus esset, quem discipulis pollicitus erat dominus, et promissione fraudati discessissent apostoli, cum tamen a domino, qui mentiri non potest, pridem illud audissent: *Accipietis donum spiritus sancti, non post multos hos dies.* Ex quo veterator ille convincitur, dum Christum quae dixerat nequaquam implesse mentitur. Apostolorum quippe generatio transiit; nimirum a Petri tempore ad Paulum et Ioannem, qui ad usque Tra-

Cap. XIX.
Act. 1, 5.
Ioann. 16, 7.
Act. 2, 3—5.
Act. 1, 5. Ibid. 2, 38.

3. *ἀναγκάψαι cod. Rhedig. Verba ἐν τῷ vitium traxisse puto, cum oculi librarii ad verba proximae lineae aberraverint. Repono igitur ἐκ τοῦ.*

4. *Libri habebant* τῆς ὑπὸ οὐρανῶν.

5. ὁ ξμανὴς *cod. Rhedig.*

6. λήψεσθαι *cod. Rhedig.*

Καὶ παρῆλθεν Ἰάκωβος ὁ πρῶτος ἐπισκοπεύσας ἐν Ἱεροσολύμοις, ὁ ἀδελφὸς ἐπικληθεὶς τοῦ κυρίου, παῖς δὲ τοῦ Ἰωσὴφ, ἀπὸ τῆς ἰδίας αὐτοῦ γυναικὸς γεννηθεὶς σὺν τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ ἀδελφοῖς, οἷς συναναστραφεὶς ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου κατὰ σάρκα γεννηθεὶς, ἐν τάξει ἀδελφῶν ἔσχε τοῦ καλεῖσθαι αὐτῶν ἀδελφὸς, καὶ οἱ σύνθρονοι αὐτοῦ πάντες οἱ ἅγιοι, καὶ μετ' αὐτῶν Συμεὼν ὁ υἱὸς τοῦ πατραδέλφου αὐτοῦ υἱὸς τοῦ Κλωπᾶ, τοῦ ἀδελφοῦ Ἰωσήφ. Ὧν τοὺς χρόνους καθ' ἑξῆς καὶ καθ' εἱρμὸν ἀπὸ τοῦ Ἰακώβου τοῦ ἐπισκόπου, τοὺς κατὰ διαδοχὴν ἐπισκόπους ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ τοὺς καθ' ἕκαστον βασιλέα ὑπέταξα, ἕως τοῦ χρόνου τοῦ προδηλωθέντος Αὐρηλιανοῦ τε καὶ Πρόβου, ἐν ᾧ οὗτος ὁ Μάνης ἐγνωρίζετο, ἄνθρωπός τις ὢν Πέρσης, ἐγγεννήσας τῷ βίῳ ταυτηνὶ τὴν [7] ἀλλόκοτον διδασκαλίαν. Καὶ ἔστιν οὕτως·

Κεφ. κ'. α'. Ἰάκωβος, [1] ὁ ξύλῳ πληγεὶς, ἐν Ἱεροσολύμοις ἐμαρτύρησε, μέχρι Νέρωνος.
β'. Συμεὼν, ἐπὶ Τραϊανοῦ ἐσταυρώθη.
γ'. [2] Ἰούδας.
δ'. Ζαχαρίας.
ε'. Τωβίας.
ϛ'. Βενιαμίν.
ζ'. Ἰωάννης, ἕως [3] δεκαεννάτου ἔτους Τραϊανοῦ.
η'. Ματθίας.
θ'. Φίλιππος.
ι'. [4] Σενέκας.
pag. 637. ια'. Ἰοῦστος, ἕως [5] Ἀδριανοῦ.
ιβ'. Λευΐς.
ιγ'. [6] Οὐάφρις.
ιδ'. [7] Ἰωσίς.
ιε'. Ἰούδας, μέχρι ἑνδεκάτου [8] Ἀντωνίνου.

Οὗτοι δὲ ἀπὸ περιτομῆς ἐπεσκόπευσαν τῆς Ἱερουσαλήμ. Ἐξ ἐθνῶν δὲ οὗτοι·

ιϛ'. Μάρκος.
ιζ'. Κασσιανός.
ιη'. Πούπλιος.
ιθ'. Μάξιμος.

7. ἀλλόκοτον *correxi ego. In libris exlat* ἀλλότοκον.
CAP. XX. — 1. *Suspicor* ὅς.
2. Ἰοῦστος *habet Nicephorus in Chronogr.*
3. δεκαεννάτου ἔτους *ego.* δεκαεννέα ἐτῶν *placuit Petavio. In libris vulgo legitur* δεκαεννέα ἔτους.
4. Σενεκᾶς *Niceph.*

iani imperium superfuit. Praeteriit et Iacobus primus Hierosolymorum episcopus, qui frater domini cognominatus est, fuitque Iosephi filius, et ab eo cum aliis fratribus ex uxore sua susceptus. Quibuscum fratribus dominus noster Iesus Christus e Maria virgine secundum carnem natus ita versatus est ut illos fratrum haberet loco, ac vicissim eorum frater appellaretur. Mortui praeterea sunt et omnes sancti Iacobi in illa dignitate collegae, unaque cum iis et Symeon Cleophae patrui illius ac Iosephi fratris filius. Quorum omnium tempora seriemque subiecimus, hoc est Hierosolymorum episcopos omnes qui Iacobo successerunt, una cum imperatorum nominibus ad Aureliani Probique tempora, quibus Manes emergere coepit, homo Persa, a quo absurdissima illa doctrina edita est et in orbem introducta.

ELENCHUS EPISCOPORUM HIEROSOLYMITANORUM.

I. Iacobus, qui fuste caesus Hierosolymis martyrium obiit, usque ad Neronem. Cap. XX.
II. Symeon, qui sub Traiano in crucem actus est.
III. Iudas.
IV. Zacharias.
V. Tobias.
VI. Beniamin.
VII. Ioannes ad annum decimum nonum Traiani.
VIII. Matthias.
IX. Philippus.
X. Seneca.
XI. Iustus, ad Adriani tempora.
XII. Levis.
XIII. Vaphris.
XIV. Iosis.
XV. Iudas, ad undecimum annum Antonini.

Hic ex circumcisione fuere Hierosolymorum episcopi. Ex gentilibus vero qui sequuntur:

XVI. Marcus.
XVII. Cassianus.
XVIII. Publius.
XIX. Maximus.

5. ἀνδριανοῦ *codd. mss. et ed. princ. Sic infra haer.* 69, 2. Ἀνδριανὸν *pro* Ἀδριανόν.
6. Ἐφραΐμ *Niceph.*
7. Ἰωσήφ *Niceph.*
8. *Libri omnes* Ἀντωνίου.

κ'. Ἰουλιανός.

Οὗτοι πάντες μέχρις δεκάτου ἔτους [5] Ἀντωνίνου Εὐσεβοῦς.

κα'. Γαϊανός.
κβ'. Σύμμαχος.
κγ'. Γάϊος, ἕως ἡμερῶν Οὐήρου, ὀγδόου ἔτους αὐτοῦ.
κδ'. [6] Ἰουλιανός.
κε'. Καπίτων.
κς'. Μάξιμος, ἕως ις' Οὐήρου.
κζ'. Ἀντωνῖνος.
κη'. [7] Οὐάλης.
κθ'. Δολιχιανὸς, μέχρι Κομόδου.
λ'. Νάρκισσος.
λα'. Δῖος, ἕως Σευήρου.
λβ'. Γερμανίων.
λγ'. Γόρδιος, ἕως Ἀντωνίνου.
λδ'. Νάρκισσος, ὁ αὐτὸς, ἕως Ἀλεξάνδρου υἱοῦ Μαμαίας, οὐ τοῦ Μακέδονος, ἀλλὰ ἄλλου.
λε'. Ἀλέξανδρος, ἕως Ἀλεξάνδρου τοῦ αὐτοῦ.
λς'. [8] Μαζαβάνος, ἕως Γάλλου καὶ Οὐλουσιανοῦ.
λζ'. Ὑμέναιος, ἕως Αὐρηλιανοῦ.

Ὁμοῦ ἀπὸ ἀναλήψεως Χριστοῦ ἕως τοῦ Μάνη καὶ Αὐρηλιανοῦ καὶ Πρόβου [9] βασιλέων ἔτη σος', κατά τινας χρονογράφους, κατὰ δὲ ἄλλους σμς'. Καὶ ἀπὸ τότε [10] καὶ ἕως δεῦρο ἄλλοι ἐπίσκοποι [11] η' Βάζας, Ἕρμων, Μάκαρις, Μάξιμος, Κύριλλος, Ἑρέννις, Κύριλλος ἄλλος, [12] Ἱλαρίων, ὁ νῦν κατέχων τὴν ἐκκλησίαν, προςεγκληθεὶς τῇ τῶν Ἀρειανῶν κοινωνίᾳ.

pag. 638. Βασιλεῖς δὲ οἱ καθεξῆς, ὧν καὶ οἱ χρόνοι συνημμένοι. Αὐρηλιανοῦ περιλειφθέντος ἔτος [13] πρῶτον Τάκιτος μῆνας ἓξ, Κᾶρος καὶ Καρῖνος καὶ Νουμεριανὸς μῆνας δύο, Διοκλητιανὸς ἔτη εἴκοσι, Μαξιμιανὸς, Λικίνιος, Κωνσταντῖνος, Κωνστάντιος, Ἰουλιανὸς, Ἰοβιανὸς, Οὐαλεντινιανὸς, Οὐάλης, Γρατιανὸς, ὡς εἶναι ἀπὸ τοῦ εἰρημένου Μάνη ἕως τοῦ παρόντος, τουτέστιν Οὐάλεντος μὲν [14] ἔτους ιγ', Γρατιανοῦ δὲ ἔτους θ', [15] Οὐαλεντινιανοῦ δὲ νεωτέρου [16] ἔτους α',

5. Ἀντωνίου codd. mss. uterque.

6. Post Iulianum in Niceph. Chronogr. interseritur Ἠλίας.

7. οὐάλις codd. mss. uterque. Pro Δολιχιανὸς Niceph. habet Δουλιχιανὸς.

8. Μαζαβάνης Niceph. Pro Ὑμέναιος codd. mss. ὑμένεως. ed. pr. ὑμένεος. — Item supra pro Γόρδιος Niceph. Γορδίας.

9. βασιλέως legitur in utroque codd. mss. — Pro ἔτη in ed. Petav. Colon. repet. vitiose exaratum ἔτι.

10. καὶ non agnoscit cod. Rhedig.

11. In utroque cod. ms. legitur Ν̃.βάζας, h. e. Η̃ βάζας, quem numerum restitui. Omissus est enim in editis. In

XX. Iulianus.

Hi omnes ad decimum annum Antonini Pii perveniunt.

XXI. Gaianus.
XXII. Symmachus.
XXIII. Caius, ad octavum annum Veri.
XXIV. Iulianus.
XXV. Capito.
XXVI. Maximus, ad annum decimum sextum Veri.
XXVII. Antoninus.
XXVIII. Valens.
XXIX. Dolichianus, ad Commodum usque.
XXX. Narcissus.
XXXI. Dius, ad Severum usque.
XXXII. Germanio.
XXXIII. Gordius, usque ad Antoninum.
XXXIV. Narcissus iterum, usque ad Alexandrum Mammaeae filium, non Macedonem, sed alterum quendam.
XXXV. Alexander, usque ad eundem Alexandrum.
XXXVI. Mazabanus, ad Gallum et Volusianum.
XXXVII. Hymenaeus, ad Aurelianum.

Colliguntur ab ascensione Christi ad Manem, et Aurelianum ac Probum imperatores, anni CCLXXVI, ex quorumdam chronographorum calculo, ex aliorum vero supputatione CCXLVI. A quo tempore ad hodiernam diem hi episcopi numerantur: Bazas, Hermon, Macarius, Maximus, Cyrillus, Herennius, Cyrillus alter, Hilarionus, qui nunc ecclesiae praesidet, qui cum Arianis habuisse communionem accusatus est.

Imperatores vero deinceps hi secuti sunt, quorum cum episcopis tempora coniuncta sunt. Aurelianus anno uno superfuit, Tacitus mensibus sex, Carus et Carinus et Numerianus menses duos, Diocletianus annos viginti, Maximianus, Licinius, Constantinus, Constantius, Iulianus, Iovianus, Valentinianus, Valens, Gratianus, adeo ut a Manichaei tempore ad hunc annum, qui est Valentis decimus tertius, Gratiani nonus, Valentiniani iunioris primus, anni

*seqq. pro* Βάζας, Ἕρμων, Μάκαρις, Μ., Κ., Ἑρέννις. Κύριλλος ἄλλος, Ἱλαρίωνος *ap. Nicephorum leguntur* Ζαβδᾶς, Ἑρμῶν, Μακάριος, Μ., Κ., Ἀρσένιος, Ἡράκλειος, Ἱλάριος.

12. *Sic correxi. Libri habent* Ἱλαρίωνος νῦν.

13. *Suspicor* ἐν.

14. ἔτη *uterque cod. ms.*

15. *Vulgo* Οὐαλεντιανοῦ.

16. *Libri habent* ἔτους α', Διοκλητιανοῦ δὲ (δὲ *om. cod. Rhedig.*) ἔτη οζ'. *Cornarius convertit* ut sint a praedicto hunc usque in - - - - Valentiniani Iu-

ἔτη ρβ', ἵνα ἐν τετάρτῳ ἔτει Αὐρηλιανοῦ καὶ ἐν χρόνοις Ὑμεναίου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων ἐπίπεμπτος ἐξαποσταλῇ τῷ κόσμῳ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ διαβόλου ἐνεργείας πλάνη, καὶ [17] φαντασίαις ἀποστήσῃ ἀπὸ τῆς ἀληθείας τοὺς αὐτῷ πεισθέντας ἀπατῶσα.

Κεφ. κα'. Ἐξελέλεγκται οὖν ἡ αὐτοῦ πανταχόθεν κυβεία, ὥςγε ὁ νοῦς τῶν συνετῶν πάντα ἀκριβῶς γνοὺς καταγνώσεται τῆς αὐτοῦ παραπεποιημένης ἐπινοίας. Τὰ δὲ ἄλλα πάντα τὰ νομιζόμενα αὐτοῦ σοφίσματα ληρῳδίας ἔμπλεα, λοξά τε καὶ ἄστατα, παρὰ πᾶσι συνετοῖς γελοιαζόμενα· ἅ τινα κατὰ λέξιν διελεῖν, καὶ τὰ πρὸς ἀντίθεσιν πάντων αὐτῶν [1] γράψαι, εἰς πολὺν ὄγκον ἐλάσω τῆς κατ' αὐτοῦ πραγματείας τὸν ἔλεγχον. Ἤδη δὲ ἀνδράσι μεγάλοις θαυμαστῶς κατ' αὐτοῦ ἀντιῤῥήσεις τοῦ ἐλέγχου πεποίηνται, Ἀρχελάῳ μὲν τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς προείρηται, Ὠριγένει δὲ ὡς ἀκήκοα, Εὐσεβίῳ δὲ τῷ Καισαρείας, καὶ Εὐσεβίῳ τῷ Ἐμέσης, [2] Σαραπίωνι Θμούεως, Ἀθανασίῳ τῷ Ἀλεξανδρείας, Γεωργίῳ τῷ Λαοδικείας, [3] Ἀπολιναρίῳ τῷ Λαοδικείας, Τίτῳ, καὶ πολλοῖς τῶν κατ' αὐτοῦ εἰρηκότων. Οὐδὲν δὲ λυπήσει καὶ ἀπὸ τῆς ἡμῶν [4] πτωχείας ὀλίγα εἰς αἰσχύνην τοῦ ἐλεεινοῦ ἀνθρώπου εἰπεῖν πρὸς ἀνατροπὴν τῆς αὐτοῦ κατὰ πάντα τρόπον πεπλανημένης διανοίας, ὡς καὶ ἤδη προείπομεν. Ἠβουλόμην δὲ μὴ αὐστηροῖς ῥήμασι τὸν κατ' αὐτοῦ ποιήσασθαι ἔλεγχον, καὶ ἠδυνάμην ἐπιεικῶς, εἰ μὴ ὅτι τὸν τῶν πάντων δεσπότην ἀθυρογλώττως βλασφημεῖν οὐκ αἰσχύνεται, εὐθὺς αὐτὸν τὸν ποιητὴν ἀρνούμενος, τὸν τόδε τὸ πᾶν κῦτος οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς, καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ πάντα δημιουργή-
pag. 639. σαντα, ἕτερον δέ τινα φανταζόμενος θεὸν, τὸν μὴ ὄντα, τὸν δὲ ὄντα καταλιπών. Ἐξέπεσε γὰρ τῆς ἀληθείας, καὶ συνέβη αὐτῷ τὸ τῆς γελοίου παροιμίας ἐνέργημα, ὡς ὁ κόραξ βρῶμα ἔχων περὶ τὸ στόμα, καὶ σκιὰν ἐν ὕδατι τοῦ βρώματος θεασάμενος, βουλόμενος ἑτέρας τροφῆς περιγενέσθαι, τὴν οὖσαν ἀπώλεσε, καὶ τὴν μὴ οὖσαν οὐκ ἐκτήσατο. Τίς δὲ ἀνέξεται τοῦ βλασφήμου; Εἰ γὰρ πατέρας ἔχομεν κατὰ σάρκα, καὶ οὐ φέρομεν ἀκούειν τὸν τούτων ὑπό τινων ψόγον, πόσῳ

nioris annum primum, anni nonaginta tres, *ut deletis verbis* Διοκλητιανοῦ δὲ *legisse videatur* ἔτους α', ἔτη ϛγ'. *Petavius verba* Διοκλητιανοῦ δὲ, *quae spuria esse recte sensit, uncinis notavit, et pro* ἔτη οζ' *reponendum censuit* ἔτη ρζ'. *Quem numerum verum non esse vidit Zacagnius Monum. Vet. Eccl. Gr. Praef. p. VII., cum ab anno quarto Aureliani usque ad a. XIII. Valentis et IX. Gratiani et I. Valeriani Iun., non anni CVII, sed C tantum, vel CIII aut CIV anni numerarentur. Equidem reponendum duxi potius* ἔτη ρβ', *cum a quinto Aureliani usque ad decimum tertium Valentis centum et duorum annorum spatium intercedere viderem. Verba* Διοκλητιανοῦ δὲ *non dubito quin per errorem librarioli sint repetita ex verbis* Οὐαλεντιανοῦ, *vel potius* Οὐαλεντινιανοῦ δὲ, *quae modo praecedebant, aut etiam de margine inducta. Ceterum siglorum* οζ' *et* ρβ' *ductus tam esse consimiles, ut facile potuerit alterum loco alterius obtinere, nemo est qui non videat.*

17. φαντασίαις ἀποστήσῃ *mea est emendatio. Vulgo extat* φαντασίας, ἀπο-

CVII numerentur. Ex quo sequitur circa annum quartum Aureliani sub Hymenaeo Hierosolymorum episcopo introductum hunc in mundum errorem fuisse, et diaboli, qui in haeretico illo residebat, vi ac fraude propagatum, ut eos qui fidem adhiberent a veritate revocatos in fraudem impelleret.

Quamobrem ex omni parte convictae sunt illius praestigiae, sic ut sapientium animus, cum accurate cuncta noverit, commentitium illius dogma condemnet. Nam cetera illius sophisticae cavillationes nugarum plenissimae, ambiguae et instabiles, prudentioribus omnibus ludibrio sunt. Quae quidem si ad verbum exponere ac singulis respondere velim, ero in hac haeresi confutanda longior. Praesertim cum a magnis viris admirabiles ad illius refutandos errores lucubrationes sunt editae, velut ab Archelao episcopo, ut antea dictum est, Origene, ut accepimus, Eusebio Caesariensi, et altero Emeseno, Serapione Thmuensi, Athanasio Alexandrino, Georgio Laodiceno, Apollinario item Laodiceno, Tito, ac plerisque aliis qui adversus illum scripserunt. Non erit tamen, ut opinor, molestum, si pauca pro inopia ac tenuitate nostra ad augendam infelicis homuncionis infamiam in medium afferamus, quemadmodum antea diximus. In quo vellem equidem in illius errore castigando omnem verborum asperitatem fugere, idque adeo leniter facere potuissem, nisi in universorum dominum effraenatam linguae maledicentiam imprudenter effunderet. Quippe qui subinde conditorem ipsum abneget, a quo tota haec coeli terraeque moles, omniaque illorum ambitu comprehensa fabricata sunt. Cuius loco nescio quem commentus est alterum deum qui nusquam sit, ut ab eo qui est reipsa recederet. A veritate enim excidit, et hoc illi de fabula contigit, qua corvus aliquando fertur, cum rostro pabulum ferret, mox ut eius umbram in aqua conspicatus est, ut aliud sibi quaereret, quod habebat perdidisse, nec eam quam non habebat obtinuisse. Iam vero quis blasphemum illum tolerare possit? Nam si parentes illos a quibus corpus accepimus ab aliquo vituperatos audire non possumus, quanto Cap. XXI.

στήσῃ, *pro quo Petavius censebat reponendum esse* φαντασίας, ἵνα ἀποστήσῃ. *Aliter videtur Cornario placuisse, qui interpretatus est* emissus est in mundum hic error, diaboli habitantis in ipso operatio ac imaginatio, ut a veritate seduceret eos qui ipsi obedirent.

Cap. XXI. — 1. „Deest vox βουλόμενος, aut similis“ *annotavit Petavius. Nihil desidero, siquidem infinitos* διελεῖν *et* γράψαι *finito* ἐλάσω *adstruxit tanquam finales. Idem enim fere est si dico* ad quae singillatim exponenda, ac singulis eorum confutanda, longior forem, *ac si dico* quae si vellem singillatim exponere ac singula confutare, longior forem. *Sic infra haer.* 68, 9. *dixit* ὧν κατὰ μέρος εἰπεῖν πολὺν ἀναλώσω χρόνον

2. σαραπίωνος *codd. mss. Editi habent* Σεραπίωνος.

3. Ἀπολλιναρίῳ *ed. Petav.*

4. πτωχίας *cod. Rhedig.*

γε μᾶλλον τὸν κύριον θεὸν πάντων ὑπὸ τοῦ χαλεπωτάτου Μάνεντος βλασφημούμενον, ἐὰν ἀκούσωμεν; Ὅταν οὖν ἐν τῷ ἐλέει τοῦ θεοῦ ὄμβροι ἀποστέλλωνται κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα, αὐτὸς βλασφημῶν οὐκ αἰσχύνεται φάσκειν μὴ ἐκ θεοῦ τοὺς ὄμβρους εἶναι, ἀλλὰ [5] ἀπὸ ἀπορροίας Ἀρχόντων.

Κεφ. κβʹ. Τὰ δὲ ἄλλα εἰπεῖν τίς οὐκ ἐκγελάσειεν, ὡς τάχα τὰ τοῦ Φιλιστίωνος εἶναι ἀναγκαιότερα ἢ τὰ τῆς τούτου μιμολογίας. Ὠμοφόρον γὰρ μυθοποιῶν διδάσκει βαστάζοντα τὴν γῆν πᾶσαν, [1] καὶ εἰ διὰ ἐτῶν, φησὶ, τριάκοντα κάμνοντος τοῦ ὤμου μεταφέρει εἰς τὸν ἕτερον ὦμον, τοὺς σεισμοὺς γίνεσθαι. Εἰ δὲ ἦν τοῦτο, κατὰ φύσιν ἦν τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐκέτι ἦν θεσπέσιον. Ἐλέγχουσι δὲ τὸν γόητα οἱ τοῦ σωτῆρος λόγοι, ὡς ἔφη, Γίνεσθε ἀγαθοὶ, ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, ὅτι ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, καὶ βρέχει αὐτοῦ τὸν ὑετὸν ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ τὸ, Ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπον, καὶ λιμοὶ, καὶ λοιμοί. Εἰ δὲ ἐκ φύσεως, ἢ κατὰ συνήθειαν οἱ σεισμοὶ ἐγίγνοντο, πολλάκις οὖν, [2] ὅτε σεισμοὶ κατὰ χώραν γίγνονται, συνέβη δὲ καὶ ἐπ' ἐνιαυτὸν ὁλοτελῆ καθ' ἑκάστην νύκτα πολλάκις σαλεύεσθαι τὴν γῆν, [3] ἆρα γ' οὖν τραυματωθέντων τῶν τοῦ Ὠμοφόρου ὤμων ἀφεροπόνως ἄγεται ἐνδελεχῆ ποιούμενος τὸν σάλον; καὶ τίς ἀνέξεται τῆς τοιαύτης μωρολογίας; τί δὲ ἄλλο πιθανὸν οὐκ ἐτόλμησεν εἰπεῖν; φάσκει γὰρ ὁ τοιοῦτος ὅτι, φησὶ, τὰς ἐν γνώσει τῆς αὐτοῦ πλάνης ψυχὰς γενομένας ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὴν σελήνην, φωτεινῆς οὐσίας τῆς ψυχῆς ὑπαρχούσης. Διὸ, φησὶ, πλήθει ἡ σελήνη, καὶ φθίνει, πληρουμένη ἀπὸ τῶν ψυχῶν τῶν τελευτωσῶν ἐν γνώσει τῆς
pag. 640. ἀπιστίας αὐτῆς. Εἶτα, φησὶ, ἀπογομοῦσθαι ἀπὸ τῆς σελήνης τοῦ μικροτέρου, φησὶ, σκάφους εἰς τὸν ἥλιον, [4] ἥλιον δὲ παραλαμβάνειν καὶ ἀποτίθεσθαι εἰς τὸν τῶν μακάρων αἰῶνα, φησίν. Ἀεὶ δὲ τυφλὴ τυγχάνουσα ἡ κακία τὴν ἑαυτῆς αἰσχύνην ἀγνοεῖ, ὡς ἀπὸ τῶν λόγων αὐτῆς ἐλέγχεται, μὴ δυναμένη τελειῶσαι τῶν ψευσμάτων τὴν τελείωσιν.

Κεφ. κγʹ. Πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι εἷς ἄνθρωπος πέπλασται ὁ Ἀδὰμ, ἐξ οὗπερ γεγέννηνται υἱοί τε καὶ θυγατέρες, ἐν τῇ ἀρχῇ δὲ τῆς κοσμοποιΐας περὶ τὸ [1] ἑκατοστὸν ἔτος τοῦ Ἀδὰμ, πλείω ἐλάσσω, [2] ἀποκτέννεται Ἄβελ, ὡς ἐτῶν ὑπάρξας λʹ, πλείω ἐλάσσω. Μετὰ τοῦτον τὸν πρῶτον ἀπο-

5. *ἀπὸ desideratur in ed. Petavii Colon. repet.*

Cap. XXII. — 1. καὶ εἰ - - μεταφέρει *mea est emendatio. In libris legitur* καὶ διὰ ἐτῶν - - μεταφέρειν. *Petavius putabat scribendum* καὶ διὰ ἐτῶν - - μεταφέρειν εἰς τ. ἕτ. ὦμον, καὶ οὕτως τοὺς σ. γ.

2. *Recte vituperavit Gatakerus Adverss. Misc. Posth. p. 799. Petavium, qui* οἵ τε σεισμοὶ *pro* ὅτι σεισμοὶ *scribendum esse, et* δὲ *particulam post* συνέβη *inducendam statuisset, recteque est sic interpretatus:* Ergo saepenumero cum terrae motus existant, — contigit vero quandoque ut et per annum integrum

id minus ferre debemus, cum ab molestissimo illo Manichaeo deum universorum dominum appeti maledictis audiemus? Etenim cum a deo pro infinita sua misericordia ac bonitate imbres e coelo mittuntur, maledicus iste non veretur a deo imbres illos esse negare, sed ex Principum asserit profluvio manasse.

Quod ad reliqua pertinet, quis in his commemorandis risum teneat, cum Philistionis mimi ridiculis illius nugis magis esse serii videantur? Primum enim nescio quem Baiulum esse fingit, qui terram omnem suis humeris sustentet, ac trigesimo quoque anno, laborante altero humero, onus in alterum transferat, unde terrae motus existant. Quod si verum esset, naturale id omnino foret minimeque divinum. Sed praestigiarum artificem salvatoris sententiae condemnant, velut cum ait, *Estote boni, sicut pater vester coelestis, quoniam oriri facit solem suum super iustos et iniustos, et pluit super malos et bonos.* Item: *Erunt terrae motus per loca, et fames, et pestilentia.* Quod si naturaliter atque usitato more terrae motus accidere dicantur, cum saepissime variis in locis terra quatiatur, adeo ut nonnunquam toto anno singulisque noctibus concuti videatur, utrumnam baiulus ille sauciatis humeris laboris impatiens continuam hanc agitationem efficere dicendus est? Quis tantam stoliditatem sustineat? Quid autem aliud quod probabile videretur non ausus est asserere? Docet enim inter cetera, animas, quae falsi sui dogmatis scientia perfusae sunt, ad lunarem orbem evehi, cum lucida sit animae natura. Quam ob caussam, inquit, plena est alias luna, alias luce privatur, quod eam animae repleant quae infidelitatis illius cognitione praeditae ex hac vita discesserint. Deinde ab luna tanquam minore navigio easdem exonerari putat, et intra solem recipi, atque in aevum beatorum exponi. Enimvero obcaecata semper malitia pudorem suum ignominiamque non sentit, adeoque ipsis suis verbis convincitur, cum mendacia sua probabilem aliquam ad rationem exitumque perducere nequeat.

Cap. XXII. — Matth. 5, 45. — Marc. 13, 8. et Matth. 24, 7.

In primis enim unus homo formatus est Adamus, a quo utriusque sexus liberi propagati sunt. Tum sub mundi initium, anno circiter Adami centesimo, Abel interfectus est, annos natus fere triginta. Post hunc, qui primus omnibus occisus est, primus parens

Cap. XXIII.

singulis noctibus terra saepe concussa fuerit, — num, inquam, toties baculo vestro humeris sauciatis, cum doloris taedium ferre nequeat, motum ciet istiusmodi?

3. ἆρα codd. mss. ἄρα, puncto anteposito, editi.

4. *Alterum hoc* ἥλιον *restitui sensu postulante. In libris enim legitur* εἰς τὸν ἥλιον δὲ παραλ. *Celerum cf. infra cap.* 26.

Cap. XXIII. — 1. ἕκαστον *extat in omnibus libris.*

2. ἀποκτέννεται *codd. mss.* ἀποκτείνεται *editi.*

Quamquam quid in percensendis illius deliriis frustra operam tempusque consumo? Cuius tanta est impudentia ac petulantis in deum linguae licentia ut tenebrarum Principem illum ipsum esse defendat, qui in lege ac prophetis locutus est. O felices ac praeclaras spes nostras! cum tenebrarum Principi Christus munera deferre coëgerit. Posteaquam enim elephantiacum illum pargavit, donum illud quod lege praescriptum est afferre statim iussit. *Vade*, inquit, *offer munus tuum, sicut praecepit Moyses.* Eiusmodi porro munus, quod ob lepram offerebatur, avicula erat in sacrificium, et simila in holocaustum. Atqui si tenebrarum ille Princeps foret, nunquam verbum e coelo delapsum, deique filius, qui, ut Manichaeus arbitratur, idcirco venit ut hominem a Principum errore liberaret, leprosum illum, cui sanitatem restituerat, iisdem subditum esse iussisset, sed fugiendi potius auctor fuisset, ac ne quod imperatum erat praestaret esset hortatus. Sed nimirum ideo ita se gessit quod ad evertendam legem nequaquam venerat, quam dederat ipse, neque prophetas, sed ut potius impleret; ut hoc ipsum legis ac prophetarum complementum in evangelii quiete ac tranquillitate positum esse monstraret. Nam licet idem a prophetis adoratus sit deus, et ab ipso lex tradita, non eodem tamen hodie donorum genere, sed precibus et eucharistiis, et aliis honoribus divino numini adoratio praestatur. Etenim graviora illis tanquam servis imperavit, quod ea ratione ad obsequium adigi posse cognosceret. Contra evangelii discipulis leviora, utpote liberis, pro exquisita sua benignitate mandavit. Quare cum unus sibique consentiens legis evangeliique sit deus, nec alterutra diversorum temporum sublata dissolutaque sit functio, idem est unusque deus, qui seculis dominatur omnibus, et a servis suis ita colitur ut pro eo ac cuivis aetati convenit summa id humanitate deposcat. Superest igitur illius ut error ex omni parte convincatur, quandoquidem ea quae lege praescripta sunt exequi salvatur ipse iusserit. Quae quidem postquam illius mandato perfecta sunt, ab eodem deinceps non soluta, non in nihilum redacta, sed impleta sunt: cum scilicet pro his quae in lege praecepta sunt novas quasdam deo fieri oblationes instituit, pietatis, bonitatis, castitatis, accuratioris denique vitae rationis ac generis.

Cap. LVII. Luc. 5, 14.

Pergit vero Manichaeus ac venturum denique Senem illum at- Cap. LVIII.

5. αὐτὸς δείξῃ αὐτὸς τὸ cod. Rhedig.
6. Suspicor ἀπαράσπαστον.
7. γίνεται cod. Rhedig.
8. Forlasse δή.
9. Reposuerim τοῦ ἐπιτρέψαι.

τὴν εἰκόνα ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, καὶ τότε ὁ Ὠμόφορος εἰδὼς αὐτοῦ τὸ πρόςωπον ἀφίησι τὴν γῆν, καὶ οὕτως τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον καταδαπανᾷ τὴν γῆν. Καὶ ἐπελάθετο ὁ κτηνώδης πάλιν ὑλώδη αὐτὴν ὑποφαίνων τὴν πρὸ ὥρας αὐτῷ λεγομένην ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ζῶντος κεκτίσθαι. Ὁμοῦ δὲ τὸν πάντα κόσμον πάλιν ὑπὸ τοῦ πυρος ἀναλίσκεσθαι ὑποτίθεται. Καὶ τότε, φησὶ, μετὰ ταῦτα ἡ ἀποκατάστασις τῶν δύο φύσεων ἐπιτοαυτὸ εἰς τὸ ἀρχέτυπον παρελεύσεται. Ὦ πολλοῦ καμάτου, καὶ μετὰ τὸν κάματον οὐδενὸς [1] ἐπὶ διορθώσει φερομένου. Εἰ γὰρ μετὰ τὸ κτισθῆναι καὶ γενέσθαι δαπανηθήσεται καὶ ἀφανισθήσεται, ἵνα τὰ ἀρχέτυπα μείνῃ πάλιν ἐν ταυτότητι τῶν δύο φύσεων ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ, ἔσται πάλιν ἐπιτριβὴ τοῦ πονηροῦ πρὸς τὸ ἐπιστρέψαι πάλιν, καὶ πόλεμον ἐνστήσασθαι, καὶ ἁρπάξαι πάλιν [2] ἄλλην δύναμιν, ἵνα πάλιν ἄλλος κόσμος γένηται. Εἰ δὲ οὐκέτι τοῦτο γίνεται, ἄρα σωφρονήσει ἡ κακία, τοῦ μηκέτι ἐπιτρίβεσθαι πρὸς τὴν ἀγαθότητα, καὶ ὁ πονηρὸς θεὸς, πρὸς τὸν ἀγαθὸν μηκέτι πόλεμον ἐγείρων. Εἰ δὲ καὶ σωφρονισθήσεταί ποτε, οὐκ ἔσται κακὸν, ὁπότε ἀπὸ τῆς ἀρχαίας αὐτοῦ φύσεως τῆς κακίας μετήλλακται μετατραπείς. Εἰ δὲ καὶ τρεπτὴ τυγχάνει ἡ φύσις τοῦ κακοῦ, [3] πάντως ὅτι ἀπὸ κακοῦ εἰς ἀγαθὸν μεταβάλλεται, καὶ οὐκέτι ἔσται κακὸν ἡ ἔχουσα τροπὴν ἀγαθότητος φύσις. Δύναται γὰρ καὶ σήμερον τραπῆναι, καὶ ἔτι περιόντος τοῦ [4] κόσμου εἰς ἀγαθὸν μεταβληθήσεταί τὸ πονηρόν. Καὶ τίνι τῷ λόγῳ ὁ μέλλων τρέπεσθαι ἤδη οὐ τρέπεται; Καὶ εἰ μὲν διὰ τῆς τοῦ θεοῦ μηχανήσεως ὁ πονηρὸς τρέπεται, τοῦ μηκέτι δύνασθαι τὸ πονηρὸν ἐργάζεσθαι, οὐκέτι περαίτιος ὁ πονηρὸς ἑαυτοῦ τυγχάνει, ἀλλ' ὁ [5] ἀγαθὸς ὁ δυνάμενος ἀναστεῖλαι αὐτοῦ τὴν κακίαν, καὶ μὴ βουληθεὶς πρὸ χρόνου τὰ τοῦ χρόνου ποιῆσαι. Εἰ δὲ
pag. 671. ἄτρεπτον παντάπασι τὸ κακὸν, οὐδέποτε διαλείψειε πολεμοῦν καὶ πολεμούμενον, καὶ οὐδ' ὅλως ποτὲ ἔσται κατάστασις τῶν δύο φύσεων, ἀτρέπτου μένοντος τοῦ κακοῦ, καὶ [6] ἐπιτριβομένου τοῦ κακοῦ ἐνδείκνυσθαι τῷ ἀγαθῷ κακίαν, καὶ πόλεμον ἐγείρειν κατὰ τῆς ἀγαθότητος. Καὶ εἰ ὅλως ἐπιθυμίᾳ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κακὸν ἀεὶ ἐπεντριβήσεται, ἄρα οὐκέτι κακὸν ἔσται· ἐπειδὴ τοῦ ἀγαθοῦ γλιχόμενος βούλεται ἑαυτῷ τὸ ἀγαθὸν ἐπισπᾶσθαι, ἵνα διὰ τῆς φύσεως τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ πανοπλίας ἐπισπάσας ἑαυτῷ δύναμιν ἐν ταύτῃ [7] δοκῇ ἑαυτὸν τιμᾶν [8] μὲν καὶ λαμπρύνειν, παραθαρσύνειν [9] τε καὶ ἐνδυναμοῦν. Παντὶ γὰρ τῷ βουλομένῳ τὸ ἀγαθὸν πάντως ὅτι ἐξ ἀγαθοῦ ὑπονοίας ἔγκει-

Cap. LVIII. — 1. *Libri vulgo* ἐπιδιορθώσει.

2. καὶ ἄλλην *cod. Rhedig.*

3. *Locutione* πάντως ὅτι, *quae elliptica est, saepenumero utitur Epiphanius, ut infra hoc ipso capite, cap. 82., haer. 42, p. 343., haer. 61, 4., alibi.*

4. περιόντος τοῦ κόσμου *mea est emendatio.* παριόντος τοῦ κακοῦ *coniciebat Petavius. Libri habent* περιόντος τοῦ κακοῦ.

que effigiem suam postremis temporibus ostensurum esse dicit: tum vero Baiulum illius conspecta facie terram esse relicturum, moxque terram sempiterno igne conflagraturam. Nec illud homo stupidus animadvertit, eandem illam se cum materia concretam modo facere quam paulo antea vivo ab Spiritu procreatam esse defenderat. Sed universum nihilominus mundum incendio consumptum iri putat. Ac tum, inquit, duarum naturarum idem in archetypum restitutio consequetur. O inanem hominis laborem, quo suscepto nihil tamen ad erroris emendationem proficitur! Nam si posteaquam conditus est et productus hic mundus, consumi extinguique debet, ut exemplaria ipsa rursum in ambarum naturarum, boni scilicet ac mali, ut ita dicam, identitate permaneant, consequens est ut malum rursus congredi audeat, et inferre bellum, ac virtutem aliam intervertat, quo alius subinde mundus existat. Quod si locum istud amplius non habet, iam igitur malitia resipuerit, ut non amplius cum bonitate conflictetur, resipuerit et malus deus, qui bellum amplius nullum cum meliore suscipiat. Hoc vero constituto malum esse desinit, cum ab antiqua naturae pravitate sese ad meliora traduxerit. Iam vero si mutabilis est natura mali, necesse est in malum e bono transferri, atque ita mala haec esse natura desinit, quae illam in bonum commutationem sortita sit. Potest enim vel hodie mutari, sic ut transeunte malo in melius vertatur. Quid autem prohibet quin is, qui aliquando mutandus est, non vel in praesentia mutetur? Ac si deo istud machinante malus minime commutatur, ut malum amplius moliri nequeat, suimetipsius caussa malus non erit, sed ille potius bonus qui cum eius malitiam cohibere possit nolit ea quae suo tempori reservanda sunt ante tempus efficere. Sin penitus immutabile malum est, nullum inferendi bellum excipiendique finem faciet, nec unquam ambae illae naturae constituentur, cum et immutabile malum perseveret, et cum bono conflictetur, ac suam ei malitiam ostentet, atque adversus bonitatem dimicationem suscipiat. Atqui si id boni cupiditate malum faciat, ut assidue insurgat, non amplius malum est, quoniam quidem prae eius desiderio bonum sibi conatur arcessere, ut per boni naturam et armaturam ad sese virtutem attrahens, per eam sibi honorem ac splendorem acquirat, seseque confirmet ac corroboret. Etenim quisquis bonum concupiscit, necesse est perinde ex bona cogitatione hanc illi mentem iniectam

5. *Fortasse* ἀγαθὸς θεός.

6. *Ita etiam haer.* 30, 12. *dixit* τὸ πῦρ καταδῆσαι - - ἐπετρίβησαν, *h. e. laboraverunt, studium posuerunt, in eo ut ignem ligarent.*

7. *Libri habent* δοκεῖ.

8. *Uncinis notavit hoc* μὲν, *delendumque iudicavit Petavius.*

9. *Reponendum est fortasse* δὲ καί.

ται διάνοια, καὶ οὐκέτι παντάπασι πονηρὸν ἔσται τὸ πονηρὸν, ὁπότε τοῦ ἀγαθοῦ γλιχόμενον εὑρίσκεται. Πᾶν γὰρ τὸ πονηρὸν ἀπέχθειαν ἔχει πρὸς τὸ ἀγαθὸν, ὡς καὶ τὸ ἀγαθὸν οὐ βούλεται τὸ πονηρόν. Εἰ δὲ ἀναμὶξ ὑπάρχει τῶν ἀμφοτέρων ἡ δύναμις, καὶ ὁ ἀγαθὸς μὲν οἶδε συλᾶν τὸ ἴδιον, πολεμεῖν τε καὶ ἐκδέρειν τὰς Ἀρχὰς καὶ τὰς Ἐξουσίας, ποτὲ δὲ ἀναιρεῖν καὶ ἀφανίζειν τὴν ὑπὸ τοῦ πονηροῦ γεγενημένην Ὕλην, ποτὲ δὲ ἐξ αὐτῆς πλάσσειν, ποτὲ δὲ ἀφανίζειν, πονηρία καὶ ἀσύστατος διήγησις τῆς τοῦ ἀλιτηρίου [10] τούτου ἡμῖν ἐπεισενεχθείσης ἀδολεσχίας.

Κεφ. νθ'. Φέρε δὴ εἰπεῖν καὶ περὶ τῆς τοῦ κακοῦ φύσεως πάλιν ἀναλαβόντες τὸν λόγον, λέγε ἡμῖν, ὦ οὗτος, ἀπὸ χρόνου Αὐρηλιανοῦ τοῦ βασιλέως καὶ δεῦρο ἐλθὼν, καὶ τὰ πρὸ πάντων αἰώνων διηγούμενος, οὔτε που τοῦτο προφητῶν θεσπισάντων, οὔτε αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος τοῦτο δεδιδαχότος, οὔτε ἀποστόλων, εἰ μή τι ἂν φλυαρήσῃς ἐπίπλαστά τινα ἐξ ὀνόματος ἁγίων βιβλία ἑαυτῷ τιθέμενος καὶ προβαλλόμενος, πόθεν οὖν ἥκεις, ὦ οὗτος, τὴν κακοῦ ἀρχαΐζουσαν ἀρχὴν φέρων, ἐρωτώμενος δὲ ὑφ' ἡμῶν, εἰ ταύτην τρεπτήν τινα φάσκει, ἢ ἄτρεπτον; Ἤδη δὲ ἐνηχήθη ἡμῖν ὡς ἄτρεπτον αὐτὴν εἰσηγεῖται, καὶ ποτὲ μὲν τρεπτὴν, ποτὲ δὲ ἄτρεπτον· εἰς μὲν τὸ πονηρὸν ἄτρεπτον, εἰς δὲ τὸ ἀγαθὸν τρεπομένην, ἵνα ἐκ τῶν δύο ὅρων αἰσχύνην τῷ βίῳ ὀφλήσῃ. Εἰ γὰρ ἐν πολλοῖς καὶ ἀπλέτοις αἰῶσιν ἄτρεπτος ἦν ἡ κακία, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἔχουσα τὸ ὄνομα, καὶ οὐδὲν ἕτερον πλὴν τοῦ κακοῦ, τίς ἔτρεψε μετὰ πολλοὺς αἰῶνας τὴν ἄτρεπτον φύσιν κακίας τραπῆναι ἐπὶ
pag. 672. τὰ μὴ προσήκοντα; Εἰ γὰρ οὔπω ἦν ἁρπάξασα δύναμιν, καὶ καταπολεμήσασα, μηδὲ λαβοῦσα πανοπλίαν εἰς αὐτῆς δύναμιν καὶ εἰς ἐδωδὴν, [1] ἔμελλε δὲ ἐν πολλοῖς αἰῶσιν ἄτροφος, μηδὲ τροφῆς ἐπιδεομένη, τίς ἔτρεψε τήν ποτε μὴ ἐπιδεομένην τροφῆς εἰς τροφὴν ἥκειν, καὶ ἐπιζητεῖν ὅπερ ποτὲ οὐκ ἐπεζήτει, καὶ ἐπιδέεσθαι ὅπερ ποτὲ οὐκ ἐπεδέετο; Ἀλλ' εἰ ἄρα ἐτράπη τὴν φύσιν, καὶ πῶς ἡ παρὰ σοὶ ἀτρεψία περὶ τοῦ κακοῦ συσταθήσεται; Εἰ δὲ καὶ πάλιν εἰς ἰδίαν κατάστασιν ἔλθοι, μηκέτι εὐπορῶν ὃ φάγοι, πῶς ὁ πάλιν ἐν συνηθείᾳ γεγονὼς κακὸς, ἢ πονηρὸς, τοῦ βιβρώσκειν καὶ ἐδωδῇ χρῆσθαι δύναται ὑπομένειν εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον ἄνευ ἐδωδῆς διατελῶν; Εἰ γὰρ ἐν συνηθείᾳ βρωμάτων μὴ γεγονὼς οὐκ ἠδυνήθη ὑποστῆναι, ἀλλὰ ἐτράπη εἰς ἐδωδὴν ἔρχεσθαι, καὶ συλήσας τὴν ψυχὴν βρῶμα ἑαυτῷ περιεποιήσατο, μᾶλλον ἐν συνηθείᾳ βρώματος γεγονὼς ἄσχετος ἔσται τὴν φύσιν, καὶ οὐδὲν ἂν τοῦτον παραπείσειε λίχνον γεγονότα, καὶ ἐν πείρᾳ ἐδωδῆς,

10. *Suspicor* τοῦτο.

CAP. LIX. — 1. *H. e.* cunctabatur. *Petavius* ἔμενε *corrigendum putavit, quod invenit in exemplo Schottiano, quod ego nunc possideo, annotatum ex cod. ms. nescio quo. Signatum ibi est siglo M.*

fuisse, atque hoc pacto non omnino malum erit, quod malum dicitur, cum boni desiderium conceperit. Si quidem malum omne boni inimicum est, quemadmodum abhorret a bono malum. Quod si promiscua confusaque vis est amborum, ut et bonus quod suum est recuperare soleat, ac Principatus et Potestates infestare bello pelleque nudare, nonnunquam productam a malo materiam delere funditus ac tollere, alias opus ex ipsa moliri, interdum e medio tollere, summa nequitia est, et confictae ab detestando illo homine narrationis, sive potius garrulitatis, inconstantia.

Age vero, ut de natura mali denuo sermonem instituamus, dic Cap. LIX.
sodes mi homo, qui ab Aureliani imperatoris tempore ad hoc tempus venisti, et quae seculis omnibus anteriora sunt explicare contendis, quae nec prophetarum oraculis expressa sunt, neque a salvatore vel apostolis tradita, nisi forte suppositios quosdam libros falso sanctorum nomine inscriptos obtrudas, atque in medium proferas: sed amabo te, unde nobis antiquum illud mali principium afferes? Enimvero cum a nobis interrogatus sit, utrum mutabile illud an immutabile constitueret, immutabile ab eo poni didicimus, sive potius interdum mutabile, interdum immutabile definiri, adeo ut ad malum quidem mutari non possit, ad bonum possit, ut ex ambabus illis definitionibus ludibrium humano generi debeat. Nam si infinitis seculis immutabilis malitia fuit, idque unum vocabulum obtinuit, neque quicquam praeter malum habuit, quis immobilem illam mali naturam tanto intervallo mutavit, ut se ad aliena converteret? Si id eo factum est quod nondum praedata virtutem esset, neque bonum expugnasset, aut eius armaturam occupasset, qua se confirmaret ac pasceret, atque ita tot illis seculis omnis expers alimenti, nec vero illius indigens permansit, quis eam naturam, quae alimentum hactenus minime desiderabat, ad illud capessendum impulit, idque ipsum requirendum quod non antea flagitabat? id desiderare denique quod nequaquam antea desideraverat? Naturamne mutavit? Ubi igitur illa est, quam asseris, immutabilis mali conditio? Quod si pristinum illum rursus ad statum redeat, ut quo vescatur habeat nihil, quonam pacto malus ille, posteaquam vesci consueverit, deinceps vitam tolerare sine cibo poterit? Etenim si quo tempore nondum cibis assueverat sustinere nihilominus non potuit, sed ad quaerendum pabulum est impulsus, ac demum praedatus animam eo pro cibo abusus est, ubi ciborum consuetudini indulserit, multo minus cohibere sese poterit, nec ulla ratione ei persuaderi poterit ut posteaquam ligurire, ac cibi suavitatem experiri coeperit, ab illo sese

ἄνευ τούτων διατελεῖν, ὡς ὁ σὸς λόγος ἀσύστατος ὑπάρχων τοῦτο βούλεται.

Κεφ. ξ'. Ἀλλὰ παρελεύσομαι τοῦτον τὸν τόπον, ἐφ' ἕτερα δὲ πάλιν τῆς αὐτοῦ ληρῳδίας ἐπεκτείνομαι τὴν διήγησιν. Πάλιν γὰρ φάσκει ὅτι οἱ Ἄρχοντες ἐν τοῖς ἰδίοις μέρεσι τότε ἔσονται, καὶ ὁ Πατὴρ τὰ ἴδια ἀπολήψεται μέρη. Τίς [1] ἄρα ὁ ἐπιεικὴς οὗτος, ἵνα τὸν ὅρον διχόθεν ἑκάστου μέρους γεωμετρήσῃ; πῶς δὲ πεισθήσεται ὁ ἀπαρχῆς τῇ ἀληθείᾳ καὶ τῷ ἀγαθῷ μὴ πειθόμενος; εἰ δὲ μετ' ἀνάγκης παραπείσειεν ὁ ἀγαθὸς τὸν παράνομον ἰδίοις στοιχεῖν, καὶ μὴ ἐπεμβαίνειν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μερίδι, διὰ τί μὴ ἀπαρχῆς τοῦτο ἠδυνήθη ποιῆσαι, πρὶν ἢ ὅλως ἀπ' [2] αὐτοῦ συληθῆναι τὰ μέρη; Πῶς δὲ ἔσονται οἱ δύο ἐπιτοαυτὸ, ἀνὰ μέρος ἕκαστος κεκτημένος; Εἰ γὰρ ὅλως μέρη ἔχει, καὶ τὰ ἕτερα μέρη οὐκ αὐτοῦ, οὐκέτι παντοκράτωρ ὁ παντοκράτωρ κληθήσεται, οὐκέτι θεὸς τῶν ἁπάντων, οὐκέτι ὑποχείριος ὁ κακὸς τοῦ ἀγαθοῦ [3] γενήσεται, ἀλλὰ ἕκαστος αὐτῶν ἔχει τὴν ἰδίαν δεσποτείαν. Τίνος δὲ [4] ἄρα ὁ πονηρὸς δεσπότης ἔσται, μηκέτι ὄντος τοῦ κόσμου, μήτε τῶν ὑπ' αὐτοῦ ζώων τε καὶ ἀνθρώπων κυριευομένων; Εἰ δὲ ὅλως κακός ἐστι καὶ ὕλη καὶ φθορὰ, πῶς μᾶλλον οὐκ ἐφθάρη; εἰ γὰρ ἔκ-
pag. 673. τοτε ἡ οὖσα [5] κακία φθορὰ ὑπῆρχε, καὶ φθείρει μὲν τὰ ἄλλα, [6] αὐτὴ δὲ ἑαυτὴν οὐ φθείρει, οὐκέτι φθειρομένη ὑπάρχει ἡ ἄλλα μὲν φθείρουσα, [7] αὐτὴ μένουσα ἀένναος, καὶ μὴ ἀφανιζομένη. Αὐτῆς δὲ μενούσης ἐν στερεᾷ ὑποστάσει, φθειρούσης δὲ τὰ ἄλλα, καὶ οὐχ ἑαυτὴν, οὐδὲν ἔχει ἐᾶσαι, ἀλλὰ πάντως ἡ φθορὰ τῶν ἑτέρων τὰ ἕτερα φθείρει. Ἐπιμένουσα δὲ ἡ αὐτῆς ὑπόστασις, καὶ οὐκέτι ἐάσει τι τῶν ὄντων, ἀλλὰ [8] αὐτὴ μόνη μενεῖ, τὰ δὲ φθειρόμενα δι' αὐτῆς ἀφανίζεται. Εἰ δὲ καὶ ἑαυτῇ ἐστι κακὴ, καὶ ἑαυτῇ φθορὰ, οὐκέτι ἡ ὑπόστασις αὐτῆς σταθήσεται. Οὐ μόνον ἐν τῷ μέλλοντι εἴποιμι, ἀλλὰ καὶ ἔκτοτε ἀφανισθεῖσα ἂν ὑπῆρχεν, ἤδη [9] δὲ ἐν ἑαυτῇ ἑαυτὴν φθείρασά τε καὶ ἀφανισθεῖσα. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐστὶ τὰ διηγήματα τῆς τοῦ ἄφρονος ματαιολογίας, ἃ κατανοήσαντες οἱ συνετοὶ υἱοὶ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, πίστεώς τε τοῦ κυρίου, διακρίνατε τὸν ἀγύρτην, καὶ καταγελάσατε τῆς αὐτοῦ ληρῳδίας. Ἐπανελεύσεται δὲ εἰς τὰς κακῶς ἑαυτῷ ἐπινενοημένας προφάσεις, καὶ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν ὁμοιώσεις, καὶ οὐχ οὕτως ἐχούσας, ἀλλὰ οὕτως ὑπ' αὐτοῦ κακῶς νοουμένας. Φέρε οὖν ἐκθώμεθα αὐτὰ δὴ κατὰ λέξιν, ἃς ὑποκλέπτων ἐκ τῶν θείων γραφῶν, ὡς ἔφην, κατὰ τὸν νοῦν αὐτοῦ διηγεῖται· εἰ

Cap. LX. — 1. ἆρα *cod. ms. uterque.*
2. *Sententia postulabat* αὐτοῦ, *non* αὐτῆς, *quod in libris vulgo extat.*
3. γένηται *vitiose legitur exaratum in ed. Petav. Colon. repet.*
4. ἆρα *codd. mss., uti supra.*
5. κακία *non extat in cod. Rhedig.*
6. *Reposui* αὐτὴ *pro* αὕτη *quod omnes libri habent, sententia persuadente.*
7. *Libri habent* αὕτη, *uti paulo antea. Fortasse reponendum* αὐτὴ δὲ μένουσα.
8. *Libri habent* αὕτη.

contineat, quod tamen vana tua minimeque cohaerens ratio comprobare nititur.

Verum hoc loco praetermisso ad alia eiusdem hominis deliria orationem conferam. Principes ait postremo illo tempore propriis sedibus restitutum iri, ac Patrem suasmetipsius partes esse recuperaturum. Quis est ille tam aequus, ut unicuique parti terminos suos velut decempeda metiatur? Quinam vero parebit ille, qui veritati ac bono morem gerere initio noluerit? Si id necessitate bonum exorturum dixeris, ut iniustus ille suis rebus contentus sit, nec in boni possessionem involet. Cur non facere illud initio potuit, priusquam suae sibi partes essent ereptae? An vero simul esse duo illi poterunt, cum suam quisque partem obtineat? Age vero si omnino suae omnipotenti partes attributae sint, adeo ut ceterae nihil ad ipsum pertineant, omnipotens appellari desinet? desinet omnium esse deus, desinet malo bonus esse subiectus, cum unusquisque sua se dominatione contineat. Cuius porro malus ille dominus erit, si neque mundus amplius supersit, nec animalia, vel homines ulli, qui illius ditioni subiacent. Praeterea cum idem ille materia simul atque corruptio sit, nonne prae ceteris corrumpi ipse debuit? Nam si ex illo tempore malum et si corruptio foret, ceteraque corrumperet, seipsum minime corrumpit, non est quod corruptioni obnoxium illud esse suspicemur, cum ita corrumpat cetera, ipsum immortale sit, nec extingui possit. Ex quo et illud sequitur, cum solida perpetuaque substantia constet, ac praeter sese consumat omnia, nihil ab illo relictum iri, sed cum ceterorum consumptio sit, illis ipsis interitum allaturum. Quamobrem sic illius substantia permanebit, nihil ut eorum quae sunt residere patiatur, sed sola perseverans universa profligabit. Nam si suam in sese malitiam exerceat, seque ipsa corrumpat, non potest constans eius esse stabilisque substantia. Ac nedum futuris postea temporibus, sed ne praeteritis quidem facere potuit, quin se suapte ipsius pernicie exitioque conficeret. Eiusmodi sunt ineptissimi hominis nugae ac fabulae. Quibus animadversis vos prudentes, sanctae dei ecclesiae ac dominicae fidei alumni, qualis impostor ille sit cum iudicio vestro perpendite, eiusque somnia deridete. Sed ad argumenta quaedam occasionesque perperam ex scripturis sacris ob nonnullam similitudinem expressas confugit, quae cum aliud sibi velint, male ab eo contrarium in sensum trahuntur. Ergo haec ipsa furtim ab eo sacris e literis interversa, et ad ipsius sententiam accommodata iisdem verbis in medium Cap. LX.

9. *Fortasse* δὴ ἐν ἑαυτῇ.

καὶ μάλιστα πολλάκις τὰς αὐτὰς διαλαμβάνοντες ἀκρότατα διηλέγ-
ξαμεν.

Κεφ. ξα'. Πρῶτον μὲν οὖν ὅτι εὑρὼν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς περὶ Παρα-
κλήτου ὀνόματος, καὶ ἀγνοήσας τὴν τοῦ ἁγίου Παρακλήτου δύναμιν,
ἑαυτὸν ὑπεισήνεγκε, νομίσας εἶναι τοῦτο. Καὶ φάσκει μὲν αὐτῷ τὰ
ὑπὸ τοῦ ἁγίου Παύλου εἰρημένα παρακεχωρηκέναι, ὡς τοῦ ἁγίου ἀπο-
στόλου φήσαντος, ἀπὸ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἀπὸ μέρους προφη-
τεύομεν· ὅταν ἔλθῃ τὸ τέλειον, τὸ ἀπὸ μέρους καταργηθήσεται. Τοῦτο
δὲ περὶ Παρακλήτου οὐδ' ὅλως ἐκτίθεται ὁ ἅγιος ἀπόστολος, ὁ κατα-
ξιωθεὶς [1] αὐτοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος μετὰ τῶν ὁμοίων αὐτοῦ ἀπο-
στόλων, ἀλλὰ περὶ τῶν δύο κόσμων διηγεῖτο, περὶ τοῦ ἐνεστῶτος καὶ
μέλλοντος, ὡς ἔφην, τοῖς βουλομένοις περὶ καιρῶν καταλαμβάνειν ὅτι,
Μηδὲν ὑμᾶς [2] πτυρέτω ἐν λόγῳ, ἐν ἐπιστολῇ, ὡς ὅτι ἡ ἡμέρα ἐνέ-
στηκε τοῦ κυρίου· ἐὰν γὰρ μὴ ἀποκαλυφθῇ ὁ υἱὸς τῆς ἀνομίας, ὁ ἄν-
θρωπος τῆς ἀδικίας, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ πάλιν συνελθόντων τῶν μα-
θητῶν πρὸς τὸν σωτῆρα ἠρώτων αὐτὸν περὶ τῆς συντελείας, καὶ ἔλε-
pag. 674. γεν αὐτοῖς, Οὐχ ὑμῶν [3] ἔστι γνῶναι χρόνους καὶ καιροὺς, οὓς ὁ πα-
τὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ
ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς· καὶ πάλιν ἔλεγεν, Ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ
χωρίζεσθε, ἀπεκδεχόμενοι τὴν ἐπαγγελίαν [4] τοῦ πνεύματος, ἣν ἠκού-
σατε, τουτέστι τὸ πνεῦμα τὸ παράκλητον ὃ ἔφη, ἐὰν ἐγὼ ἀπέλθω,
ἐκεῖνος ἐλεύσεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὰ πάντα. Τὸ δὲ, Ἀναγγελεῖ
ὑμῖν τὰ πάντα, δι' ἣν ἔμελλον καταξιοῦσθαι δωρεὰν, [5] ἐνοικήσειν ἐν
αὐτοῖς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὅπως τὰ πάντα αὐτοῖς σαφῶς διηγήσηται,
ὅσα ἠδύναντο ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ χωρῆσαι. Καὶ ὧδε μὲν ἐν τῷ αἰῶνι
τούτῳ χωρήσαντες τὸ πνεῦμα τὸ παράκλητον ἐπροφήτευσαν, ὡς Ἄγα-
βος ἐπροφήτευσε περὶ λιμοῦ ἐσομένου, καὶ ὅτι προφῆται ἀπὸ Ἱεροσο-
λύμων κατέβησαν, καὶ ὅτι ἦσαν τέσσαρες θυγατέρες τῷ Φιλίππῳ προ-
φητεύουσαι. Ὅταν δὲ [6] προφητεύωσιν, ἀπὸ μέρους προφητεύουσι,
καὶ ἀπὸ μέρους γινώσκουσι· τὸ δὲ τέλειον ἐν τοῖς μέλλουσιν αἰῶσιν
ἐλπίζοντες προσδοκῶσιν, ὅταν τὸ φθαρτὸν εἰς ἀφθαρσίαν μεταβληθῇ,
καὶ τὸ θνητὸν εἰς ἀθανασίαν, ὅταν τότε πρόσωπον πρὸς πρόσωπον.
Ἄρτι γὰρ δι' αἰνίγματος τὰ πράγματα, ἐκεῖ δὲ ἑτοιμάζεται ἃ [7] ὀφθαλ-
μὸς ὧδε οὐκ εἶδεν. Ἐκεῖ ἀποκαλύπτεται ἡ τελειότης, ἃ οὓς ἐνταῦθα
οὐκ ἤκουσεν. Ἐκεῖ τὸ μέγα χάρισμα τοῖς ἁγίοις, ὃ ἐπὶ καρδίαν ἀν-
θρώπου οὐκ ἀνέβη ἐνταῦθα. Καὶ ὁρᾷς ὅτι οὐχὶ τῷ Μάνῃ ἐταμιεύετο
τὸ εἰδέναι τὰ περιττά. Πῶς γὰρ ᾔδει Μάνης τοῦ σκοποῦ τοῦ ἰδίου
ἐκπεσών; Ἐπεβάλλετο γὰρ ἵνα τὸν Μάρκελλον χειρώσηται, ἤρχετο πρὸς

Cap. LXI. — 1. *Repono* αὐτὸς.
2. πτυρετῶ *cod. ms. uterque.*
3. ἔστι γνῶναι *cod. ms. uterque.* ἐπι-γνῶναι *editi libri.*
4. τοῦ ἁγίου πνεύματος *cod. Rhedig.*
5. ἐνοικήσειν (ἐνοικήσει cod. *Ien.*) *cod. ms. uterque. In editis est* ἐνοικήσει.

afferamus. Quamquam nos ex iis saepius disputantes accuratissime refellimus.

Inprimis igitur cum divinis in literis Paracleti nomen invenisset, ac vim illius ignoraret, semetipsum pro vero spiritu supposuit. Itaque ad sese pertinere illa docet quae ab apostolo Paulo dicuntur: *Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus: cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.* Atqui de Paracleto nullo modo haec pronuntiavit apostolus; qui cum sodalibus suis apostolis spiritum sanctum accipere meruit, sed de duplici mundo sermonem instituerat, praesenti videlicet ac futuro, propter nonnullos qui de temporibus scire atque inquirere cupiebant. *Nihil*, inquit, *terreat vos in sermone, aut epistola, quasi instet dies domini: nisi enim revelatus fuerit filius iniquitatis, homo iniustitiae, etc.* Quin etiam convenientibus salvatorem apostolis, ac de mundi occasu sciscitantibus, ita ipse respondit, *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quae pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem supervenientis spiritus sancti in vos.* Item, *Hierosolymis*, inquit, *ne discedite, expectantes promissionem spiritus, quam audistis*, hoc est paracletum illum spiritum, de quo dixerat, *Si ego, abiero ille veniet, et annuntiabit vobis omnia.* Quae quidem verba, *Annuntiabit vobis omnia,* ad coeleste donum illud, quod erant adepturi par est referri; quod nimirum habitaturus in ipsis esset spiritus sanctus, quo iis aperte universa declararet, quae quidem capere in hac vita poterant. Quamobrem cum ad eum modum paracleti spiritus essent in hac vita compotes facti, vaticinati sunt. Quemadmodum *Agabus venturam famem praedixit,* itemque *propheta Hierosolymis advenerunt.* Sic et *Philippo quatuor erant filiae prophetissae.* Ceterum quoties omnes illi prophetant, *ex parte prophetant, et ex parte cognoscunt.* Quod vero perfectum est futuro in seculo tribuendum spe et exspectatione praecipiunt. *Quando corruptibile in incorruptionem, mortale in immortalitatem commutatum fuerit*, cum et *facie ad faciem intuebimur.* Nunc enim res nostrae *per aenigmata* et involucra transiguntur: illic ea praeparantur quae hic *oculus non vidit.* Illic perfectio retegitur, quae *hic auris nequaquam audiit.* Illic donum ingens sanctis tribuitur, quod *hic in cor hominis non ascendit.* Ex quibus animadvertis uberiorem illam copiosioremque scientiam Manichaeo reservatam non fuisse. Quomodo enim ista cognoscet is qui ab eo quod sibi proposuerat excidit? Nam Marcellum circumvenire

Cap. LXI. — 1. Cor. 13, 9. — 2. Thess. 2, 2. — Act. 1, 7. — Ioann. 16, 8. — Ioann. 16, 14. — Act. 11, 28. — Act. 21, 9. — 1. Cor. 13, 9. — 1. Cor. 15, 53. — 1. Cor. 13, 12. — 1. Cor. 2, 9.

6. προφητεύωσιν *cod. ms. uterque. Vulgo* προφητεύουσιν.

7. ὀφθαλμὸς *codd. mss.* ὁ ὀφθαλμὸς *editi.*

τὸν Ἀρχέλαον, ἵνα αὐτὸν ἡττήσῃ, καὶ οὐ δεδύνηται. Πῶς οὖν ἀγνοῶν τὸ πρόσφατον δύναται εἰδέναι περὶ τῶν μειζόνων; πῶς δὲ οὐκ ἔλαθε τὰς χεῖρας τοῦ βασιλέως τῶν Περσῶν, [8] ὡς ὅτε ἁλοὺς ἔδωκε δίκην; [9] Ἀλλ' ἵνα καταφανῇ τοῖς σύνεσιν κεκτημένοις κατὰ πάντα ψευδόμενος.

Κεφ. ξβ'. Πάλιν δὲ βούλεται φέρειν μαρτυρίαν, ἵνα παραστήσῃ τὴν παρ' αὐτῷ λεγομένην δυάδα, καὶ διέλῃ ἀναμέσον τῶν δύο Ἀρχῶν κενῶς, ἐν τῷ εἰπεῖν τὸν σωτῆρα, Οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς κακοὺς ποιῆσαι, [1] οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς ἀγαθοὺς ποιῆσαι· ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. Καὶ ὅρα μοι τὴν ἐλαφρὰν
pag. 675. διάνοιαν, καὶ μηδὲν ἐν βάθει τὰ τῆς θείας γραφῆς κατανοοῦσαν. Εἰ μὲν γὰρ δένδρα εἰσὶν, ἄρα καὶ γεωργὸν ἔχουσι, καὶ φυτὰ τυγχάνοντα καὶ πάντως ὑπό τινός εἰσι πεφυτευομένα. Πᾶν δὲ τὸ πεφυτευμένον οὐκ ἔστιν ἄναρχον, [2] ἀλλὰ ἀρχὴν ἔχει· ἀρχὴν δὲ ἔχον καὶ τέλος ὑφέξει. Τοίνυν τὸ σαπρὸν δένδρον οὐκ ἦν ἀεὶ, ἀλλὰ πεφύτευται, καὶ τὸ ἀγαθὸν δένδρον τοῦτο οὐ περὶ πάσης τῆς ἄνωθεν ἀγαθότητος [3] διηγεῖται. Ἐκεῖ γὰρ ἄψευστος ἀγαθότης μεταβολὴν μὴ ἔχουσα, καὶ ἐν τιμῇ ἀνεκλαλήτῳ τοῦ ὄντος ἁγίου θεοῦ τὸ διανόημα. Εἰς δὲ τὴν περὶ φυτῶν ἐνέργειαν ἴδωμεν εἰ οὕτως ἔχει, καὶ λάβωμεν λέγειν. Εἰ μὲν γὰρ περὶ τοῦ διαβόλου ἐστὶν ὁ λόγος, ἤδη πολλάκις ἐδείξαμεν ὅτι οὐ πονηρὸς γεγένηται· οὐδὲν γὰρ φαῦλον ὁ θεὸς ἐποίησε, καὶ τοῦτο τοῖς συνετοῖς ἐστι κατάδηλον. Εἰ γὰρ κατὰ τῶν αὐτῶν φερόμεθα, οὐδὲν λυπήσει ἀποδεῖξαι καὶ ἐν τῷ παρόντι τὸν περὶ τῆς ἀληθείας λόγον. Ἐν τῇ ἀρχῇ τοίνυν φαῦλος οὐκ ἦν, ἀπέβη δὲ φαῦλος. Ἰδοὺ, οὐ συσταθήσεται ἐν τῷ μέρει τούτῳ ὁ περὶ τοῦ φυτοῦ λόγος. Ὁρῶμεν γὰρ καὶ Σαῦλον διώκτην γενόμενον, ὕστερον δὲ διωκόμενον ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος οὗ ποτε ἐδίωκεν. Ὁρῶμεν τὸν Ἰούδαν ἐκλελεγμένον σὺν τοῖς δώδεκα ἀποστόλοις, καὶ ὕστερον ἀποβάντα, καὶ ἐν μερίδι πονηρᾷ τεταγμένον. Ὁρῶμεν Ῥαὰβ τὴν πόρνην ἀλλοτρίαν οὖσαν τοῦ γένους Ἰσραὴλ, ὕστερον δὲ μετανοήσασαν, καὶ λαβοῦσαν θεοῦ τὸν ἔλεον. Ὁρῶμεν τὸν λῃστὴν ἐπὶ [4] κακουργίᾳ ἁλόντα, καὶ κρεμασθέντα ἐπὶ τοῦ ξύλου, καὶ ἐξομολογησάμενον, καὶ ἅμα τῷ κυρίῳ ἐν τῷ παραδείσῳ εἰςεληλυθότα. Ὁρῶμεν Νικόλαον καλὸν ὄντα, καὶ ἐκλελεγμένον, ὕστερον δὲ ἀποβάντα πονηρὸν καὶ ἐν τοῖς αἱρεσιάρχαις ταχθέντα. Καὶ τί μοι τὰ πλήθη λέγειν; τί οὖν ἐστι τὸ φυτὸν τοῦτο τὸ πονηρὸν ἀφ' οὗ ἀγαθὸν οὐ γίνεται; Ἀλλὰ πάλιν πράξεις εἰσὶν ἀνθρώπων. Οὐ δύναται γὰρ ἐκ πορνείας ἀγαθότης εἶναι· οὐ δύναται ἐκ φθόνου πονηρίας

8. Suspicor ὥςτε ἁλοὺς.
9. Intellege ac solve Ἀλλ' ἔλαθε, ἵνα cett.
Cap. LXII. — 1. οὐ cod. Rhedig.
2. καὶ ἀρχὴν cod. Rhedig. (ἀλλ supra)
3. narrat recte convertit Cornarius.

primum est aggressus. Tum ad Archelaum venit, ut eum vinceret, quod tamen assequi non potuit. Fierine igitur potest ut qui quod adeo recens est ignorarit, maiora illa cognoscat? Cur non vero Persarum regis manus effugit, cum ab eo comprehensus ac poenis affectus est? Ut aperte constet iis qui prudentiae aliquid habeant illum in omnibus esse mentitum.

Sed quoddam testimonium urget ut suum illud par principiorum Cap.LXII. affirmet, eaque a se invicem frustra dirimat. Ergo hac salvatoris voce nititur: *Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere; ex fructu enim arbor cognoscitur.* Matth.7, 18. Vide hominis levitatem, qui nihil in scripturis penetrare altius possit. Etenim si principia illa arbores sint, habent igitur et agricolam suum, et cum plantae sint, omnino a quopiam plantatae sunt. Quidquid autem plantatum est, principium habet, proindeque et finem habebit. Itaque arbor mala non perpetuo extitit, sed est aliquando consita. Arbor vero bona non ad omne bonitatis supremae genus debet referri. Illic enim certa minimeque mendax et immutabilis bonitas est, utpote quae sit dei cogitatio inexplicabili quodam honore praedita. Utrum vero ad plantarum productionem accommodari possit, videndum ac disputandum nobis est. Etenim si de diabolo sermo sit, saepe illum ostendimus malum ab origine non fuisse; nihil enim deus malum condidit, idque adeo prudentibus est manifestum. Ac licet in eodem argumento versemur, non gravabimur tamen veritatem etiam in praesentia comprobare. Igitur malus initio diabolus non fuit, sed evasit postea. Quare locum hic non habet quod de arbore proponitur. Nam et Saulum videmus per- Act. 9. secutorem fuisse, eundemque pro eo quod insecutus fuerat nomine Luc. 22, 3. persecutionem esse passum, contra vero Iudam cum duodecim apo- Iosue 2. stolis electum descivisse postmodum et ad improbam factionem aggregatum. Quin et Raab meretricem cernimus ab Israëlitico genere hactenus alienam post poenitentiam receptum ad dei misericordiam habuisse. Videmus et latronem in facinore deprehensum et in cru- Luc. 23, 40. cem sublatum post confessionem una cum domino in paradisum ingressum. Nicolaum praeterea videmus virum bonum et electum, Act. 6, 5. sceleratum postea fuisse, atque inter haereseon auctores adscriptum. Quid hic ceteros commemorem? Quidnam porro malam hanc arborem esse dicemus, e qua bonum oriri nequeat? Plane de hominum actionibus interpretari debemus. Neque enim e stupro derivari bonitas potest, neque ex nequitiae livore iustitia, neque ex adul-

4. κακουργίᾳ restitui ex libris mss. In editis est κακουργίας.

δικαιοσύνη· οὐ δύναται ἐκ μοιχείας ἔπαινος γενέσθαι. Αὐτὸ γὰρ τὸ τῆς ἁμαρτίας δένδρον οὐ δύναται δι᾿ ἀγαθότητος γενέσθαι, τουτέστιν οὐ ποιεῖ δένδρον πονηρὸν καρποὺς ἀγαθοὺς, οὐδὲ ἀγαθοῦ δένδρου καρποὺς πονηροὺς γενέσθαι. Οἷον τὸ ἀγαθὸν δένδρον τὸ μὴ ποιοῦν καρποὺς πονηροὺς ξενοδοχία γινομένη, κἄν τε ὅσα ἀποβῇ ἀπὸ τῆς ξε-
pag. 676. νοδοχίας, οὐχ ἕνεκεν φαυλότητος ἔχει τὴν [5] δύναμιν ἐλεημοσύνη, ἁγνεία διὰ θεὸν, ἐγκράτεια διὰ τὸν δεσπότην, δικαιοσύνη διὰ τὸν νόμον.

Κεφ. ξγ΄. Ταῦτα τὰ δύο δένδρα περὶ δικαιοσύνης καὶ περὶ ἁμαρτίας τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Περὶ δὲ ὧν οὗτος ὁ βάρβαρος Μάνης διανοεῖται, περὶ θεοῦ βούλεται λέγειν, καὶ περὶ τοῦ διαβόλου. Καὶ ὅτι περὶ θεοῦ οὐδεὶς δύναται τολμῆσαι καὶ εἰπεῖν ὅτι κακὸν ποιήσει ποτὲ (μὴ γένοιτο), καὶ [1] οὔτε περὶ τοῦ διαβόλου ὅτι ἀγαθὸν ἐργάζεται, τοῦτο δῆλον. Ἀλλὰ διὰ θεοῦ πάντα γίνεται τὰ ἀγαθὰ, καὶ φαῦλον ἐξ αὐτοῦ οὐδὲν κέκτισται, οὐδὲ γίνεται. Εἰ δὲ ἐκ διαβόλου ἐνεργεῖται πονηρά τινα, ἰδοὺ, εὑρήκαμεν καὶ δι᾿ αὐτοῦ στέφανον πλεκόμενον ἁγίοις, καὶ βραβεῖον διδόμενον τοῖς νενικηκόσι. Καὶ διέπεσεν ὁ αὐτοῦ λόγος. Τὸ γὰρ σαπρὸν δένδρον καὶ ἀγαθὸν δένδρον περὶ ἀγαθῶν ἔργων τυγχάνει καὶ περὶ φαύλων, καὶ οὐκ ἔστι περὶ παλαιᾶς διαθήκης καὶ καινῆς, καθὼς βούλεται ὁ τοῦ Μάνη λόγος.

Κεφ. ξδ΄. Ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς βουλόμενος [1] παριστᾶν τὰς περὶ τῶν δύο Ἀρχῶν προφάσεις, θηρώμενος [2] ἐπιτηδεύεται τὰς αὐτῷ δοκούσας λέξεις, οὕτως ἐχούσας ὅτι, φησὶ, τοῖς Ἰουδαίοις ἔλεγεν, Ὑμεῖς υἱοὶ τοῦ διαβόλου ἐστέ· ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν· βούλεται δὲ βλασφημεῖν καὶ λέγειν τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς πατέρα εἶναι τοῦ διαβόλου, μηδαμῶς δυνάμενον ὅλως ἐπὶ τοῦτο τὸ ῥητὸν [3] φέρεσθαι. Εἰ γὰρ ὅλως τοῦ διαβόλου υἱοί εἰσι, διέπεσεν ὁ κατ᾿ αὐτὸν λόγος, καὶ [4] ἑαυτῷ ἀντιμάχεται ὁ Μάνης ἀγνοῶν. Ἀφωρίσθησαν γὰρ λοιπὸν αἱ αὐτῶν ψυχαὶ ἐκ διαβόλου γεγενημέναι, καὶ οὐκέτι εἰσὶν ἀπὸ τῆς ἄνωθεν δυνάμεως κατὰ τὸν αὐτοῦ μῦθον, ἢ οὐκ ἔστι μέρος τοῦ φωτὸς ἢ πανοπλίας τοῦ αὐτοῦ, ἢ τοῦ στύλου τοῦ φωτὸς, ἢ Μητρὸς τῆς ζωῆς. Εἰ δὲ ὅλως αὐτοὶ τοῦ διαβόλου, ἄρα καὶ ὁ Ἀβραὰμ ὁ τούτων πατὴρ, οὗ σπέρμα τυγχάνουσιν αὐτοὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ αὐτὸς τοῦ διαβόλου ἐστὶ, κατὰ τὸν τοῦ Μάνη λόγον. Πῶς οὖν [5] ὁ σωτὴρ ἐλεγκτικῶς λέγει αὐτοῖς, Ὑμεῖς οὐκ ἐστε τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ,

5. *Sustuli distinctionem post* δύναμιν, *quae in editis vulgo obtinuit.*

Cap. LXIII. — 1. *Suspicor* οὐδὲ.

Cap. LXIV. — 1. παριστᾶν *emendavit Petavius ex auctoritate exempli Schottiani, in cuius margine ea scriptura annotata est, cum siglo M., ex cod. ni fallor manu exarato, nescio quo. In reliquis, tum scriptis quam edito, extat* περιστᾶν.

2. ἐπιδεύεται *habet edit. princ.* ἐπιδύεται *codd. mss.*

3. φέρεσθαι *emendavit Petavius. Libri*

terio laus. Siquidem arbor illa peccati a bonitate proficisci non potest. Hoc est, *Arbor mala bonos fructus non facit, neque bona ex arbore mali fructus oriuntur.* Exempli gratia arbor illa bona, quae malos fructus edere non potest, fit benigna hospitum exceptio. Quicquid enim ab ea proficiscatur, vis eius ab improbitate non oritur. Similiter eleemosyna, castimonia quae propter deum colitur, continentia propter dominum, iustitia legis gratia suscepta.

Quamobrem ambae illae arbores de iustitia et peccato intelligi commode possunt. At barbarus ille Manichaeus perperam de deo ac diabolo conatur accipere. Verum neminem eo audaciae progredi posse perspicuum est ut aut deum asserat malum aliquando facturum, aut diabolum bonum. Quinimo bona omnia deus efficit, neque malum quicquam ab eo productum est, aut vero producitur. Quod si diabolus nonnulla mala molitur, nimirum hac illius opera sanctis hominibus corona nectitur, ac praemium victoribus tribuitur. Sicque tota illius ratio corruit. Mala enim arbor et bona de bonis ac malis operibus explicantur, nec ad vetus novumque testamentum pertinent, ut falso Manichaeus existimat. Cap. LXIII.

Sed instat idem ille, et ut suum de duobus principiis dogma stabiliat, nonnullas e scripturis voces pro sua libidine captat, quae sunt eiusmodi. Iudaeis, inquit, dominus dixit, *Vos filii diaboli estis: ille homicida fuit, quoniam pater eius mendax erat.* Cuius ex occasione loci homo contumeliose in deum garrire non dubitat, et coeli terraeque conditorem patrem esse diaboli dicere, cum nihil eiusmodi locus ille contineat: etenim si diaboli filii habendi illi sunt, falsum est quod alio loco defendit, ac sibi ipse imprudens repugnat. Sequitur enim separatas deinceps, et a diabolo productas illorum animas fuisse, minimeque ab coelesti virtute profectas, ut illius fabula narrabat. Nec iam pars erit ulla lucis, aut illius armaturae, aut columnae luminis, aut matris vitae. Imo vero si diaboli filii sunt, Abrahamus etiam illorum pater, a quo Iudaei propagati sunt, diaboli filius erit, ex illa Manichaei sententia. Quod si ita est, quanam ratione salvator ipse his illos verbis appellat: *Vos non estis* Cap. LXIV. Ioann. 8, 44. Ioann. 8, 40.

*habent* φαίνεσθαι. *Ita supra haer.* 59, 4. *dixit* Τὰ γὰρ εἰς ἱερωσύνην παραδοθέντα διὰ τὸ ἐξοχώτατον τῆς ἱερουργίας εἰς πάντας ἐνόμισαν ἴσως φέρεσθαι.

4. ἑαυτῷ *ex libro ms. (qui M. siglo notatus est) annotavit in marg. sui exempli Fr. Schottus, unde recepit Petavius.* ἐμαυτῷ (*in cod. Ien. rasura conspicua est) codd. mss. et ed. princ.*

5. ὁ σωτὴρ ἐλεγκτικῶς *emendavit Petavius, partim praeeunte Cornario, qui interpretatus est* Quomodo igitur Salvator expresse dicit ad ipsos *cett. Libri vulgo habent* ὁ πατὴρ λεκτικῶς.

*ἀλλὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου· εἰ γὰρ ἦτε τέκνα τοῦ Ἀβραάμ, τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐποιεῖτε· ὑμεῖς γὰρ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι,* [6] *ἄνθρωπον,* pag. 677. *ὃς τὴν ἀλήθειαν λελάληκα ὑμῖν· τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησε;* Καὶ ὁρᾷς ὅτι καταχρηστικός ἐστιν ὁ λόγος· αὐτῶν γὰρ ὄντων υἱῶν τοῦ Ἀβραάμ, καὶ τοῦ κυρίου ἀπαλλοτριοῦντος αὐτοὺς διὰ τῶν ἔργων, οὐχὶ διὰ τοῦ πλάσματος, ἢ διὰ τῆς ποιήσεως. Ἤδη δὲ καὶ ἄνω διηγησάμεθα περὶ τούτου. Πῶς οὖν τὸ μέρος τοῦ αὐτοῦ σπέρματος ἔσται, ποτὲ μὲν ἀλλότριον καὶ τοῦ διαβόλου, ποτὲ δὲ μέρος θεοῦ; ἀλλὰ τοῦτο ἐγκληματικῶς διηγεῖται. Ὧι γάρ τις ἑαυτὸν ὑποτάσσει, τούτου [7] δοῦλος τυγχάνει, κατὰ τὴν ἐνέργειάν τε καὶ διδασκαλίαν, ὡς καὶ ὁ Παῦλός φησι, *Εἰ γὰρ καὶ πολλοὺς διδασκάλους ἔχετε, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας· ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.* Καὶ ὁρᾷς ὅτι τὴν διδασκαλίαν λέγει; Καὶ εἰ μὲν ὁ Μάνης ἐδέχετο τὸν Ἀβραάμ, ἐλέγομεν ἂν τὸν μὲν Ἀβραὰμ τοῦ θεοῦ τοῦ φωτός, τοὺς δὲ ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένους ἄλλου. Ἡ δὲ ὑπόθεσις τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Ἐμιμοῦντο τὸν φονέα, ἐμιμοῦντο τὴν παράδοσιν τοῦ Ἰούδα, κατεδέξαντο τὴν διαβολὴν τοῦ προδότου, υἱοὶ γεγόνασι τῆς αὐτοῦ ἐπαρνησιθείας· αὐτὸς ψεύστης ἐγένετο, τὸ γλωσσόκομον κατέχων, καὶ κλέπτων, καὶ λέγων αὐτῷ, *Χαῖρε Ῥαβί*, καὶ ἐλεγχόμενος, καὶ ἀκούων, *Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει;* Οὗτος ὁ Ἰούδας ἐμιμήσατο τὸν Κάϊν, ἐπειδὴ ἀνθρωποκτόνος ἐγένετο, ψευδόμενος ἐναντίον τοῦ κυρίου, καὶ λέγων, *Μὴ φύλαξ εἰμὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου; οὐκ οἶδα ποῦ ἐστι.* Καὶ [8] αὐτὸς κατὰ μίμησιν υἱὸς γεγένηται, καὶ [9] κατὰ θεωρίαν τῆς ἐν τῷ ὄφει λαλησάσης ψευδηγόρου φωνῆς τῆς λεγούσης, *Ἔσεσθε ὡς θεοί, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν.* Τουτέστι τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ παρὰ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον, *Ὑμεῖς υἱοί ἐστε τοῦ διαβόλου.* Λέγει γάρ, *Οὐχὶ δώδεκα ὑμᾶς ἐξελεξάμην; εἷς ἐξ ὑμῶν ἐστι διάβολος.* Ἐπειδὴ ἀπαρχῆς ψεύστης ἐστὶ, καὶ ἀνθρωποκτόνος, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν. Καὶ λέλυται ἡ τούτου ζήτησις. Οὐ γὰρ τοῦ διαβόλου ἦσαν τέκνα οἱ Ἰουδαῖοι, μὴ γένοιτο. Λέγει γὰρ ἡ Σαμαρεῖτις πρὸς τὸν σωτῆρα ὅτι, *Ὧδε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ ὑμεῖς δὲ λέγετε ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.* Εἶτα μετὰ πολλὰ ὁ σωτὴρ [10] αὐτῇ ἔφη ὅτι, *Ἃ οἴδαμεν λαλοῦμεν, ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστί.* Καὶ πάλιν ὁ ἀπόστολος, *Δῆλον ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ κύριος.* Καὶ πολλὰ ἔστι περὶ τούτου λέγειν, καὶ ἐλέγχειν τὴν πλάνην τούτου.

Κεφ. ξε'. pag. 678. Πάλιν δὲ ἐπιλαμβάνεται τῆς λέξεως ταύτης ὅτι, *Τὸ φῶς ἐν τῇ*

6. ἄνθρωπος *cod. Rhedig.*
7. υἱὸς *suspicabatur Petavius.*
8. *Male haec interpretatus est Petavius; non enim de Adamo, sed de Iuda dicit.*
9. κατὰ θεωρίαν *est librorum vett. scri-*

*filii Abraham, sed patris vestri diaboli: si enim essetis filii Abraham, illius opera faceretis: vos enim quaeritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis; hoc Abraham non fecit.* Vides igitur per catachresim usurpatum id fuisse, ut Abrahami quidem essent natura filii, et ab eodem nihilominus domini sententia, non origine productioneve, sed operibus adiudicentur. De qua re nos antea disputavimus. Fierine itaque potest uti pars aliqua ab eodem satu aliena modo sit, ac diaboli propria, modo deo tribuenda? Sed nimirum incusandi ac reprehendendi caussa ista dicuntur. Nam cui se quisque subiicit, huius et actione et disciplina filius est, ut ex Pauli
verbis apparet: *Nam licet multos praeceptores habeatis, at non mul-* 1.Cor. 4, 15.
*tos patres: nam in Christo Iesu per evangelium ego vos genui.* Ubi ad doctrinam, ut vides, ista transfert. Et quidem si Abrahamum Manichaeus admitteret, hunc ipsum ad lucem spectare diceremus, liberos vero ab eo productos alteri tribueremus. Verumenimvero ita sese res habet: imitabantur homicidam Iudae, proditionem imitabantur, eiusque calumniam ac delationem secundis auribus acceperant; huius in divini numinis abnegatione filii extiterunt. Ille enim mendax erat, cum et loculos haberet, et furtum committeret,
et Christum ita salutaret, *Ave Rabbi;* quam ob caussam hac domini Matth. 26, 49.
voce reprehenditur, *Amice ad quid venisti?* Iudas vero Cainum imi- Gen. 4, 9.
tatus est, qui et parricida fuit, et coram domino mentitus est. *Num* Gen. 3, 5.
*custos*, inquit, *fratris mei sum? nescio ubi sit.* Eiusdem et Adamus imitatione filius fuit, dum mendacem illam vocem sequitur, quae per serpentem ita loquebatur: *Eritis sicut dii scientes bonum et malum.*
Atque hoc ipsum est quod in evangelio a salvatore dicitur: *Vos* Ioann. 6, 70.
*estis filii diaboli.* Sic enim loquitur, *Nonne duodecim vos elegi,* Ibid. 8, 44.
*et unus ex vobis est diabolus? Quoniam ab initio mendax est et homicida, quia pater eius mendax erat.* Qua ratione Manichaei quaestio dissolvitur; non enim diaboli proprie filii erant Iudaei. Absit ut id esse credamus. Quippe cum Samaritana mulier Christo domino di-
xisset, *Hic in isto monte adoraverunt patres nostri: vos autem dicitis* Ioann. 4, 20.
*Hierosolymis esse locum, ubi oportet adorare,* post multa salvator ista
subiecit, *Quae scimus loquimur, quia salus ex Iudaeis est.* Cui et Ioann. 4, 22.
apostolus consentit his verbis: *Quoniam ex Iuda ortus est dominus.* Hebr. 7, 14.
Sed plura ad eam rem disputari possunt quibus falsa illius opinio refellatur.

Cap. LXV
Atenim evangelicum illud dictum arripit: *Et lux in tenebris lu-*

*plura, quam restitui.* καταθεωρίσας *ed. princ. (quamquam in latina versione Cornarius significanter sit interpretatus* itemque iuxta intelligentiam). καταθεωρήσας *ed. Petav.*

10. αὐτὴν *codd. mss. et ed. princ.*

σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν, ὅτι, φησὶ, Ἐδίωκε [1] τὸ σκότος τὸ φῶς, ὡς τῶν πονηρῶν Ἀρχόντων [2] διωκόντων καὶ πολεμούντων τὴν θεότητα. Εἰ δὲ πολεμούμενον τὸ φῶς διώκεται ὑπὸ τοῦ σκότους, ἄρα δυνατώτερόν ἐστι τοῦ φωτὸς τὸ σκότος, ἐπειδὴ ἀποδιδράσκει ἀπὸ προσώπου τοῦ σκότους, καὶ οὐχ ὑφίσταται στῆναι ἰνδαλλόμενον, διὰ τὸ δυνατώτερον σκότος. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει. Οὐδὲ γὰρ τὸ φῶς φεύγει ἀπέμπροσθεν τοῦ σκότους, ἀλλὰ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν. Εἰ δὲ σκοτία οὐ κατέλαβε τὸ φῶς, πολὺ τοῦτο διαλλάττει παρὰ τὸν νοῦν τοῦ Μάνη, τοῦ λέγοντος ὅτι οὐ μόνον κατείληφεν, ἀλλὰ καὶ πανοπλίαν παρ' αὐτοῦ ἀφήρπασε. Πῶς τοίνυν παρ' αὐτῷ καταγγελλόμενον ἡρπακέναι πανοπλίαν οὐδ' ὅλως κατέλαβε τὸ φῶς; πῶς δὲ [3] τὸ φῶς διωκόμενον αὐτοπροαιρέσει φαίνει ἐν τῷ σκότει; Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐσκοτισμέναι ἦσαν αἱ διάνοιαι τῶν ἀνθρώπων διὰ τὴν θόλωσιν τῆς ἁμαρτίας, ἀπέστειλεν ὁ θεὸς πρῶτον τὸν νόμον, φωτίζων ὡς ἐν λύχνῳ παραφαίνοντι, ὥς φησιν Πέτρος ἐν τῇ ἐπιστολῇ, Προσέχοντες τῷ προφητικῷ λόγῳ, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως Φωσφόρος ἀνατείλῃ, καὶ ἡμέρα καταυγάσῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Ἐκεῖθεν γὰρ τὸ φῶς ἐν τῷ σκότει φαίνει ὁ νόμος δοθεὶς ἐν χειρὶ μεσίτου, διὰ τοῦ πιστοῦ θεράποντος τοῦ θεοῦ Μωϋσέως. Διὰ τοῦτο ἐπειδὴ ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν πρῶτον ἦν τὸ φῶς φαῖνον, ὥςπερ σπινθὴρ ἐν τῷ νόμῳ τῷ κατὰ φύσιν, ὃ θεασάμενος Ἐνὼχ εὐηρέστησε τῷ κυρίῳ, δι' οὗ καθοδηγούμενος ὁ Ἄβελ εὐηρέστησε τῷ κυρίῳ, δι' οὗ εὗρε Νῶε χάριν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ κατανοήσας τὴν ὁδόν, δι' οὗ Ἀβραὰμ ἐπίστευσε τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη [4] αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, εἶτα παρελθὸν τὸ φῶς ἀπὸ σπινθηροειδοῦς τρόπου προςέθετο φαιδρότητι λύχνου φανέντος ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, τουτέστι τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, ἡ ἐντολὴ τοῦ θεοῦ, καὶ ἡ κατὰ τὴν ἀγαθότητα διάνοια, φωτίζουσα ἐν καρδίᾳ πιστῶν, ἀναμέσον τῆς τεθολωμένης διανοίας τῶν ἐν τοῖς ἀνθρώποις γεγονότων φαύλων καὶ κακῶν πραγμάτων, εἰδωλολατρείας τε καὶ ἐπαρνησιθεΐας, φόνων τε καὶ μοιχείας, καὶ τῶν ἄλλων· [5] ὅτι δὲ ἦλθεν ὁ μέγας φωστὴρ, Τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ
pag. 619 κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω, ὁ εἰς τὰ ἴδια ἐλθὼν, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον· ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι. Καὶ ὁρᾷς τοῦτο τὸ φῶς ἐν ποίᾳ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ποία σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν; ὅτι τὸ ἀγαθὸν ἀεὶ παρὰ θεοῦ πεμπόμενον τῇ διανοίᾳ τῶν ἀνθρώπων, καὶ φωτίζον ἐν τῷ κόσμῳ, ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας οὐχ ἥττηται.

Cap. LXV. — 1. τὸ σκότος *verba non comparent in ed. Petav. Colon. repet.* 2. διωκόντων *non habet cod. Rhedig.* 3. τὸ *excidit ab ed. Petavii. Colon. repet.*

*cet, et tenebrae eam non comprehenderunt.* Tenebrae enim, inquit, lucem persecutae sunt, quod mali Principes divinitatem sunt hostiliter insecuti. Atqui si lux a tenebris bello appetita invadentes fugit, fortiores erunt luce tenebrae, cum ab his illa tanquam valentioribus fugata stare contra et apparere non audeat. Verum longe se aliter res habet. Neque enim lux tenebras fugit, *sed lucet in tenebris, et tenebrae eam non comprehenderunt.* Quod si ita est, longe hoc a Manichaei sententia dissidet, qui non modo comprehendisse tenebras narrat, sed et lucis armaturam rapuisse. Quomodo igitur quae armaturam rapuisse praedicantur, lucem comprehendere nullo modo potuerunt? Quonam deinde pacto fugata lux sua in tenebris sponte resplendet? Ergo ita ex rei veritate totum illud accipiendum est: Cum peccati caligine occaecatae mentes hominum forent, principio lex est a deo missa, qua, velut sublata lucerna, collustraret; quod in epistola sua Petrus indicat his verbis: *Attendentes prophetico sermoni, tanquam lucernae lucenti in caliginoso loco, donec Lucifer oriatur, et dies illucescat in cordibus vestris.* Illinc ergo lux in tenebris lucet, nimirum lex, quae per interpretem ac sequestrem, hoc est fidelem dei servum Moysem, est praescripta. Ac superioribus quidem temporibus lux primo quaedam in naturae lege scintillae instar affulserat, quam contemplatus Enoch placuit deo, per quam deductus Abel perinde se domino probavit, per quam via cognita Noë apud deum gratiosus extitit, per quam *credidit Abraham deo, et reputatum est ei ad iustitiam.* Deinde ab hac tenui scintilla paulatim excitata lux ad *lucernae in caliginoso loco lucentis splendorem excrevit.* Eaque ipsa *lux est quae in tenebris lucet,* hoc est mandatum dei, et animi consentaneum cum bonitate consilium, quod in fidelium pectoribus in medio caliginosae malorum scelerumque, quae in humano genere versantur, cogitationis illuxit; cuiusmodi sunt idololatria, dei abnegatio, caedes, adulteria, et id genus alia. Post haec omnia magnum illud luminare prodiit, *Vera lux,* scilicet, *quae illuminat hominem venientem in mundum: in mundo erat, et mundus eum non cognovit: in propria venit, et sui eum non receperunt: quotquot autem receperunt illum, dedit eis potestatem filios dei fieri.* Videsne quibus in tenebris lux ista resplendeat? aut quaenam illam *tenebrae non comprehenderunt?* Nimirum quod a deo bonum mentibus humanis immittitur, et in mundo lucet, a peccato minime superatur.

Ioann. 1, 5. — 2.Petr.1, 19. — Rom. 4, 3. — 2.Petr.1, 19. — Ioann. 1, 5. — Ioann. 1, 10.

4. αὐτὰ *cod. Rhedig.*
5. *Corrigo* ὅτι δὴ, *aut potius* ὅτε δὴ. *Etiam Cornarius vertit* - - atque aliorum. Quando autem venit magnum luminare *cett.*

Κεφ. ξϛ'. Τὸ ὅμοιον δὲ πάλιν ἐπιλαμβάνεται ὁ αὐτὸς Μάνης ἀπὸ τοῦ τὸν σωτῆρα εἰρηκέναι, Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὃς ἔσπειρε τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ καλὸν σπέρμα· καὶ καθευδόντων τῶν ἀνθρώπων ἐχθρὸς ἄνθρωπος ἦλθε, καὶ ἔσπειρε ζιζάνια· εἶτα λέγουσιν αὐτῷ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, Οὐχὶ καλὸν σπέρμα ἔσπειρας ἐν τῷ ἀγρῷ; ὁ δὲ ἔφη, Ναί. Πόθεν οὖν τὰ ζιζάνια; ὁ δὲ ἀποκρινάμενος εἶπεν, Ἐχθρὸς ἄνθρωπος τοῦτο ἐποίησεν· οἱ δὲ δοῦλοι πρὸς αὐτὸν εἶπον, Θέλεις οὖν ἀπελθόντες [1] ἐκριζώσομεν τὰ ζιζάνια; ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη, Οὔ, μήπως ἐκριζοῦντες τὰ ζιζάνια ἐκριζώσητε καὶ τὸν σῖτον· ἀλλ' ἄφετε ἕως καιροῦ τοῦ θερισμοῦ, καὶ ἐρῶ τοῖς θερισταῖς, Συλλέξατε τὰ ζιζάνια, καὶ δήσατε [2] δεσμὰς, τὸν δὲ σῖτον ἀπόθεσθε ἐν τῇ ἀποθήκῃ, καὶ ἑτοιμάσατε τὰ ζιζάνια εἰς τὸ κατακαῆναι πυρὶ ἀσβέστῳ. Τῶν δὲ μαθητῶν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς οἰκίας λεγόντων, Εἰπὲ ἡμῖν τὴν παραβολὴν τῶν ζιζανίων, ὁ δὲ ἐπιλύει καὶ [3] ἀκριβοῖ, ἵνα μὴ συγχωρήσῃ τῷ ἀπατεῶνι κατὰ τῆς ἀληθείας λαβὴν ἔχειν. Ἀποκρίνεται οὖν σαφῶς ὁ κύριος καὶ λέγει, Ὁ τὸ καλὸν σπέρμα σπείρας ἐστὶν ὁ θεός· ὁ δὲ ἀργός ἐστιν ὁ κόσμος, τὰ ζιζάνιά εἰσιν οἱ πονηροὶ ἄνθρωποι, ὁ ἐχθρὸς ἄνθρωπός ἐστιν ὁ διάβολος, οἱ θερισταί εἰσιν οἱ ἄγγελοι, ὁ θερισμός ἐστιν ἡ συντέλεια τοῦ αἰῶνος, ὁ σῖτός ἐστιν οἱ καλοὶ ἄνθρωποι, ὅτε παραγγέλλει ὁ κύριος τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συνάγουσι τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἀπὸ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καὶ παραδιδόασιν αὐτοὺς εἰς τὸ καῆναι. Καὶ θεωρεῖτε, υἱοὶ τῆς ἀληθείας, ὅτι αὐτὰ ἃ βούλεται λέγειν καθ' ἑαυτοῦ προβάλλεται οὗτος ὁ ἀνακαινισθεὶς ἡμῖν ἀντὶ τῶν περὶ Ἰαννῆν καὶ Ἰαμβρῆν. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἀρνεῖται τὸν κόσμον τοῦ θεοῦ εἶναι· ὧδε δὲ ὁ σωτὴρ τὸν κόσμον ἔφη εἶναι τὸν ἀγρὸν, τὸν δὲ οἰκοδεσπότην καὶ κύριον τοῦ ἀγροῦ, τουτέστι τὸν αὐτοῦ πατέρα, καὶ ἑαυτὸν ἐσπαρκέναι τὸ καλὸν αὐτοῦ σπέρμα. Καὶ οὔτε διεῖλε ψυχὰς ἀπὸ σωμάτων, ἢ σώματα ἀπὸ ψυχῶν, ἀλλὰ τὸν μὲν ἐχθρὸν ἄνθρωπον ἔφη ἐσπαρκέναι τὰ ζιζάνια, ἅ εἰσιν οἱ πονηροὶ ἄνθρωποι. Ἀνθρώπους δὲ οὐ λέγει σώματα κατ' ἰδίαν, ἀλλὰ ὁμοῦ εἶπε πονηροὺς ἀνθρώπους. Πάλιν δὲ ὡσαύτως τὸ ἀγαθὸν σπέρμα, [4] ὃ ὁ οἰκοδεσπότης ἔσπειρεν ἐν τῷ ἰδίῳ ἀγρῷ, τοὺς ἀγαθούς φησι ἀνθρώπους. Καὶ οὐκ εἶπε τὰς τούτων ψυχὰς, ἀλλ' ἀγαθοὺς σὺν σώματι καὶ ψυχῇ. Ἆρα [5] γοῦν διὰ τῆς διδασκαλίας ὁ θεὸς σπείρει τὸ ἀγαθὸν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ διὰ τῆς κακομηχανίας ὁ διάβολος ὑποσπείρει τὰ πονηρὰ ἔργα ἐν τοῖς ἀνθρώποις. Ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν οὐ ῥίζαν εὑρήσομεν κακίας, ἀλλ' ἔργα δι' ἡμῶν ἐπιτελούμενα, καὶ οὐδὲ ὅλως ὁ διάβολος αἴτιός ἐστι τῶν ἐσπαρμένων ζιζανίων. Εὐθὺς γὰρ φράζει λέγων, Ἐν τῷ καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ οὐκ εἶπεν,

(pag. 680.)

Cap. LXVI. — 1. ἐκριζώσομεν cod. ms. uterque, et ed. princ. ἐκριζώσωμεν ed. Petav.

2. δεσμὰς δεσμὰς τὸν δὲ σῖτον codd. mss. et ed. princ.

3. ἀκριβοῖ ego correxi. Petavius vole-

Sed ad illam salvatoris vocem Manichaeus adhaerescit, cum Cap. LXVI.
ille dixit, *Simile est regnum coelorum homini patri familias qui semi-* Matth. 13, 24.
*navit in agro suo bonum semen: cum autem dormirent homines, inimicus homo venit, et seminavit zizania: tum sic ei servi locuti sunt, Nonne bonum semen seminasti in agro? Ego vero seminavi, respondit. Unde igitur zizania? Inimicus,* inquit, *homo hoc fecit. Cui servi, Vis, inquiunt, eamus, et extirpemus zizania? Quibus ille dixit, Non; ne forte extirpantes zizania una et triticum extirpetis: sed sinite usque ad tempus messis, et dicam messoribus, Colligite zizania, et ligate ea in fasciculos, triticum autem recondite in horreo, et praeparate zizania ad comburendum igni inextinguibili.* Discipulis vero domi ita rogantibus, *Dic nobis parabolam zizaniorum,* explicavit ille, ne ullam impostori oppugnandae veritatis occasionem relinqueret. Quare perspicue dominus ita respondet: *Qui bonum,* inquit, *semen seminavit, deus est, ager est mundus, zizania mali homines sunt, inimicus homo est diabolus, messores angeli, messis ipsa consummatio seculi, triticum porro viri boni.* Cum igitur dominus angelis suis praeceperit, hi collectos in unum peccatores, ac regno coelorum exclusos concremandos tradent. Animadvertite quaeso, quotquot
estis veritatis filii, quaecumque novus ille Iannes ac Iambre dicere 2. Tim. 3. 8.
τος, παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου. Ὄλεθρος δὲ ἐπὶ σαρκὸς ὁ παντάπασίν ἐστιν ἀφανισμός. Πῶς οὖν ἀφανιζομένης τῆς σαρκὸς ἐν χειρὶ τοῦ διαβόλου, καὶ σωζομένου τοῦ πνεύματος, ἔτι ἔσται ἀνάστασις σωμάτων, ἢ σαρκός; Καὶ οὐκ οἶδεν ὁ ἄπειρος κατὰ πάντα ὅτι τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς πορνεία, μοιχεία, ἀσέλγεια, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, καὶ οὐ περὶ αὐτῆς τῆς σαρκὸς λέγει, ἀλλὰ τῶν ἔργων τῆς σαρκός. Ὅτε μὲν ἐργάσεται πορνείαν, ἡ σὰρξ ἐργάζεται, ἐὰν δὲ κτήσηται ἐγκράτειαν, οὐκέτι ἡ σὰρξ [4] σάρξ ἐστιν, ἀλλὰ ἡ σὰρξ μεταβέβληται εἰς πνεῦμα. Ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει ὅτι, Ὁ ἀπαρχῆς συζεύξας τὰ ἀμφότερα εἶπεν, Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ κολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ὡς ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστι, [5] καὶ ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν. [6] Ἄρα οὖν ὁ τὴν πορνείαν ἐργαζόμενος σὰρξ γεγένηται· οὐ μόνον αὐτὴ ἡ σὰρξ, ἀλλὰ καὶ πάντα, καὶ ψυχὴ καὶ τὰ ἄλλα, σὰρξ γίνεται. Κολληθεὶς γὰρ τῇ πόρνῃ σὰρξ ἐγένετο, καὶ ὢν σαρκικὸς σὰρξ ὅλως καλεῖται. Ὁ δὲ κολλώμενος τῷ κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι, τουτέστι σῶμα καὶ ψυχὴ, καὶ πάντα εἴ τί ἐστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἓν πνεῦμα ἐν τῷ κυρίῳ. Καὶ περὶ τούτου νομο-
pag. 707. θετῶν ὁ αὐτὸς ἀπόστολός φησι, Ὁ θεὸς ἔθετο ἐν σώματι πάντα τὰ μέλη, ἕκαστον καθὼς ἠθέλησε· καὶ ὅρα πῶς ὁμολογεῖ τὸν θεὸν ποιητὴν τοῦ σώματος καὶ θέτην τῶν ἐν ἡμῖν μελῶν, καὶ καθὼς ἠθέλησε τῇ ἰδίᾳ σοφίᾳ καὶ ἀγαθότητι. [7] Εἶτα πάλιν, ἀντὶ τοῦ παραδείγματος τοῦ ἡμετέρου σώματος, τοῦ Χριστοῦ, Ὡς καὶ ἡμεῖς σῶμα Χριστοῦ ἐσμεν, καὶ μέλη ἐκ μέλους, καὶ ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ, ἥτις ἐστὶ σῶμα Χριστοῦ. Εἰ σῶμα τοίνυν θεοῦ ἡ ἐκκλησία κεκολλημένη τῷ πνεύματι, τουτέστι τῷ κυρίῳ, ἕν πνεῦμά ἐστιν, ὁ ἀπ᾽ αὐτῆς τοίνυν ἁμαρτάνων πνεύματος ἐκπεσὼν, σὰρξ γεγένηται ὅλως, ψυχῇ καὶ σώματι, καὶ εἴ [8] τί ἐστιν ἐν αὐτῷ. Ἐπεὶ πῶς ἐδύνατο μέρος παραδοθῆναι τῷ σατανᾷ, καὶ μέρος μὴ παραδοθῆναι; Οὐ γὰρ εἶπε παραδοθῆναι Τὴν σάρκα τῷ σατανᾷ, ἀλλὰ παραδοῦναι Τὸν τοιοῦτον. Ὁ δὲ λέγων Τὸν τοιοῦτον ὁλοσχερῆ ἄνθρωπον σὺν ψυχῇ καὶ παντὶ τῷ ἀνθρώπῳ παραδέδωκεν. Εἰ δὲ ὅλον παραδέδωκεν, ὅλον σάρκα ἀπεφήνατο· τὸ πνεῦμα δὲ ἐδήλου σώζεσθαι εἰς τὴν ἡμέραν κυρίου. Ἵνα μὴ ὑπὸ αἰτίαν γένηται ἡ ἐκκλησία τοῦ σφάλματος τοῦ σφαλέντος ἀνθρώπου, καὶ μολυνθῇ ὅλη ἡ ἐκκλησία τῷ παραπτώματι τοῦ ἑνὸς, λέγει, Παράδοτε τὸν σφαλέντα, ἵνα τὸ πνεῦμα, τουτέστιν ὅλη ἡ ἐκκλησία, σωθῇ.

4. *Alterum* σάρξ *om. in ed. Petav. Colon. repet.*
5. καὶ *om. in ed. Petav. Colon. repet.*
6. ἆρα *cod. Rhedig.*
7. „Deest aliquid" *in marg. annotavit Petavius. Repete modo* φησὶ *ex superioribus. Cornarius vertit, minus accurate*, deinde pro exemplo nostri cor-

*tradere eiusmodi satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat in die domini.* Iam carnis interitus nihil aliud est quam absoluta illius extinctio. Quomodo igitur cum in diaboli potestate caro funditus extinguatur solusque servetur spiritus, corporum esse potest carnisque resurrectio? Adeo vero est hebes ut illud non videat, carnis opera fornicationem esse, adulterium ac libidinem, et id genus alia, nec de carne illum, sed de carnis operibus loqui. Nam cum stuprum aliquis committit, caro istud exequitur, cum autem temperantiam sibi compararit, iam caro quodammodo esse caro desinit, atque in spiritum convertitur; quemadmodum apostolus refert: *Qui initio coniunxit ambos, dixit, Propter hoc relinquet homo patrem suum,* Eph. 5. 31 *et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carnem unam: sicut qui adhaeret meretrici unum corpus est, et qui adhaeret domino unus spiritus est.* Itaque qui stuprum committit, caro efficitur, non corpus duntaxat, sed et cetera omnia, adeoque anima ipsa in carnem quodammodo mutatur. Dum enim ad meretricem adhaerescit, caro fit, cumque carnalis sit, omnino caro dicitur. At qui domino adhaeret, tam corpore quam animo unus cum eo spiritus est, ac quicquid in homine inest, unus in domino spiritus efficitur. Qua de re statuens idem apostolus, *Deus*, inquit, *posuit in corpore* 1. Cor 12, 18. *omnia membra singula prout voluit.* Vide ut corporis quoque conditorem affirmet deum ac membrorum nostrorum compositorem, qui sapientia ac bonitate sua uti voluit universa constituit. Post haec exemplum corporis nostri ad Christi corpus accommodat: *Quemad-* 1. Cor. 12. 27. *modum et nos corpus Christi sumus, et membra de membro, et ecclesia dei, quae est corpus Christi.* Proinde si corpus dei ecclesia spiritui adhaerens, hoc est domino, unus est spiritus, quicumque ab eadem excidit, perinde a spiritu desciscens, anima pariter et corpore commutatur in carnem, ac si quid aliud in ipso continetur. Nam qui fieri posset, pars ut una satanae traderetur, non traderetur altera? Neque vero dixit apostolus, *Tradere carnem satanae*, sed, *Tradere eiusmodi.* At qui *Eiusmodi* dicit, integrum profecto hominem, hoc est tam animam quam corpus tradiderit necesse est. Qui cum totum tradiderit, totum videlicet carnem esse significat, at spiritum in diem domini servari demonstrat, ut ne ecclesia delinquentis hominis scelere obstringeretur, uniusque delicto tota ipsa pollueretur. Quare ita iubet apostolus: *Tradite eum qui deliquit, ut spiritus*, hoc 1. Cor. 5, 5. est ecclesia universa, *salvus sit.*

poris proponit corpus Christi, quod et nos corpus Christi sumus *cett.*

8. τι *emendarunt Cornarius et Petav.* τις *est in libris omnibus.*

Κεφ. πη'. Ἀλλὰ, φησὶ, γέγραπται, Σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι, καὶ νομίζει ἐν τούτῳ λέγειν τι. Καὶ γὰρ τῷ ὄντι οὐ δύναται πορνεία κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν, οὐδὲ μοιχεία, οὐδὲ ἀσέλγεια, οὐδὲ [1] εἰδωλολατρεία, τουτέστι σὰρξ καὶ αἷμα. Εἰ δὲ περὶ σαρκὸς καὶ αἵματος τοῦτο νομίζεις, εἶναι αὐτὴν τὴν σάρκα, πῶς ἔτι πληροῦται τὸ εἰρημένον, Καὶ ὅσοι ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ σαρκὸς ἐγενήθησαν, ἀλλ' ἐκ θεοῦ; Τίς ἐν κόσμῳ γεγένηται ἄνευ σαρκός; Ἀλλ' ἐπειδὴ μετεβλήθησαν αἱ γνῶμαι, οὐ γὰρ αἱ φύσεις τῶν γενωμένων ἀπὸ μητέρων καὶ πατέρων σαρκὸς καὶ αἵματος [2] καὶ ἐγενήθησαν τὴν δευτέραν γένησιν τὴν ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου γενήσεως διὰ πνεύματος καὶ πυρὸς, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι. Ὡς οὖν ἐνταῦθα ἐκ σαρκὸς ἐγενήθησαν καὶ ἐξ αἵματος, καὶ [3] οὐκέτι λογίζεται ἐκ σαρκὸς καὶ αἵματος ἡ γένησις, διὰ τὴν μεταβολὴν τῆς δικαιοσύνης,
pag. 708. καί τοί γε ἐν σαρκὶ καὶ αἵματι, ὥς λέγει, Ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες, οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα, [4] ἄρα οὖν ἔνι σὰρξ, οὐ κατὰ σάρκα στρατευομένη, καὶ διὰ τοῦτο λέγει σάρκα καὶ αἷμα μὴ κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν, οὐ περὶ τῆς σαρκὸς ταύτης τῆς καμούσης, τῆς ἁγιασθείσης, τῆς τῷ θεῷ εὐαρεστησάσης, ἀλλὰ περὶ τῆς ἐν ἁμαρτίαις ἐξετασθείσης. Ἐπεὶ πῶς ἂν πληροῦται τὸ εἰρημένον, Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο [5] ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. Τηλαυγέστερον δὲ περὶ τούτου ὁ αὐτὸς ἀπόστολος σημαίνων, ἵνα μή τινες πλανηθῶσι, καὶ ἀντὶ τῶν φαύλων ἔργων τὴν τοῦ σώματος πλάσιν ἀπελπίσωσιν ἐκ τῆς ἀναστάσεως, λέγει, Νεκρώσατε τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἅτινά ἐστι πορνεία, μοιχεία, ἀσέλγεια, καὶ τὰ ἑξῆς. [6] Ἀλλ' ἄκουε καὶ τοὺς ὀφθέντας τοῖς Γαλιλαίοις, καὶ λέγοντας ὅτι, Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ἑωράκατε ἀφ' ὑμῶν ἀναλαμβανόμενον, οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον εἴδετε αὐτὸν ἀναλαμβανόμενον.

Κεφ. πθ'. Ἀπὸ δὲ τῶν εἰρημένων πάντων δύνανται οἱ νουνεχεῖς τὸν νοῦν [1] ἐπιστῆσαι ἐπὶ πᾶσι τοῖς τῆς ἀληθείας λόγοις, καὶ τοῖς ἀπὸ [2] τοῦ ψεύσματος τοῦ προειρημένου λεγομένου Μανιχαίου, ἵνα, εἰ καὶ οὐκ ἐπεμνήσθην τινὸς μαρτυρίας, ἀπὸ τῶν δύο ἢ τριῶν μαρτυριῶν ὧν εἴπομεν τὰ πάντα αὐτοῦ φωραθῇ ψευδῆ. Ἡμεῖς δὲ πολλὴν ἐπιβεβη-

Cap. LXXXVIII. — 1. εἰδωλολατρία cod. Rhedig. et Ien. (cum rasura).
2. καὶ restitui ex codd. mss. Quod est plane necessarium. Agnoscit etiam Latina versio Cornarii et geniti sunt secunda nativitate cett.
3. οὐκ ed. Petav. Colon. repet.
4. Vulgo ἆρα.
5. δύσασθαι cod. Rhedig.
6. Post verba καὶ τὰ ἑξῆς Cornarius et Petavius aliquam multa excidisse statuerunt, locumque lacunae signo notave-

Atqui scriptum est, ait, *Caro et sanguis regnum dei non possidebunt.* Qua scripturae sententia nonnihil efficere se putat. Verum longe is aberrat. Certum enim est non posse stuprum coeleste regnum obtinere, nec adulterium, neque libidinem nec idololatriam, quae omnia per carnem et sanguinem intelligenda sunt. Nam si carnem et sanguinem sic interpretaris, ut ad propriam hominis carnem pertineat, quonam modo verum illud esse poterit? *Quotquot autem receperunt illum, dedit eis potestatem filios dei fieri: qui non ex sanguinibus, neque ex carne nati sunt, sed ex deo.* Quis in mundo sine carne natus est? Verum quoniam non naturae quidem illorum, qui ex parentum carne et sanguine propagati sunt, sed animi commutati sunt, ac secunda generatione a domino per spiritum ignemque procreati, propterea, *Dedit,* inquit, *illis potestatem filios dei fieri.* Sic igitur ex carne istic et sanguine nati sunt. Neque tamen ob traductionem illam ad iustitiam alterius ex carne et sanguine habetur generationis ratio. Quamquam in carne nihilominus, et sanguine permaneant; velut alio loco dicit, *In carne ambulantes non secundum carnem militamus.* Quocirca inest quidem caro, sed non secundum carnem militat. Hinc est quod ait, *Carnem et sanguinem coeleste regnum minime possidere.* Ubi non de ea carne loquitur, quae laboribus attrita, quae sanctitate consecrata, quae deo denique grata sit, sed de ea quae in peccatorum sordibus detinetur. Quod nisi ita est, quinam illud impleri poterit: *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem?* Quod clarius idem apostolus significans, ne qui forsitan errarent, atque ob scelera de formatione corporis in resurrectione desperarent, his verbis hortatur: *Mortificate membra, quae sunt in terra,* hoc est, fornicationem, adulterium, libidinem, etc. Imo et eos [audi] qui Galilaeis apparuerunt eosque sic allocuti sunt: *Hunc Iesum, quem vidistis a vobis assumptum, sic veniet quemadmodum vidistis eum assumptum.*

Cap. LXXXVIII. 1.Cor.15,50. Ioann. 1,12. 2. Cor. 10,3. 1.Cor.15,50. 1.Cor.15,53. Col. 3,5. Act. 1,11.

Cap. LXXXIX.

Ex his, quae hactenus dicta sunt, facile intelligentes homines possunt tam ad veros sermones quam Manichaei mendacia animum advertere: ut tametsi quodpiam allatum ab eo testimonium praetermiserim, ex duobus illis tribusque, quae commemoravimus, reliqua ab eo falso conficta deprehendantur. Nos autem longo asperoque

*runt. At ut in codicibus manu exaratis nullum eius suspicionis indicium, ita nec sententiam ab ulla iam parte mancam esse videbis, postquam levissima correctione restituimus* Ἀλλ᾽ ἄκουε καὶ τοὺς *cett. Vulgo enim legebatur* ἀλλὰ καὶ τοὺς *cett., voce* ἄκουε *vicinis vocabulis absorpta.*

Cap. LXXXIX. — 1. *Sic recte Petavius. Codd. mss. et edit. princ.* ἐπιστῆναι.

2. τοῦ *om. ed. Petav. Colon. repet. In seqq. abundare videtur* λεγομένου.

κότες ὁδὸν τραχεῖαν, καὶ κινδυνώδεις τόπους, μόλις ταυτησὶ τῆς ἀμφισβαίνης καὶ θηρὸς ὀλετηρίου τῆς κεγχρίτιδος, ἀπὸ πολλῶν ὁμοιωμάτων πεποικιλμένης πρὸς ἀπάτην τῶν ὁρώντων, ἐχούσης δὲ κεκρυμμένην [3] κάτω τὴν κεντρώδη καὶ ἰοβόλον πηγὴν, τῆς ἐκ πάντων ὁρμωμένης. Ἐπειδὴ γὰρ μετὰ Ἑλλήνων Ἕλλην ἐστὶν, ἥλιον προσκυνῶν, καὶ σελήνην, καὶ τὰ ἄστρα, καὶ δαίμονας, [4] Ἕλλην ὁ ἀνὴρ, ἀγαπητοὶ, τυγχάνει, καὶ ἡ αὐτοῦ αἵρεσις τὰ τῶν Ἑλλήνων ὑφηγεῖται, τὰ μάγων ἐπίσταται, καὶ ἐν αὐτοῖς ἐγκυλινδεῖται, ἀστρονόμους ἐπαινεῖ,
pag. 709. τὰ αὐτῶν περιεργαζόμενος, μόνον Χριστοῦ σεμνύνεται ὄνομα λόγῳ, ὡς καὶ αὐτὴ ἡ κεγχρῖτις κρύπτει μὲν τὸν ἰὸν, ἀπατᾷ δὲ διὰ τῆς ποικιλίας, ἐν μέσῳ ὑλῶν πολλῶν γενομένη, καὶ ἀφομοιουμένη μετὰ τῶν ὄντων. Ἐν δὲ τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει τῷ ξύλῳ τῆς ἀληθείας, καὶ αἵματι Χριστοῦ, καὶ σώματι τῷ ἀπὸ Μαρίας, τῷ ἀληθινῶς γεγεννημένῳ, καὶ τῇ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει, καὶ τῇ ὁμολογίᾳ τῆς μιᾶς ἑνότητος, συντρίψαντες τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος ἐπὶ τοῖς ὕδασι, τὴν πολυκέφαλον ταύτην αἵρεσιν, εἰς τοὐπίσω στρέψαντες, καὶ [5] τὴν κεφαλὴν καταθλάσαντες, εὐχάριστοι μὲν θεῷ διατελέσωμεν, ἐπὶ δὲ τὰς ἑξῆς αἱρέσεις προελθεῖν σπεύσωμεν, θεὸν ἐπικαλούμενοι βοηθὸν τῆς ἡμῶν ἀσθενείας, ὅπως τὰ ἐπηγγελμένα ἐν θεῷ περαιώσαντες, τελείως θεῷ εὐχαριστήσωμεν.

## ΚΑΤΑ ἹΕΡΑΚΙΤΩΝ,

### τεσσαρακοστὴ ἑβδόμη, ἡ καὶ ἑξακοστὴ ἑβδόμη.

Κεφ. α΄. Μετὰ τὴν μοχθηρὰν ταύτην, καὶ ἰοβόλον ὑπὲρ πᾶσαν αἵρεσιν, καὶ ἑρπετώδη τοῦ Μάνη βαρβαρικὴν θηριοβολίαν τῆς διδασκαλίας ἀνέστη τις Ἱέρακας ὀνόματι, ἀφ᾽ οὗπερ Ἱερακῖται. Οὗτος ἐν τῇ Λεοντῷ, τῇ κατ᾽ Αἴγυπτον ὑπῆρχεν, ἐν προπαιδείᾳ οὐ μικρᾷ ὑπάρξας, Ἑλληνικῶν τε πάντων λόγων ἐπιτηδεύμασιν ἀσκηθεὶς, ἰατροσοφιστικῇ τε καὶ τοῖς ἄλλοις, τοῖς τῶν Αἰγυπτίων καὶ Ἑλλήνων μαθήμασιν ἀκριβῶς ἐπιστάς. Τάχα δὲ καὶ ἀστρονομίας· καὶ μαγείας ὁ ἀνὴρ παρήψατο· ἐμπειρότατος γὰρ ὑπῆρχε πολλῶν λόγων, καὶ ἐν ἐξηγήσει, ὡς ὑποφαίνουσι οἱ αὐτοῦ λόγοι, πάνυ δὲ τὴν τῶν Αἰγυπτίων ἐπιστάμενος γλῶσσαν. Αἰγύπτιος γὰρ ὁ ἀνὴρ ἦν, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν Ἑλλήνων τετρανωμένος οὐ μικρῶς, ὀξὺς κατὰ πάντα τρόπον. Ὑπῆρχε δῆθεν Χριστιανὸς, ἀλλ᾽ οὐκ ἐνέμεινε τῇ τοῦ Χριστοῦ πολιτείᾳ. Παρέπεσε γὰρ, καὶ ὀλισθήσας ἐξώκειλεν. Οὗτος μὲν γὰρ παλαιὰν καὶ

3. *Ita corrigendum erat. Libri habent* κατὰ. *Minus certo potest statui de medicina qua sententiae succurramus, quae mutila videtur esse. Excidit fortasse* κεκρατήκαμεν, *vel simile quid. Nisi participio* ἐπιβεβηκότες, *id quod non semel fecit Epiphanius, usus est pro finito, ut sententia sit* Nos autem magnam viam

itinere per periculosa loca confecto, aegre amphisbaenam illam ac cenchritidem, letalem inprimis bestiam evasimus, quae multarum rerum similitudinibus variegata contuentes decipit. Ex quibus omnibus velut conflatum et occultum mortiferi inaculeo veneni fontem continet. Manichaeus enim cum gentilibus gentilis est, ac solem, lunam, sidera, daemonesque veneratur, gentilis, inquam, est, o carissimi, eiusque secta Graecorum superstitiones tradit; magorum quoque praestigias complectitur, in iisque volutatur, astronomos laudat, quorum curiosas artes persequitur, ac verbo tenus Christi nomine gloriatur. In quo cenchritidis simillima est, quae occultato veneno varietate sua fallit, atque inter varia fruteta versans, rerum omnium quibus circumdata est similitudinem exprimit. Enimvero posteaquam dei ope ac veritatis fuste, nec non et Christi sanguine ac corpore, quod ex Maria revera natum est, ac mortuorum resurrectionis, et unius eiusdemque dei confessione, *draconis illius in* Ps. 73, 14.
*aquis caput confregimus*, hoc est, multicipitem illam haeresin effugavimus, caputque comminuimus, perpetuae primum habendae deo gratiae sunt, tum ad ceteras deinceps properandum, ita ut a deo supplices postulemus, nostrae ut imbecillitati succurrat, ut iis quae suscepimus absolutis cumulatiores eidem referre possimus.

## ADVERSUS HIERACITAS,
## quae est haeresis XLVII., vel LXVII.

Post improbam illam, ac prae omni alia haeresi virulentam, Cap. I.
serpentinam et barbaricam Manichaei doctrinam Hieracas quidam nomine prodiit, a quo Hieracitae nominati sunt. Hic in oppido Aegypti Leontone vixit, humanioribus literis inprimis eruditus, ac Graecorum disciplinis, praesertimque medicina et aliis artibus imbutus, ad quas Aegyptiorum quoque doctrinam adiunxerat. Ac nescio an et astronomiae ac magicarum artium scientiam attigerit. Fuit certe variis artibus instructus, atque explicandi peritus, ut ex illius commentariis apparet; sed Aegyptiorum linguam potissimum calluit, utpote genere Aegyptius. Nec vero Graecae linguae scientia mediocriter est perpolitus, vir acutissimo in omnibus ingenio. Atque hic quidem Christianus fuit, sed non in eo vitae genere quod esset Christo dignum perseveravit. Siquidem prolapsus, et impactus a veritate excidit. Cum enim veteris novique testamenti scientissimus

et periculosos huius amphisbaenae demum locos emensi sumus *celt.*
4. *Vox* Ἕλλην *abest a codd. mss. Recte eam restituit Cornarius.*
5. τὴν *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

καινὴν διαθήκην σαφῶς εἰπεῖν ἀποστηθίζων, καὶ εἰς [1] αὐτὰ ἐξηγησάμενος, ἐδογμάτισε παρ' ἑαυτῷ ἀπὸ κενοφωνίας ἑαυτοῦ ὅπερ αὐτῷ ἔδοξε καὶ ὃ ὑπεισῆλθεν αὐτῷ.

Βούλεται γὰρ καὶ οὗτος τὴν σάρκα μὴ ἀνίστασθαι τὸ παράπαν,
pag. 710. ἀλλὰ τὴν ψυχὴν μονωτάτην. Πνευματικὴν δὲ τὴν ἀνάστασιν φάσκει, καὶ ὅσα ἔστιν ἀπὸ τῶν θειῶν γραφῶν εἰς ἑαυτοῦ νοῦν ἀναλεξάμενος, οὕτως ἑαυτῷ ἐπεσώρευσεν ἀτόπων πλάσματα, [2] ἅττα φαῦλα ἑαυτῷ μηχανησάμενος πρὸς σύστασιν τῆς αὐτοῦ αἱρέσεως. Ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ ἔκπληκτος τῇ αὐτοῦ ἀσκήσει, καὶ δυνάμενος πεῖσαι ψυχάς· αὐτίκα πολλοὶ τῶν ἀσκητῶν τῶν Αἰγυπτίων αὐτῷ συναπήχθησαν. Οἶμαι γὰρ ὅτι περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν, ὡς ἠρνήσατο τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν, ἀπὸ Ὠριγένους τὰς προφάσεις εἰληφὼς, ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ τῆς διανοίας τοῦτο ἐξεμέσας. Οὐ παραδέχεται οὗτος γάμον· [3] φάσκει εἶναι τοῦτο παλαιᾶς διαθήκης. Τοὺς μὲν γὰρ περὶ τὸν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ Μωϋσέα καὶ Ἀαρὼν, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους, Ἠσαΐαν καὶ Ἱερεμίαν ὁμοίως δέχεται, καὶ προφήτας ἡγεῖται, καὶ συγκεχωρῆσθαί φησι ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ τῷ γάμῳ συνάπτεσθαι, ἀπὸ δὲ τῆς ἐνδημίας τοῦ Χριστοῦ μηκέτι τὸν γάμον παραδέχεσθαι, μήτε δύνασθαι αὐτὸν κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν. Τί γὰρ, φησὶ, ἦλθε ποιεῖν καινὸν ὁ λόγος; ἢ τί καινὸν ἦλθε κηρύξαι ὁ μονογενὴς, καὶ κατορθῶσαι; εἰ μὲν γὰρ περὶ φόβου θεοῦ, τοῦτο εἶχεν ὁ νόμος· εἰ δὲ περὶ τοῦ γάμου, κεκηρύχασιν αἱ γραφαί· εἰ δὲ περὶ φθόνου [4] καὶ πλεονεξίας καὶ ἀδικίας, ταῦτα πάντα περιεῖχεν ἡ παλαιὰ διαθήκη. Ἓν δὲ μόνον τοῦτο κατορθῶσαι ἦλθε, τὸ τὴν ἐγκράτειαν κηρύξαι ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ ἑαυτῷ ἀναλέξασθαι ἁγνείαν καὶ ἐγκράτειαν. Ἄνευ δὲ τούτου μὴ δύνασθαι ζῆν.

Κεφ. β'. Τὰς δὲ προφάσεις ταύτας πανταχόθεν ἀναλέγεται, ὅταν εἴπῃ ὅτι, Καὶ τὸν ἁγιασμὸν [1] ὑμῶν, οὗ χωρὶς τὸν θεὸν οὐδεὶς ὄψεται. Ἐὰν δὲ εἴπωσιν αὐτῷ, Πῶς ὁ ἀπόστολος ἔφη, Τίμιος ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ θεὸς, [2] καὶ εὐθὺς ἐπιφέρει αὖθις λέγων, Ὑπερβὰς δὲ ὀλίγον λέγει ὅτι, Ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ, καὶ ἡ παρθένος· ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρὶ, καὶ μεμέρισται. Εἰ τοίνυν ἐστὶ μερισμὸς, πῶς δύναται ὅπου μερισμὸς ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοινωνῆσαι; καὶ εἰ θεῷ οὐκ ἀρέσκει, ἀλλὰ τῷ ἀνδρὶ, πῶς δύναται παρὰ θεῷ κεκτῆσθαι τὴν κληρονομίαν; Διὰ γὰρ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω,
pag. 711. οὐκ ἐπαινῶν φησι γάμον μετὰ τὴν παρουσίαν, ἀλλὰ συμβαστάζων, ἵνα μὴ εἰς περιττὸν ὄλεθρον ἐμπέσωσιν. Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι οἱ ἑαυτοὺς

Cap. I. — 1. *An* αὐτάς?
2. *Libri habent* ἅττα.
3. φάσκει *cod. Rhedig.* φάσκειν *cod. Ien. et editi. Petavius voluit* φάσκων, *quod et mihi placet.*
4. καὶ *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

esset, ut ea de pectore suo velut expromeret, ac commentaria scripsisset, multa de suo dogmata vanissime aspersit, ac quicquid visum est pro libidine sua proposuit.

Negat is omnino resurgere carnem, idque animae soli tribuit, proindeque spiritalem esse resurrectionem asserit. Sacrarum vero literarum testimonia colligens, et ad institutum suum ac mentem accommodans, absurdissima quaedam dogmatum commenta cumulavit, et ad haeresin suam stabiliendam prava quaedam excogitavit. Ceterum vitae ille instituto ac genere plane admirabilis fuit, et ad alliciendos animos inprimis efficax. Quare plerique ex Aegyptiis monachis in illius errores adducti sunt. Nam quod ad mortuorum resurrectionem attinet, quod carnis resurrectionem inficiatur, id ab Origene mutuatus videtur, nisi id ex sese evomuisse dicendus est. Idem nuptias repudiat; quas veteris testamenti proprias fuisse docet. Quippe Abraamum, Isaacum et Iacobum, Moysem, Aaronem, ac sanctos omnes, velut Isaiam et Ieremiam pariter asciscendos existimat, et prophetas arbitratur, nuptiasque in veteri testamento licitas fuisse, sed post adventum Christi easdem reiiciendas; utpote quibuscum coeleste regnum obtineri nequeat. Quid enim, inquit, verbum novi ut faceret advenit? quid inquam novi praedicare, aut quod egregium facinus moliri voluit? Si dei timorem dixeris, hoc iam lex ipsa continebat: si nuptias, etiam in sacris literis praedicantur: si invidiam avaritiam iniustitiam damnasse dicas, haec omnia vetere testamento comprehensa sunt. Superest ergo id ut unum efficere voluerit ut continentiam praedicaret in mundo, ac sibi ipsi castimoniam deligeret; sine qua obtineri vita non possit.

Ad id vero dogma comprobandum undecumque argumenta corrogat, velut illum locum: *Sanctificationem vestram, sine qua nemo videbit deum.* Quod si apostoli dictum illud obiicias, *Honorandae sunt nuptiae, et torus immaculatus: fornicatores autem et adulteros iudicabit deus*, sic ille respondet: Atqui paulo post idem apostolus dicit, *Innupta sollicita est de his quae dei sunt, quomodo placeat domino, et virgo: nupta vero sollicita est quomodo placeat viro, et divisa est.* Unde si divisio inest, quomodo intercedere communio potest? Ac si deo non placeat, sed viro, potestne hereditatem a deo consequi? Cum autem sic hortatur: *Propter fornicationes autem, unusquisque suam uxorem habeat*, non laudandas post adventum domini, sed tolerandas nuptias putat, ne maius in exitium praecipites ruant. *Sunt enim eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum coelorum.*

Cap. II. Hebr. 12, 14. Hebr. 13, 4. 1. Cor. 7, 34. 1. Cor. 7, 2. Matth. 19, 12.

Cap. II. — 1. ἡμῶν ed. Petav.
2. Fortasse κατευθύς.

[3] εὐνουχίσαντες διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· καὶ, Θέλω, φησὶ, πάντας εἶναι ὡς ἐμαυτόν· καὶ, Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν δέκα παρθένοις, πέντε μωραῖς, καὶ πέντε φρονίμοις. Φρόνιμοι παρθένοι, μωραὶ παρθένοι, πλὴν παρθένοι, βασιλείᾳ οὐρανῶν ἀπεικάζονται, καὶ οὐκ εἶπεν ἔγγαμοι. Πολλὰ δὲ τοιαῦτα [4] ἑαυτῷ ἐπισωρεύει, ἵνα δῆθεν παρεκβάλῃ γάμον.

Οὐ δέχεται δὲ τοὺς παῖδας τοὺς τελευτῶντας πρὸ γνώσεως, ἀλλ' ἀποβάλλει αὐτοὺς τῆς νομιζομένης ἐλπίδος. Φάσκει γὰρ τούτους μὴ κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν, ἐπειδὴ, φησὶ, οὐκ ἠγωνίσαντο. Ἐὰν γὰρ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Εἰ γὰρ καὶ ὁ ἀθλῶν οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως, πόσῳ γε μᾶλλον οἱ μηδέπω εἰς ἀγῶνα κεκλημένοι; οὐ πιστεύει δὲ πάλιν οὗτος παράδεισον εἶναι αἰσθητὸν, ὥςπερ ἀμέλει καὶ Ὠριγένης· οὐδὲ, ὡς ἔφην, νεκρῶν ἀνάστασιν τὴν διὰ σαρκός. Ἀλλ' ἀνάστασιν μὲν νεκρῶν λέγει, ἀνάστασιν δὲ τὴν τῶν ψυχῶν, καὶ πνευματικήν τινα φάσκων μυθολογίαν. Οὐδεὶς δὲ μετ' αὐτῶν συνάγεται, ἀλλὰ εἰ εἴη παρθένος, ἢ μονάζων, ἢ ἐγκρατὴς, ἢ χήρα. Περὶ δὲ τὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα οὐ φάσκει κατὰ τὸν Ὠριγένην, ἀλλὰ πιστεύει ὄντως τὸν υἱὸν ἐκ πατρὸς γεγεννημένον.

Κεφ. γ'. Καὶ περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἐκ πατρὸς [1] εἶναι. Φάσκει δὲ οὗτος, ὡς [2] ἄνω μοι ἐν τῇ τῶν Μελχισεδεκιανῶν αἱρέσει δεδήλωται, περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Μελχισεδὲκ, διὰ τὸ, φησὶ, εἰρηκέναι ὅτι, Ὑπερεντυγχάνει στεναγμοῖς ἀλαλήτοις ὑπὲρ ἡμῶν. Καὶ τίς ἐστιν οὗτος; Ἀλλὰ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. Τὸ δὲ ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς διὰ τὸ ὑπερεντυγχάνειν. Τοῦτο δὲ τὸ πνεῦμα συνηντηκέναι τῷ Ἀβραὰμ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἐπειδὴ γὰρ ὅμοιόν ἐστι τῷ υἱῷ. Καὶ διὰ τοῦτό φησι ὁ ἀπόστολος, Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος. Ἀμήτωρ φησὶ, ὅτι οὐκ ἔχει μητέρα· ἀπάτωρ φησὶ, ὅτι ἐπὶ γῆς οὐκ ἔσχε πατέρα· ἀφωμοιώμενος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. Καὶ πολλὰ φλυαρῶν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος διεξ-
pag. 712. ῆλθε περὶ τούτου πολλὴν πραγματείαν. Βούλεται δὲ τὴν τελείαν αὐτοῦ σύστασιν ποιεῖσθαι ἀπὸ τοῦ Ἀναβατικοῦ Ἡσαΐου, δῆθεν ὡς ἐν τῷ Ἀναβατικῷ λεγομένῳ ἔλεγεν ἐκεῖσε ὅτι, Ἔδειξέ μοι ὁ ἄγγελος [3] περιπατῶν ἔμπροσθέν μου, καὶ ἔδειξέ μοι, καὶ εἶπε, Τίς ἐστιν ὁ ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ· καὶ [4] εἶπα, Σὺ οἶδας, κύριε; Λέγει, Οὗτός ἐστιν ὁ ἀγαπητός. Καὶ τίς ἐστιν ὁ ἄλλος ὁ ὅμοιος αὐτῷ ἐξ ἀριστερῶν ἐλθών; Καὶ [5] εἶπα, Σὺ γινώσκεις, τουτέστι τὸ ἅγιον πνεῦμα τὸ λαλοῦν ἐν

3. εὐνουχήσαντες *scripti libri et ed. princ.*
4. ἐπισωρεύει ἑαυτῷ *cod. Rhedig.*

Cap. III. — 1. *Repete* πιστεύει.
2. *V. haer.* 55, 5.
3. *Libri scripti habent* περιπατῶν, *cui*

Iterum: *Volo omnes esse sicut meipsum.* Tum: *Simile factum est* 1. Cor. 7, 7.
*regnum coelorum quinque virginibus, quarum quinque erant fatuae, et* Matth. 25, 1.
*quinque prudentes.* Ubi tam prudentes virgines quam fatuae, sed nihilominus virgines, cum coelesti regno comparantur, nec de nuptiis mentionem fecit. Multa id genus alia adversus nuptias accumulat.

Neque vero puerulos ante cognitionis usum mortuos admittit, sed a proposita spe reiicit. Negat enim istos coeleste regnum capessere, quandoquidem certamen nullum obierint. Nam qui in certamen descendit, *non coronatur, nisi legitime certaverit.* Quare 1. Timoth. 2, 5.
cum ne ii quidem qui certant nisi id legitime praestiterint, coronentur, quanto minus qui ne ad certamen quidem adhuc vocati sunt? Paradisum porro sensibilem esse non putat, quo in errore versatus est et Origenes. Neque, ut antea dixi, mortuorum resurrectionem ad carnem pertinere, sed ita resurgere mortuos fatetur, solas ut animas id assequi velit, ac spiritalem nescio quam fabulam contexat. Ceterum nemo in illorum gregem admittitur nisi virgo sit, aut monachus, aut continens, aut vidua. De patre, filio et spiritu sancto non eadem cum Origene sentit, quin potius et a patre filium revera genitum, et spiritum sanctum credit a patre procedere.

Quem quidem spiritum, quemadmodum supra in Melchisedecia- Cap. III.
norum haeresi docuimus, Melchisedecum esse sibi persuadet, pro
eo quod scriptum est, *Pro nobis orat gemitibus inenarrabilibus.* Et Rom. 8, 26. Hebr. 7, 3.
quis ille tandem est? *Manet*, inquit, *sacerdos in aeternum.* Porro sacerdos in aeternum ideo manet ut orare possit. Hunc ipsum spiritum Abrahamo per illud tempus occurrisse putat. Est enim, inquit, filio similis; quare ab apostolo dicitur *esse sine patre, sine matre, sine genealogia. Sine matre,* quod omnino nullam habuerit; *sine patre,* quod eum in terra non habuerit; *similis vero filio dei factus manet sacerdos in aeternum.* Praeter haec multa alia de spiritu sancto garriens fusissimam de eo disputationem instituit. Sed praecipuum opinionis suae firmamentum ex libro quodam qui Anabaticus Isaiae inscriptus est, arcessit, quo in libro sic loquitur: *Ostendit mihi angelus de omnibus coram me, et ostendit mihi, et dixit, Quis est ad dexteram dei? Et dixi, Tu scis, domine. Tum ille, Hic est dilectus. Et quis est alter ei similis qui a sinistra venit, et dixi, Tu nosti; hic est spiritus sanctus, qui in te loquitur et in prophetis. Et*

*scripturae testimonium dedit Nicetas Thes. Orthod. Fidei IV, 34. Cornarius et Petavius ediderunt* περὶ πάντων. *Et tamen verterat Cornarius* obambulans angelus coram me.

4. εἶπα *Nicetas l. l., et ed. Petav.* εἶπε *codd. Rhedig. et Ien.*

5. εἶπα *Nicetas l. l., et ed. Petav.* εἶπε *liber scriptus uterque.*

σοὶ, καὶ ἐν τοῖς προφήταις· καὶ ἦν, φησὶ, ὅμοιον τῷ ἀγαπητῷ. Ἐκ τούτου βούλεται συνιστᾶν τὸ εἰρημένον, [6] Ἀφωμοιωμένος τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές.

Πόσα τοίνυν δυνήσεται ὁ ἡμέτερος νοῦς καὶ περὶ τούτου διαλαμβάνειν πρὸς ἀντίθεσιν τῆς αὐτοῦ πολλῆς παραπεποιημένης διανοίας; Οὗτος δὲ γηραλέος ἐτελεύτα. Συνεγράψατο δὲ Ἑλληνικῶς τε καὶ Αἰγυπτιακῶς, ἐξηγησάμενος καὶ συντάξας τῆς ἑξαημέρου μύθους τινὰς πλασάμενος, καὶ κομπώδεις ἀλληγορίας· εἰς ἄλλα δὲ [7] ποσὰ ἀπὸ τῆς γραφῆς συνέταξε, ψαλμούς τε πολλοὺς νεωτερικοὺς ἐπλάσατο. Ἐμψύχων τε πολλοὶ ἐξ αὐτῶν οὐ μετέχουσι τῶν [8] ἀληθινῶν αὐτῶν τοῦ δόγματος. Ὁ δὲ Ἱέρακας αὐτὸς τῷ μὲν ὄντι πολλὴν εἶχε τὴν ἄσκησιν, οἱ δὲ μετ' αὐτὸν αὐτοῦ μαθηταὶ καθ' ὑπόκρισιν. Ἐκεῖνος μὲν ἀπείχετο πάντων βρωμάτων, καὶ ἠσκεῖτο, καὶ ἀπὸ οἴνου. Φασὶ δέ τινες περὶ αὐτοῦ ὅτι ὑπὲρ ἐνενήκοντα ἔτη βιώσας ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἐτελεύτα ἐκαλλιγράφει. Καλλιγράφος γὰρ ἦν. Ἔμενε γὰρ αὐτοῦ [9] συνεστὼς ὁ ὀφθαλμός.

Κεφ. δ'. Φέρε δὲ διασκοπήσωμεν καὶ τὰ τούτου ζιζάνια, ποίᾳ διανοίᾳ λόγου θεϊκοῦ συνάψωμεν καὶ ἐξαφανίσωμεν τόδε ἰοβόλον τοῦτο ἑρπετὸν, σκορπίου δίκην [1] τῶν ἔμπροσθεν καὶ κατόπιν παῖον, ἀπὸ δύο διαθηκῶν ἑαυτῷ ἐπισωρεῦον τὰ πρὸς βλάβην, οὐχ ὡς ἔχουσιν οἱ θεῖοι λόγοι, ἀλλ' ὡς ἡ παραπεποιημένη [2] αὐτοῦ ἔννοια τὰ φωτεινὰ σκοτεινῶς διενοεῖτο. Οὐ μεμπτὸν γὰρ τὸ μέλι, οὔτε [3] πικρὸν αὐτὸ, οὐδὲ αἱ ἐδωδαὶ ἐκ θεοῦ ἐκτισμέναι αἱ καλλίους, διδόμεναι δέ τινι πυρέττοντι πικραὶ ἐν τῷ στόματι [4] αὐτοῦ φαίνονται, οὐ τῶν ἡδέων πεπικραμμέ-
pag. 713. νων, ἀλλὰ τοῦ γεύματος τοῦ πυρέττοντος πικραίνοντος τὰ αὐτῷ διδόμενα. Οὕτω καὶ πᾶς τις ἀπὸ τῆς ἀληθείας πεσὼν οὐκ ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἠπάτηται, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν πικροῖς διανοήμασιν ἐγεύσατο, καὶ εἰς [5] πικρίαν αὐτῷ μετεβλήθη. Ἴδωμεν δὲ περὶ τῶν [6] παίδων τί εἴπωμεν περὶ τῶν ἀποκτανθέντων εὐθὺς ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας διὰ Χριστόν; ἆρα βασιλείας οὐρανῶν εἰσιν ἀμέτοχοι [7] οἱ τοιοῦτοι, ἢ με-

6. *Libri scripti et ed. princ. habent* ἀφομοιούμενος.

7. *Sic emendavit Petav. Libri habent* πόσα. *Mea suspicio est* ὁπόσα.

8. *Haec verba corrupta sunt. Rescribo* τῶν μαθητῶν αὐτοῦ τοῦ δόγματος.

9. συνετὸς *cod. Rhedig.*

Cap. IV. — 1. τῶν *uncinis notavit Petavius. Retineo, aptum faciens hunc genetivum a voc.* δίκην, *ut genetivum* σκορπίου *a* τῶν ἐμπρ. καὶ κατόπιν. *Quamquam facile esset corrigere* δίκην ἐκ τῶν *cett. Pro* ἐπισωρεῦον *vulgo extat* ἐπισωρεύων.

2. *Ita libri scripti, non* αὐτῶν, *ut est in editis. Quamquam Cornarium video transtulisse* ipsius.

*erat, inquit, similis dilecto.* Ex hoc loco illam scripturae sententiam confirmare nititur, *Assimilatus filio dei manet sacerdos in perpetuum.* Hebr. 7, 3.

Verum quam multa de hoc argumento excogitare mens nostra potest, ac disputando complecti, quibus depravata illius intelligentia ac sententia refellatur! Ceterum iste extrema senectute mortuus est, ac Graeca Aegyptiacaque lingua quamplurima scripsit. Inter cetera commentarios et lucubrationes de opere sex dierum, quibus fabulas nonnullas et vanissimas allegorias commentus est. Necnon et alia quaedam ex sacris deprompta literis, quibus et psalmos quosdam novitios a se conditos adiecit. Qui illius sectam vere et ex animo profitentur, plerique ab animalis abstinent. Nam quod ad Hieracam ipsum pertinet, severam admodum vitae disciplinam adhibuit. Sed qui post illum extitere discipuli nihil praeter simulationem habuerunt. Constat illum ab eduliis omnibus sibi temperasse, adeoque severe vixisse ut et vino careret. Auctores nonnulli sunt ultra annos nonaginta vixisse, et ad extremum vitae tempus libros antiquarii more scripsisse. Librarius enim et quidem peritus fuit, nec oculus ei caligavit.

Nunc ab eo disseminata zizania consideremus, quanam videli- Cap. IV.
cet divini verbi sententia venenatum hunc serpentem constringere atque extinguere possimus, qui scorpii instar anteriori posteriorique parte ferit, hoc est ex utroque testamento quae sunt nocitura colligit; quae non eo sensu accipit quo in divinis literis produntur, sed pro eo ac perversa mens illius quae clarissima ac perspicua sunt obscure ac tenebricose capiebat. Neque enim vituperandum mel aut amarum est, nec exquisitissimi quique cibi, quorum auctor deus est, iidem tamen, si febri laborantibus dederis, amari in illorum ore videbuntur; non quod illorum suavitas amaritudine ulla suffusa sit, sed quod aegrotorum gustus iniucundo illo sapore oblatos cibos infecerit. Ita quisquis a veritate aberrat, nequaquam ab ea in fraudem inductus est. Sed ad veritatem degustandam velut amaros animi sensus attulit, ideoque et in amaritudinem veritas est illi conversa.
Sed ut de puerulis potissimum agamus, quid de illis dicemus qui in Matth. 2, 16.
Bethleem Iudaeae subinde propter Christum occisi sunt? Quaero utrum necne coeleste regnum consecuti sint? Enimvero consecuti

3. *Reposui* πικρὸν αὐτὸ *pro* πικρότατον, *cum Gatakero Adverss. Miscell. cap.* 36. *pag.* 810., *quem vide, si lubet. Quamquam hoc quoque loco Cornarius vertit* in ore ipsius.

4. αὐτοῦ *codd. mss.* αὐτῶν *editi.*

5. *Editi habent* πικρίας.

6. *Editi habent* παιδίων.

7. οὗτοι *cod. Rhedig.*

τέχουσι; Μετέχουσι μὲν οὖν ὄντες ἄμεμπτοι. Εἰ γὰρ οὐκ εἰσὶ μέτοχοι, ἄρα παραίτιος αὐτῶν ὁ κύριος γεγένηται· δι᾽ αὐτὸν γὰρ ἀπεκτάνθησαν. Εἰ δὲ ἀπεκτάνθησαν δι᾽ αὐτὸν, μὴ φθάσαντες ἀγωνίσασθαι, μήτε λαβεῖν τὸ βραβεῖον, ἄρα ἡ αὐτοῦ παρουσία γενομένη μᾶλλον εἰς βλάβην τῷ κόσμῳ γέγονεν· ἐπειδὴ γὰρ αἰτία γέγονε τοῦ ἄωρα τὸν βίον τὰ βρέφη μεταλλάττειν τιμωρηθέντα, καὶ βασιλικῇ ἀπειλῇ ὑποπεσόντα, τοῦ μὴ φθᾶσαι εἰς ἀγῶνα, ὅπως κομίσωνται τὰ βραβεῖα.

Ἴδωμεν δὲ καὶ ἄλλας θεωρίας. Κάλει μοι Σαλομῶντα τὸν μακάριον καὶ σοφώτατον πρὸς ἔλεγχον τοῦ Ἱέρακα τούτου. Δεῦρο προφητῶν μακαριέστατε, ὁ λαβὼν παρὰ κυρίου χύμα καρδίας καὶ σοφίας, ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, τί ἂν περὶ τῶν παίδων φρονοίης; Καί φησι Γῆρας γὰρ τίμιον οὐ τὸ πολύχρονον, οὔτε ἀριθμῷ ἐτῶν μεμέτρηται. Πολιὰ δέ ἐστι φρόνησις ἀνθρώποις, καὶ ἡλικία γήρως βίος ἀκηλίδωτος, γενόμενος ἄμεμπτος, θεῷ ἠγαπήθη, καὶ ζῶν μεταξὺ ἁμαρτωλῶν μετετέθη, ἡρπάγη, μὴ ἡ κακία αὐτοῦ ἀλλάξῃ σύνεσιν, ἢ δόλος ἀπατήσῃ ψυχὴν αὐτοῦ· βασκανία γὰρ φαυλότητος ἀμαυροῖ τὰ καλὰ, καὶ ῥεμβασμὸς ἐπιθυμίας [8] μεταλλεύει νοῦν ἄκακον. Καὶ ὅτι μὲν οὖν περὶ παίδων λέγει, ἑξῆς ἐπιφέρει λέγων, Τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ ἐπλήρωσεν, ἵνα εἴπῃ, Τελευτήσας νέος ἐπλήρωσε χρόνους μακρούς. Ἀρεστὴ γὰρ ἦν κυρίῳ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, διὰ τοῦτο ἔσπευσεν ἐκ μέσου πονηρίας. Καὶ τῷ Ἱερεμίᾳ φησὶ ὁ κύριος, Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν σε ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε.

Κεφ. ε΄. Ἴδωμεν δὲ αὐτὸν τὸν σωτῆρα, τὸ ἀψευδὲς στόμα, τὸ γινῶσκον τὰ πάντα· δεῦρο, κύριε, βοήθει τῇ διανοίᾳ ἡμῶν, ἔλεγξον δὲ τὸν Ἱέρακα, καὶ τὴν [1] αὐτοῦ προπέτειαν. Προσῆλθον αὐτῷ, φησὶ, τὰ παι-
pag. 714. δία, ἵνα θῇ χεῖρας ἐπ᾽ αὐτὰ, καὶ εὐλογήσῃ· οἱ δὲ μαθηταὶ ἀπωθοῦντο αὐτὰ, καὶ ἐκώλυον· ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη, Ἄφετε τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ ἐλθεῖν πρὸς μὲ, τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Καὶ ἵνα μὴ μόνον παιδαρίων νοηθῇ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ οὐχὶ ἐπὶ πᾶσαν ἡλικίαν, ἀπ᾽ αὐτῶν μὲν τὴν ἀρχὴν ἄρχεται, τοῖς δὲ ὁμοίοις αὐτῶν δεδώρηται μετ᾽ αὐτῶν ἔχειν τὴν κληρονομίαν. Εἰ γὰρ οἱ κατ᾽ αὐτοὺς βασιλεύειν ἔχουσι, πόσῳ γε μᾶλλον οἱ ἀρχέτυποι τῶν κατ᾽ αὐτοὺς ὑπαρχόντων; Καὶ πέπτωκεν αὐτοῦ ὁ μυθώδης λόγος. Πάντας γὰρ ἐλεεῖ ὁ κύριος. Φυλάσσων γὰρ τὰ νήπια ὁ κύριος. Καὶ, Αἰνεῖτε, παῖδες, κύριον. Καὶ τὰ παιδία ἐκήρυξαν, Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου·

8. *Corrige* μεταλλοιοῖ.

Cap. V. — 1. αὐτοῦ *dedi pro vul-*

illi sunt, utpote labis omnis expertes. Nisi enim illud obtinuerint, tantum illis malum dominus consciverit, cuius caussa necati sunt. Quod si ob eundem prius interfecti sunt quam in certamen descenderent ac praemium assequerentur, consequens est illius adventum mundo potius detrimentum attulisse, quoniam quidem caussam illis praebuerit cur et immatura morte vitam per supplicia profunderent, et regio nihilominus interdicto a certamine perinde ac praemio prohibiti fuerint.

Sed et alia praeterea videamus. Prodeat ad Hieracam illum refutandum beatus ac sapientissimus ille Salomon. Ades igitur, prophetarum beatissime, qui a domino *tantam cordis ac sapientiae lati-* 3. Reg. 4, 29.
*tudinem nactus es quanta est arenarum in maris litore,* dic nobis quae tua sit de pueris opinio, Hic igitur, *Senectus*, inquit, *venerabilis,* Sap. 4, 8.
*non longaeva, nec annorum numero computata; canities vero prudentia est hominibus, et aetas senectutis vita immaculata. Cum sine reprehensione esset, a deo dilectus est, et vivens inter peccatores translatus est, raptus est, ne malitia mutaret intellectum, aut dolus deciperet animam ipsius. Fascinatio quippe nugacitatis obscurat bona, et inconstantia concupiscentiae transvertit mentem sine malitia.* Ut autem de pueris loqui illum appareat, statim adiicit, *Consummatus in brevi explevit;* quasi dicat, mortuus iuvenis implevit tempora multa. *Placita enim erat domino anima illius; propterea festinavit eum educere de medio malitiae.* Quin et apud Hieremiam dominus, *Antequam,* Hier. 1, 5.
inquit, *in utero formarem te, novi te, et antequam exires de vulva, sanctificavi te.*

Sed ad salvatorem ipsum, et os illud expers mendacii omnium- Cap. V.
que rerum cognitione praeditum veniamus. Adsis igitur, o domine! et intelligentiae nostrae opem ferens Hieracam illum eiusque temeritatem argue. *Accesserunt*, inquit, *ad illum pueruli, ut manus il-* Matth. 19, 13.
*lis imponeret ac benediceret: discipuli vero repellebant illos, et prohibebant; ipse vero dixit illis, Sinite parvulos, et ne prohibete illos venire ad me: talium enim est regnum coelorum.* Sed ne puerulorum tantummodo, ac non reliquae aetatis, coeleste regnum esse crederemus, sic ab illis exorsus est ut communem cum iis hereditatem illorum similibus tribueret. Iam vero si his ipsis qui proxime ad illos accesserint coeleste regnum promittitur, quanto id ipsi magis assequentur quorum ad exemplar ac archetypum expressi sunt alii? Adeo nullus istius fabulae locus est relictus. Omnium quippe miseretur dominus: *Custodiens enim parvulos dominus.* Item: *Laudate* Ps. 114, 6. Ps. 112, 1.
*pueri dominum.* Deinde praedicatum illud a pueris est, *Ozanna in* Matth. 21, 9.

*gata* αὐτῶν. *Scripturam annotavit Fr. Schottus ex scripto libro nescio quo.*

καὶ, Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. Καὶ πόσα ἐστὶ [2] τὰ τοιαῦτα;

Κεφ. ς'. Περὶ δὲ σαρκὸς ἀναστάσεως, πῶς οὐχὶ σαρκὸς ἔσται ἀνάστασις, ὦ ἐθελόσοφε Ἱέρακα. Αὐτὴ γὰρ ἡ ὀνομασία τῆς φράσεως δείκνυσι τὴν δύναμιν. Ἀνάστασις γὰρ οὐ καλεῖται τοῦ μὴ πεπτωκότος. Ποῖον δέ ἐστι τὸ πεσόν; ποῖον τὸ ταφέν; ποῖον τὸ λυθὲν, ἀλλ' ἢ τὸ σῶμα; καὶ οὐχ ἡ ψυχή. Ψυχὴ τοίνυν οὐ πίπτει, οὔτε θάπτεται. Καὶ πόσα ἐστὶ περὶ τούτου λέγειν; ψυχῆς γὰρ οὐ καλεῖται ἀνάστασις, ἀλλὰ σῶμά ἐστι τὸ ἐγειρόμενον. Περὶ δὲ τῆς ἀναλογῆς [1] ἧς ἦλθεν ὁ σωτὴρ ἀναλέξασθαι παρθενίαν καὶ ἐγκράτειαν καὶ ἁγνείαν, τίνι οὐκ ἔστι δῆλον ὅτι ἔστιν ἐκλογὴ καὶ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας καύχημα [2] καὶ κατὰ τοὺς ἐν σεμνῷ γάμῳ; ἕκαστον γὰρ κατὰ τὸ ἴδιον τάγμα σώζειν εἴωθε. Πῶς γὰρ οὐκ ἔσται τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἐν θεῷ ἔχων τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ὁπότε κέκληται ὁ σωτὴρ εἰς γάμους, ἵνα εὐλογήσῃ γάμον; εἰ μὲν γὰρ παρῃτήσατο εἰς γάμον εἰσιέναι, ἄρα γάμου ἦν καταλύτης, καὶ οὐκ ἀποδεχόμενος ἕκαστον κατὰ συγγνώμην τῆς αὐτοῦ ἀσθενείας. Τίμιος τοίνυν ὁ γάμος, ὅτι αὐτὸς αὐτὸν ὥρισε. Διὸ παραγίνεται εἰς γάμον, ἵνα φράξῃ τὰ στόματα τῶν λεγόντων κατὰ τῆς ἀληθείας. Ἐκεῖ γὰρ πρῶτον σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας τὸ ὕδωρ οἶνον ποιήσας. Ὡς γὰρ ἀνέτειλεν ἀπὸ παρ-
pag. 715. θένου, ἵνα δείξῃ τὸ φῶς ἀπὸ παρθένου ἀνατεῖλαν τῇ οἰκουμένῃ, οὕτω καὶ τὸ πρῶτον σημεῖον εἰς γάμους πεποίηκεν ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, ἵνα τὴν μὲν παρθενίαν τιμήσῃ διὰ [3] τῆς ἀποκυήσεως, καὶ φωτὸς βολῆς τῆς δι' αὐτῆς ἀνατειλάσης, τὸν δὲ σεμνὸν γάμον τιμήσῃ διὰ τῶν θεοσημείων, ἐν τοῖς γάμοις πρῶτον ἐπιτελέσας, τὸ ὕδωρ εἰς ἄκρατον μεταβαλών. Ὡσαύτως δὲ εἰ ἀλλότριος ἦν ὁ γάμος, πῶς παραγγέλλει ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος; ὥς λέγει, Νεωτέρας χήρας παραιτοῦ· μετὰ γὰρ τὸ καταστρηνιάσαι τοῦ Χριστοῦ γαμεῖν ἐθέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν; Τί οὖν φησι; Ἀλλὰ γαμείτωσαν, τεκνογονείτωσαν, οἰκοδεσποτείτωσαν. Εἰ τοίνυν ταῦτα παραδέχεται, πῶς παρὰ σοὶ, Ἱέρακα, ὁ γάμος ἐστὶν ἐκβαλλόμενος μετὰ τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ παρουσίαν;

2. τὰ *non extat in edit. Petavii Colon. repet.*

CAP. VI. — 1. *Vide ne sit rescribendum* ᾗ.

*excelsis: benedictus qui venit in nomine domini.* Item: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem.* Mitto alia eius generis infinita. Ps. 8, 3.

Ad carnis vero resurrectionem quod attinet, nonne convenire illa carni debet, o vanissime Hieraca, cum et ipsa loquendi ratio satis vim illius arguat? Etenim resurrectio de eo non dicitur, quod minime ceciderit. Quidnam igitur illud est quod cecidit, quod sepultum est atque dissolutum, praeterquam corpus? Neque enim de anima dici istud potest, quae neque cadere neque separari potest. Plura alia de ea re disputari possunt, sed haec summa esto, resurrectionem nequaquam animae tribui, sed corpus esse quod resurgit. Quod vero de electione plura dicit, qua salvator virginitatem, continentiam et castimoniam elegit, quis hoc non intelligit, de eodem delectu gloriari quoque sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam? Sed eadem nihilominus et eos quoque qui honestis nuptiis illigati sunt pro sui conditione status, ad salutem pervenire posse non dubitat. Nam *venerabiles esse nuptias*, ac dei aspirante gratia coeleste regnum obtinere, quis vel ex eo non agnoscat quod ad nuptias invitatus salvator ipse fuerit, ut iis benediceret? Quod si tum nuptiis interesse noluisset, earumdem eversor fuisset, nec unumquemque pro sua imbecillitate benigne atque indulgenter admittere putaretur. Quamobrem *venerabiles nuptiae sunt*, cum eas ipse constituerit. Ideoque et adesse iisdem voluit, ut eorum ora praecluderet qui contra veritatem disputant. Quin et illic apud Canam Galilaeae *primum signum fecit et in vinum aquam convertit.* Nam ut ortus ex virgine fuerat, ut orbi terrarum excitatam ex virgine lucem ostenderet, ita et primum miraculum nuptiarum in gratiam apud Canam Galilaeae facere voluit. Quo nimirum et virginitati suum illo partu, lucisque quae ex illa prodierat emissione honorem tribueret, et honestas nuptias prodigiis ac miraculis illustraret, quibus primum mutanda in vinum aqua miraculum est molitus. Ad haec si abalienandae forent ab eo nuptiae, quorsum ita gentium magister praeciperet: *Iuniores viduas reiice; postquam enim luxuriatae fuerint in Christum, nubere volunt, habentes iudicium, quoniam primam fidem irritam fecerunt.* Quid igitur iubet? *Nubant,* inquit, *filios procreent, matres familias sint.* Quae cum apostoli auctoritate comprobentur, cur a te, o Hieraca, post Christi domini adventum in carne nuptiae condemnantur?

Cap. VI. — Hebr. 13, 4. — Ioann. 2. — 1. Timoth. 5, 11.

2. καὶ κατὰ τοὺς *reposui pro eo quod libri praebent omnes* καὶ τοὺς. *Petavius volebat* καὶ τοῖς.

3. τῆς *desideratur in edit. Pelav. Colon. repet.*

Κεφ. ζ'. Περὶ δὲ τοῦ Μελχισεδὲκ, [1] ὅτι φάσκεις ὅτι αὐτός ἐστι τὸ πνεῦμα, τοίνυν ἦλθε τὸ πνεῦμα καὶ ἔλαβε σάρκα; οὐκέτι οὖν ὁ μονογενὴς μόνος γεγένηται κατὰ σάρκα, ἀλλὰ καὶ τὸ πνεῦμα. Εἰ δὲ γεγένηται κατὰ σάρκα τὸ πνεῦμα, ἰδοὺ ἡ Μαρία ἡ γεννήσασα τὸν σωτῆρα, λεγέτω Ἱεράκας ποῦ ἐστιν ἡ γεννήσασα τὸ πνεῦμα. Καὶ τὸ εἰπεῖν, Ἀφωμοιωμένος τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς, [2] οὐκ ἔστι περὶ πνεύματος ἁγίου ὁ λόγος· οὐ γὰρ εἶπεν Ὅμοιον τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ Ἀφωμοιωμένον. Τὸ δὲ Ἀφωμοιωμένον μετέπειτα ἔχει τὴν ἀγωγήν. Εἰ δὲ μετὰ τὸν χρόνον τοῦ Ἀβραὰμ τὸ πνεῦμα ἀφομοιοῦται τῷ Χριστῷ, ἄρα οὐκ ἦν ποτε, καὶ διὰ τοῦτο ἀφομοιοῦται τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ. Καὶ ἀπάτωρ πῶς δύναται εἶναι; εἰ μὲν γὰρ αὐτὸ [3] ὑπάρχον ἐστὶ τὸ πνεῦμα, καὶ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς οἰκείας οὐσίας τῆς θεότητος, εἰκότως ἀπάτωρ δειχθείη· καὶ γὰρ τῷ μὲν ὄντι μονογενὴς ὁ υἱὸς καὶ ἀδελφὸν οὐκ ἔχει, υἱὸς δὲ θεοῦ. Ἀλλὰ κἄν τε οὐ λέγομεν τὸ πνεῦμα γεννητὸν, ἐπειδὴ μονογενὴς ὁ υἱὸς, ἀλλὰ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ ἐμοῦ [4] λαμβάνον, φησὶ ὁ Χριστὸς, τὸ γοῦν ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ τοῦ ἐμοῦ [5] λαμβάνον ἀπάτωρ οὐ δύναται εἶναι. Κἂν δὲ εἴπῃ Ἀμήτωρ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἀπάτωρ ἐπὶ τῆς γῆς (δύναται γὰρ τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος λέγεσθαι), πῶς οὖν ἐπὶ τέλει ὁ ἀπόστολος φράζει λέγων, Ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραὰμ τὸν πατριάρχην. Τὸ γὰρ Ἐξ αὐτῶν ἀκριpag. 716. βείας ἐστὶ δηλωτικόν· ὁπότε γὰρ ἐκ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ ἄλλων πάντως ἐθνῶν εἶχε τὴν γενεαλογίαν. Διὰ δὲ τὸ μὴ γεγράφθαι τὴν [6] αὐτοῦ μητέρα ἢ πατέρα ἄλλα ἀντὶ ἄλλων φαντάζονται οἱ συκοφάνται τῆς ἀληθείας. Ἡμεῖς δὲ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ ἐν παραδόσεσιν εὕρομεν, καὶ τὸν πατέρα. Ἦν γὰρ οὗτος τῶν γενῶν [7] Σιδῶνος καὶ τῶν Χαναναίων. Διέπεσε τοίνυν ὁ μυθώδης αὐτοῦ λόγος, καὶ μάτην αὐτοῦ καὶ ἡ πολιτεία. Οὐ γὰρ τὸ ἀψύχοις ἀσκεῖσθαι μετὰ κακοπιστίας τοῦτο ζωῆς ἐστι καὶ ἐλπίδος διδασκαλεῖον [8] σωτηρίας. Πάντα γὰρ, φησὶ, εἰς δόξαν θεοῦ γινέσθω.

Κεφ. η'. Ἀλλὰ περὶ τούτων καὶ αὐτῷ ἀρκεῖσθαι ἡγοῦμαι. Συνετρίψαμεν γὰρ τοῦ σκορπίου τὰς πτέρυγας, καὶ κατεσπάσαμεν αὐτοῦ τὰς δυνάμεις. Ὄφις γὰρ πτερωτὸς οὗτος καὶ σκόρπιος, πτέρυγας ἔχων κατὰ πολλοὺς τρόπους, καὶ πετόμενος, καὶ μιμούμενος μὲν τῆς ἐκκλησίας τὴν παρθενίαν, οὐκ ἔχων δὲ καθαρὰν τὴν συνείδησιν. Ἐπὶ γὰρ τού-

Cap. VII. — 1. *Particula* ὅτι *excidit ab edit. Petav. Colon. repet.*
2. οὐκέτι περὶ *ed. Petav.*
3. *Libri habent* ὑπάρχων.
4. *Libri habent* λαμβάνων.
5. *Libri habent* λαμβάνων.

De Melchisedeco quod asseris, spiritum illum esse sanctum, id si verum est, venisse spiritum et carnem induisse, non solus utique secundum carnem natus est filius, sed et cum eo quoque spiritus. Quod si secundum carnem natus est et spiritus, cum Maria salvatorem ediderit, dicat nobis Hieracas ubinam gentium ea sit quae spiritum pepererit? Nam quod apostolus dicit, *Assimilatus filio dei manet sacerdos in aeternum*, nulla est illic de spiritu sancto mentio. Non enim similem illum filio dei, sed assimilatum esse dixit. Quae vox *Assimilatus* posterius quiddam ut intelligamus inducit. Ac si post Abraami tempora Christo spiritus assimilatur, aliquando non extiterit oportet, ut propterea dei filio similis sit factus. Iam sine patre esse qui potest? Nam si per sese esse spiritus, nec ex propria divinitatis natura procederet, merito sine patre esse diceretur. Revera enim unigenitus est filius, neque fratrem habet, estque dei filius. Sed etsi genitum esse spiritum nequaquam velimus, cum unigenitus sit, ut dixi, filius, verum spiritus sit a patre procedens, et *de meo*, ut Christi verbis utar, *accipiens*, certe quidem qui et a patre progreditur, et de meo accipit, sine patre esse non potest. Quod si et in coelo matre et in terra patre carere dixerit, potest et istud ad salvatorem convenire. Cur igitur apostolus ita postremo loquitur? *Cuius autem genealogia ex illis non ducitur decimavit Abraam patriarcham.* Nam haec verba, *Ex ipsis*, accuratioris explicationis gratia adhibita sunt, ut illud indicaret, eum qui ab Israëlitis genealogiam non duceret ex aliis omnino gentibus eandem arcessere. Ex eo vero quod uterque illius parens in scripturis expressus non fuerit, alia pro aliis veritatis calumniatores somniant. Nos autem tam eius matrem quam patrem in traditionibus invenimus. Atque hic e Sidoniorum et Chananaeorum genere fuisse traditur. Quapropter tota ab eo conficta fabula corruit. Sed et inane est susceptum ab eo vitae severioris institutum. Neque enim iis duntaxat vesci quae anima carent, si cum fidei depravatione coniunctum hoc fuerit, ad vitam ullam et spem, aut ad salutis magisterium pertinet. *Omnia*, inquit, *ad gloriam dei fiant.*

Cap. VII. — Hebr. 7. 3. — Ioann 16,15. — Hebr. 7. 4. — 1.Cor.10,31.

Sed haec adversus illius errorem disputata sufficiant, quibus scorpii alas confregimus, illiusque vim profligavimus. Est enim ille pennato serpenti ac scorpio similis, qui quidem variis modis alas habere ac volare dicendus est, cumque virginitatem imitetur ecclesiae, conscientiae tamen illa sinceritate caret. Quare ad eum eiusque si- Cap. VIII.

6. *Vulgo extat* ἑαυτοῦ.
7. *Libri vulgo* Σιδόνος.
8. *Ita omnes libri, et recte. Nam* σωτηρίας *non est substantivum, sed adiectivum, pertinens ad* ἐλπίδος. *Petavius coniecit* καὶ σωτηρίας.

τῳ καὶ τοῖς ὁμοίοις αὐτοῦ πληροῦται τὸ, Κεκαυτηριασμένων τὴν συνείδησιν, καὶ κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ θεὸς εἰς μετάληψιν ἐποίησεν. Ἁγιάζεται μὲν διὰ [1] λόγου θεοῦ ζῶντος καὶ ἐντεύξεως, ὅτι πάντα καλὰ καὶ ἡδέα, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον παρὰ θεῷ. Χλευάζονται δὲ τελειότατα δι' ἃς κέκτηνται ἕκαστος συνεισάκτους γυναῖκας, [2]ἃς εἴωθαν φιλοτιμεῖσθαι ἔχειν εἰς ὑπηρεσίαν. Ἀλλὰ καὶ τούτου, ὡς ἔφην, τὰς πτέρυγας κατασπάσαντες, καὶ τὴν κεφαλὴν καταθλάσαντες τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς, τουτέστι τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, ἐπικαλούμενοι αὐτὸν τὸν θεὸν βοηθὸν, πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν αἱρέσεων ἀντίρρησίν τε καὶ ἀνατροπὴν τῶν παρ' αὐτοῖς ματαίως τῷ κόσμῳ [3] ὑποβαλλομένων.

## ΤΟΥ * ΜΕΛΗΤΙΟΥ ΣΧΙΣΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ, τεσσαρακοστὴ ὀγδόη, ἡ καὶ ἑξηκοστὴ ὀγδόη.

Κεφ. α'. [1] Μελητιανῶν τι τάγμα ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ ὑπάρχει, ἀπὸ Μελητίου τινὸς ἐπισκόπου ἐν τῇ Θηβαΐδι γενομένου τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως· οὐ γάρ τι μετήλλαττεν ἡ πίστις [2] αὐτοῦ ἐν καιρῷ τινι τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας. Οὗτος ὁ Μελήτιος σύγχρονος ἦν καὶ συνακμαστὴς τοῦ προειρημένου [3] Ἱέρακά τε καὶ καθεξῆς διαδεξάμενος, ὃς ἦν καὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ τῆς Ἀλεpag. 717. ξανδρείας ἐπισκόπου σύγχρονος. Καὶ οὗτοι πάντες ἐπὶ τοῦ διωγμοῦ ἦσαν τοῦ γενομένου ἐπὶ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ. Ἡ δὲ κατὰ τὸν Μελήτιον ὑπόθεσις τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

Σχίσμα ἐποίησεν, οὐ μὴν [4] μετηλλαγμένος τὴν πίστιν γεγένηται. Οὗτος ἐν καιρῷ τοῦ διωγμοῦ ἅμα Πέτρῳ τῷ ἁγίῳ ἐπισκόπῳ καὶ μάρτυρι καὶ τοῖς ἄλλοις μάρτυσι συλληφθεὶς ὑπὸ τῶν ἐπὶ τούτῳ ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐπιτεταγμένων τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἡγεμόνων τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου. [5] Κουλκιανὸς μὲν ἦν ἔπαρχος τῆς Θηβαΐδος, Ἀλεξανδρείας δὲ Ἱεροκλῆς. Καὶ ὁ μὲν Μελήτιος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ καθειργμένος ἦν, αὐτός τε καὶ οἱ προειρημένοι μάρτυρες, ἅμα τῷ προειρημένῳ Πέτρῳ τῷ τῆς Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπῳ. Ἐδόκει δὲ καὶ ὁ Μελήτιος [6] τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον προήκων, καὶ δευτερεύων τῷ Πέτρῳ κατὰ τὴν ἀρχιεπισκοπὴν, ὡς δι' ἀντιλήψεως αὐτοῦ χάριν, ὑπ' αὐτὸν δὲ ὢν, καὶ [7] ὑπ' αὐτὸν τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἀναφέρων. Τοῦτο

Cap. VIII. — 1. λόγον *habent libri omnes.*
2. *Ita correxi. Libri enim habent* δι' ἃς.
3. ὑπολαμβανομένων. Τέλος τὰ κατὰ Ἱερακιτῶν. *cod. Rhedig.*
* ΜΕΛΙΤΙΟΥ *codd. mss.*
Cap. I. — 1. Μελιτιανῶν *codd. mss. ubique.*
2. αὐτῶν *librorum mss. uterque.*
3. Ἱέρακος *correxit Ios. Scaliger. At Epiphanius utraque nominis forma promiscue utitur. Haer.* 55, 5. *appellatur* Ἱέραξ, *contra haer.* 67, 1. *et* 3. *habet nominativum* Ἱέρακας, *ibid.* 4. *et h. l. genetivum* Ἱέρακα, *haer.* 67, 5. *accusati-*

Κεφ. κδ'. Καὶ τί μοι τὰ πολλὰ λέγειν περὶ τούτου; Εἶτά φησι, Ἐθεμελίωσέ με ἐν ἀρχῇ. Ἆρα ἔστιν ἰδεῖν εὐσεβὲς ὅτι τὴν ψυχὴν τὴν ἀνθρωπείαν ἐνταῦθα σημαίνει. Τὸ μὲν γὰρ, Κύριος ἔκτισέ με, ἡ ἐνανθρώπησις λέγει ἡ ἔνσαρκος, ἐάν γε καὶ οὕτω νοοῖτο. Τὸ δὲ Ἐθεμελίωσεν, ὡς ἐν τῇ ψυχῇ ἐθεμελιώθη. Τὸ δὲ, Πρὸ πάντων βουνῶν γεννᾷ με, ἵνα δείξῃ τὴν γέννησιν ἄνωθεν. Καὶ ταῦτα εἴπομεν, οὐχ οὕτως πάντως

2. *Cf. adnott. Petavii de hoc voc., praeterea Fr. Franci (Cl. Salmasii) Confutat. Animadvers. Ant. Cercoetii p.* 81., *Du Cangii Gloss. ad Scriptt. Med. et Inf. Graec. s. v.* Ὁρμάζειν.

3. Σαλαθαὴλ *cod. Rhedig.*

4. *Ita coniecit Petavius. In libris est* τοῦ.

genuit, neque ab Iosephi virginis sponsi, aut Salathiel, Zorobabel, David, Abraam, Iacob, Noë et Adam temporibus duntaxat extitit, sed, *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum.* Ioann. 1, 1. Atque haec particula *Erat* ter repetita non patitur ut illum quandoque non fuisse suspicemur. Animadvertis igitur quae proxima sunt priore loco fuisse significata. Sic Matthaeus contexenda Christi genealogia viam quodammodo monstravit; neque accurate tamen ista tractavit, cum genealogiam illam ab superioribus deduceret. Deinde Marcus ea quae in hoc mundo gesta sunt aperuit, ac de voce illa in deserto clamante, deque domino, qui a prophetis ac lege antea nuntiatus fuerat, scripsit. Secundum quem Lucas ab inferioribus ad superiora conscendit. Quartus denique Ioannes velut coronidem imponens sublimioris in Christo conditionis ac naturae et sempiternae divinitatis interpres extitit. Quo sensu videri potest Salomon in proverbiis *Viarum* appellasse *principium:* Prov. 8, 22. si quidem nonnullis haec ipsa verba religiose libeat ad humanam Christi naturam transferre, quasi de eiusdem divinitate ista pronuntiet, nimirum divinitatem ipsam domum extruxisse. Quippe carnem et susceptam hominis naturam divinitas fabricavit, tanquam *viarum suarum initium, et ad opera sua,* hoc est quae ad hominum salutem bonitatemque pertinent. Deinde vero in progressu ipso rerum, *Fundavit me,* inquit, *initio.* Utrumnam igitur dei filius, quod ad divinitatem attinet, postea fundatus est? Dicant hoc nobis architecti isti ac coelestium rerum inspectores, quanam arte condita sit, quove instrumento fundata sapientia. Quamobrem si quid nobis de ea re cogitare licet, tam alta blasphemiae vorago fugienda, nec tentanda unigeniti filii divinitas, quae cum patre semper est, ab eoque processit. Verbum enim cum patre semper extitit, semper sapientia, semper deus ex deo dominus, semper vera, nec adulterina lux, semper is qui ab ipso naturam et essentiam habet quique veritas est et vita.

Cap. XXIV. Quid autem pluribus ea de re disputare necesse est? Pergit Salomon, et, *Fundavit me,* inquit, *initio.* Ubi pie illud animadvertere possumus, humanam his verbis animam declarari. Nam haec ipsa, *Dominus creavit me,* si ad eum sensum referre placeat, ab humanitate usurpari putanda sunt. Quod autem fundasse dicit, animam potissimum spectat, cuius ratione fundatus dicitur. Iam quod additum est, *Ante omnes colles genuit me,* sic accipiendum est ut coelestem illam generationem demonstret. Atque haec ita dicimus,

5. αὐτοῦ *non habet cod. Rhedig.*
6. φεύγειν δεῖ *volebat Petavius.*
7. *Libri habent* προσψαύειν. *Cornarius convertit* fugerimus utique a tanta blasphemiae profunditate, et ne attigerimus *cett.*, ut φεύγωμεν ἀπὸ - - προσψαύωμεν τῇ θεότητι *putasse videatur.*

ὁριζόμενοι, εὐσεβῶς δὲ μᾶλλον εἰς τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν διανοηθέντες. Εἰ καὶ χρὴ οὕτω λέγειν, ὅμως οὐδεὶς ἡμᾶς ἀναγκάσειε πάντως περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγειν τὸ ῥῆμα τοῦτο. Εἰ δὲ περὶ τοῦ Χριστοῦ ῥηθήσεται, ἔχει καὶ τὴν αὐτοῦ δύναμιν, οὐ κατὰ μαντείαν λεγομένην, ἀλλὰ κατὰ τὸ εὐσεβὲς τοῦ λογισμοῦ, τοῦ μὴ λογίζεσθαι εἰς θεόν τι ἐλαττώματος ὑποβεβηκυῖαν νομίζειν αὐτὸν θεότητα παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἔχειν οὐσίαν. Καὶ γάρ τινες τῶν πατέρων ἡμῶν καὶ ὀρθοδόξων ἀπέδωκαν τοῦτο εἰς τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν διανοηθέντες. Εἰ καὶ χρὴ οὕτω λέγειν τὸ περὶ τοῦ, Κύριος ἔκτισέ με, καὶ ἐθεμελίωσέ με, καὶ οὗτός ἐστιν ὁ [1] εὐσεβὴς λογισμὸς, μεγάλοι πατέρες τοῦτο ὑφηγήσαντο. Καὶ εἰ μή τις βουληθείη τῶν ὀρθοδόξων καταδέξασθαι, οὐ καταναγκασθήσεται. Πρὸς δὲ τοὺς ξένους τῆς πίστεως καὶ ἀλλοτρίους εἰς οὐδέν ἐστιν ἡ βλάβη. Οὔτε γὰρ τοῦτο ἡμῖν ἐνσκήψει εἴς τι ἐλαττώματος, τῆς θεότητος ἐλευθέρας οὔσης καὶ ἀεὶ οὔσης σὺν τῷ πατρί. Καὶ ὅ τι μὲν πέπονθεν ὁ Χριστὸς, πέπονθεν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐτράπη τὴν φύσιν, ἔμεινε δὲ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀπαθείᾳ ἡ αὐτοῦ θεότης. Διὸ θελήσας παθεῖν, ἰδίᾳ εὐδοκίᾳ ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἐπειδὴ οὐκ ἐδύνατο ἡ θεότης παθεῖν, καθ᾽ ἑαυτὴν ἀπαθὴς οὖσα, ἔλαβε τὸ
pag. 749. ἡμέτερον παθητὸν σῶμα, σοφία ὢν, ἵνα ἐν αὐτῷ [2] σὺν εὐδοκήσει τοῦ παθεῖν καὶ ἀναδέξηται τὰ ἡμέτερα πάθη, ἐν σαρκὶ συνούσης τῆς θεότητος. Καὶ γὰρ ἡ θεότης οὐ πάσχει. Πῶς γὰρ ὁ λέγων, Ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ, ἀποθανεῖν δυνήσεται; ἀλλὰ ἀπαθὴς διαμένει ὁ θεός. Συμπάσχει δὲ τῇ σαρκὶ, ἵνα τὸ πάθος εἰς τὴν θεότητα λογισθῇ, μὴ πασχούσης τῆς θεότητος, εἰς τὸ εἶναι ἡμῖν ἐν θεῷ τὴν σωτηρίαν. Ἐν σαρκὶ δὲ τὸ πάθος, ἵνα μὴ παθητὸν [3] θεὸν ἔχωμεν, ἀλλὰ ἀπαθῆ, ἐλλογοῦντα εἰς ἑαυτὸν τὸ πάθος, κατὰ προαίρεσιν, καὶ οὐ κατὰ ἀνάγκην.

Κεφ. κέ. Ὅμως δὲ καὶ οὗτοι τὰς λέξεις τὰς Ἑβραϊκὰς οὔτε ψηλαφήσαντες, οὔτε γνόντες, οὔτε πῶς ἔχει ἡ τούτων δύναμις, [1] προάλλως καὶ προπετῶς ἀνέκυψαν δεινοὶ ἐχθροὶ, ζητοῦντες πρόφασιν πόθεν τὴν πίστιν λωβήσουσι, μᾶλλον δὲ ἑαυτοὺς (οὐ γὰρ τὴν ἀλήθειαν), καὶ ἐπειδὴ εὗρον ὅτι, Ὁ κύριος ἔκτισέ με, ῥιψοκινδύνως ὥσπερ φανταζόμενοι ὀνειροπολοῦσι, τὰ μηδὲν χρήσιμα ἐπεισενέγκαντες τῷ βίῳ, καὶ ταράξαν-

Cap. XXIV. — 1. εὐσεβὴς *restitui ex scriptis libris. Editi habent* σεβής. *Pro* μεγάλοι *Petav. coni.* ὡς μεγάλοι. 2. σὺν εὐδοκήσει *mea est emendatio. Libri vulgo* συνευδοκήσῃ.

non ut eo modo se habere penitus definiamus, sed ut pie nihilominus de Christi domini nostri incarnatione sentiamus; siquidem eiusmodi esse debeat loci huius sententia. Quamquam nemo cogere nos potest ut de Christo dictum illud existimemus. Verumtamen ut ad Christum spectare demus, suum habere potest sensum, qui non vaticinando confictus, sed ex animi pietate profectus est, ne quem in deum cadere defectum arbitremur, aut filii divinitatem essentia patris inferiorem esse sibi quisquam persuadeat. Nam et nonnulli orthodoxorum patrum locum illum Salomonis de incarnatione Christi interpretati sunt, *Dominus possedit me, et fundavit me.* Estque hic demum sensus pietati consentaneus, cum ita, ut dixi, magni quidam patres intellexerint. Quibus si quis hac in parte assentiri minime velit, cogi nullo modo potest. Quod autem ad alienos a fide et haereticos attinet, nullum omnino damnum hinc metuere debemus. Neque enim ad ullam divinitatis imminutionem pertinere istud potest, quae libera est, et cum patre semper extitit. Porro passus est quidem Christus quodcumque demum passus est; sed non eius natura mutata est, atque eiusdem divinitas in sua illa passionis experte conditione perstitit. Quare cum de propria voluntate pro hominum salute pati constituisset, quod divinitas perpeti nihil posset, quae per seipsam expers passionis est, corpus nostrum, quod pati videlicet potest, induit divina illa sapientia, ut in ipso sponte sua pateretur, ac coniuncta cum carne divinitate affectiones nostras in sese susciperet. Etenim divinitas ipsa extra omnem est patiendi conditionem. Quomodo enim mortem is obire posset qui dicit, *Ego sum vita?* Itaque cum passionis expers perseveret deus, cum carne tamen patitur, adeo ut divinitati passio illa tribuatur, cum nihil tamen per sese illa patiatur. Ut nimirum salus nobis per deum comparetur, caro autem ipsa duntaxat afficiatur, ut ne passionibus obnoxium, sed ab iis potius immunem deum habeamus; qui sponte sua nec ulla necessitate coactus eandem illam affectionem imputari sibi velit.

Cap. XXV.

At isti cum Hebraicas voces ne attigerint quidem, aut ulla earum cognitione perfusi sint, neque quid sibi velint intelligant, temere ac petulanter vehementes hostes insurgunt, occasionem undique captantes, qua fidem nostram, vel seipsos potius (nihil enim adversus veritatem possunt) quacumque ratione labefactent. Unde cum ita scriptum reperissent, *Dominus creavit me,* insipide ac sine ullo iudicio, velut per somnium, visa nescio quae sibi finxerunt, atque

3. ϑεὸν ἔχωμεν *cod. Ien.* ἓν ἔχωμεν *cod. Rhedig.* ϑεὸν ἔχομεν *editi.*

Cap. XXV. — 1. *Cf. Lobeck ad Phryn. p. 245.*

τες τὴν οἰκουμένην. Τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν οὐχ οὕτως ἔχει· ὅθεν Ἀκύλας λέγει, Κύριος ἐκτήσατό με. Ἀεὶ δὲ οἱ γεννῶντες παῖδας λέγουσιν, Ἐκτησάμην υἱόν. Ἀλλ' οὔτε Ἀκύλας τὴν δύναμιν ἡρμήνευσε. Καὶ γὰρ τὸ, Ἐκτησάμην υἱὸν, ὡς πρόσφατόν ἐστιν, ἐν θεῷ δὲ οὐδὲν ἔνι πρόσφατον· κἄν τε ὁμολογῇ τις [2] ὃ γεγέννηται ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ οὐκ ἔκτισται, γεγέννηται δὲ ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως. Οὔτε γὰρ ἔνι χρόνος ἀναμέσον υἱοῦ καὶ πατρὸς, ἵνα μὴ χρόνος τις ὑπὲρ πλείω γένηται τοῦ υἱοῦ. Εἰ γὰρ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα, [3] ἄρα καὶ οἱ χρόνοι. Χρόνου δὲ ὑπάρχοντος τοῦ πρὸ πάντων ὄντος, πῶς ἔσται τοῦτο; ἀλλὰ, εἰ ἄρα, ζητηθήσεται ἄλλος υἱὸς, δι' οὗ πρὸ τοῦ υἱοῦ γέγονε χρόνος. Καὶ πολλά ἐστιν ἃ εἰς ἄπειρον ἀπορίαν ἄγει τὰ τῶν περιεργαζομένων, καὶ μηδὲν ἀγαθὸν ἐργαζομένων ἀνθρώπων φρονήματα. Ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ λέγει, Ἀδωναΐ, ὃ λέγεται Κύριος, [4] Κανανί δύναται λέγεσθαι καὶ [5] Ἐνόσσευσέ με καὶ Ἐκτήσατό με, τὸ δὲ ἀκρι-
pag. 750. βέστατον λέγεται, [6] Ἐνόσσευσέ με. Ποῖος δὲ νοσσὸς οὐκ ἀπὸ φύσεως τοῦ γεγεννηκότος γεννᾶται; καὶ ὧδε μὲν ἐν τοῖς σωματικοῖς πλαστίοις διὰ συνδυασμῶν ἄρρενός τε καὶ θηλείας τὰ νοσσευόμενα γίνεται, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους καὶ πετεινῶν, καὶ τῶν ἄλλων. Διόπερ ὁ μονογενὴς τὰ πάντα σοφία ὢν τοῦ πατρὸς, καὶ βουλόμενος ἐπὶ διορθώσει τὰ πάντα ἐργάσασθαι, ἵνα μή τις εἰς αὐτὸν λογίσηται ἃ μὴ ἔστι, καὶ ἐκπέσῃ τῆς ἀληθείας, ἐνδημήσας τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, καὶ φύσει ἀπὸ γυναικὸς γεννηθεὶς, καὶ ἐν μήτρᾳ παρθένου ἀνακλιθεὶς τὸν τῶν [7] κυοφοριῶν χρόνον, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς συνελήφθη, ἵνα μὴ συνδυασμὸς καὶ παραπλοκὴ [8] ἐν τῇ ἐνσάρκῳ γεννήσει γένηται, ἀλλ' ἐκ μητρὸς μονοειδῶς ἔλαβε τὴν σάρκα, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἐπλήρωσε τελείαν τὴν ἑαυτοῦ ἐνανθρώπησιν, οὐκ ἐλλιπῆ οὖσαν, ἀλλὰ ἀληθινήν. Καὶ [9] οὐχ ὅτι ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς οὐκ ἦν, εἶχέ τι ἐλλιπές. Πάντα γὰρ τελείως ἔσχε τὰ πάντα ἔχων, σάρκα, καὶ νεῦρα, καὶ φλέβας, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα ἔστι, ψυχὴν δὲ ἀληθινῶς, καὶ οὐ δοκήσει, νοῦν δὲ καὶ τὰ πάντα ὅσα ἔστιν ἐν τῇ ἀνθρωπήσει, χωρὶς ἁμαρτίας, ὡς γέγραπται, Πεπειραμένος κατὰ πάντα ὡς ἄνθρωπος, χωρὶς ἁμαρτίας, ἵνα ἐν τῷ μονοειδῶς ἐνταῦθα ἀπὸ μητρὸς κατὰ σάρκα γεγενῆσθαι τελείως, καὶ οὐκ ἐλλιπῶς, δείξῃ τοῖς βουλομένοις ὁρᾶν τὴν ἀλήθειαν, καὶ μὴ τυφλώττειν τὸν ἴδιον νοῦν, ὅτι καὶ

2. ,,Vitium subest huic loco" *adnotavit in marg. Petavius. Reponendum videtur* ὅτι *pro* ὃ.

3. *Vulgo* ἆρα.

4. *Suspicor* Κανανί, ὃ δύναται.

5. ἐνόσευσε *codd. mss.*

6. ἐνόσευσε *codd. mss.*

7. κυοφορίων *editorum uterque.*

8. καὶ ἐν *habent libri. Particula* καὶ *accrevit ex terminatione* $\overline{\kappa\tau\eta}$ *vocabuli proximi.*

9. οὐχ ὅτι *scripsi cum Petavio et Cornario (is enim vertit* Et non quia ex semine viri non erat, ideo habebat quid defectuosum) *pro* ὅτι οὐκ, *quod libri vulgo praebent.*

inania quaedam introduxerunt, quibus terrarum orbem magnopere perturbarunt. Ceterum Hebraice longe aliter legitur, ideoque sic Aquila interpretatur: *Dominus possedit me.* Solent enim qui liberos suscipiunt vulgo dicere, Possedi filium. Quamquam ne Aquila quidem vim satis expressit. Nam illud, *Possedi filium*, recens aliquid ac novum significat, cuiusmodi in deo nihil est. Ac si quis nihilominus illud concesserit, genitus tamen a patre filius non creatus existimandus est, atque ita quidem genitus ut sine tempore aut initio sit genitus. Neque enim filium inter et patrem tempus ullum interceptum est, ne qua temporis pars filii originem antecessisse dicatur. Nam *si per ipsum facta sunt omnia*, etiam tempora ipsa **Ioann. 1, 3.** facta sint oportet. Quod si tempus aliquod ante omnia extitisse dicatur, quonam modo illud existet? Quaerendus nimirum alter nobis filius, a quo tempus ante filium productum sit. Sexcenta sunt alia quibus curiosorum hominum, neque boni quiddam afferentium, ingenia inextricabilibus difficultatum laqueis implicantur. Iam vero Hebraice ita legitur: *Adonai*, hoc est *Dominus*, *Canani*, hoc est *Velut pullum edidit me*, vel *Possedit me*; multo autem commodius est ut priore modo reddatur, *Tanquam pullum edidit me.* Ecquis vero pullus ex eius natura non proficiscitur a quo genitus est? Est illa quidem formandorum corporum ratio ut ex utriusque coniunctione sexus foetus omnes existant, idque ipsum tam in homine quam in pecudibus, volucribus, ac ceteris animantibus videmus. Quamobrem unigenitus dei filius, idemque perfecta patris sapientia cum ita perficere omnia vellet ut ad homines moderandos ac corrigendos valerent, ne quis de ipso falsa quaedam suspicaretur, et a veritate excideret, naturam hominis suscipiens atque, ut natura fert, de muliere genitus, totoque parturitionis tempore in virginis utero residens, nequaquam est ex virili semine genitus, ne qua vel in hac corporea generatione sexuum copula esset ac coniunctio: verum sola ex matre carnem accepit, perfectamque in sese hominis naturam, neque mancam aut defectam, sed veram ac consummatam expressit. Nam tametsi minime ex viri satu prodierit, nihil ei tamen ad integritatem defuit, adeoque suis omnibus partibus absolutus extitit, carne, nervis, venis, ac reliquis eiusmodi, anima praeterea, quam non specie tenus, sed reipsa suscepit, similiter et mentem, aliaque omnia, quibus hominis natura constat, praeter peccatum, pro eo ac scriptum est, *Tentatus per omnia absque peccato.* Ut cum sola **Hebr. 4, 15.** ex matre perfecte, et absque illo defectu secundum carnem hic genitus sit, hoc ipsum his ostendat qui veritatem intueri, nec excaecata mente esse voluerint, cum in coelo perfecte sine ullo tempore

ἄνω ἐκ πατρὸς τελείως γεγέννηται, ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως, καὶ κάτω ἐκ μητρὸς μόνης γεγέννηται ἀχράντως καὶ ἀμολύντως.

Κεφ. κϛ'. Ἵνα δὲ καὶ ἑρμηνεύσωμεν τὴν τοῦ Ἀδωναῒ [1] καννανί λέξιν, ὅπερ ἐστὶ Κύριος ἐνόσσευσέ με. Πᾶν γὰρ τὸ γεννῶν ὅμοιόν [2] τι γεννήσει. Ἄνθρωπος ἄνθρωπον γεννᾷ, καὶ θεὸς θεὸν, καὶ ὁ μὲν ἄνθρωπος γεννᾷ κατὰ σάρκα, θεὸς δὲ κατὰ πνεῦμα, καὶ οἷς ὁ γεννῶν ἄνθρωπος, τοιοῦτος καὶ ὁ ὑπ' αὐτοῦ γεννώμενος. Εἴσω παθῶν περιεχόμενος ὁ γεννήσας ἄνθρωπος τὸν ἴδιον υἱὸν, καὶ ὁ ἀπαθὴς θεὸς τὸν ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένον υἱὸν ἀπαθῶς ἐγέννησεν ἀληθινῶς, καὶ οὐ δοκήσει, ἀπὸ ἑαυτοῦ, καὶ οὐκ ἔξωθεν ἑαυτοῦ, πνεῦμα ὢν ἀπαθὲς, καὶ γεννῶν πνεῦμα ἀπαθῶς, θεὸς ὢν ἀπαθὴς, θεὸν ἀληθινὸν γεννήσας
pag. 751. ἀπαθῶς. Εἰ γὰρ αὐτὸς ἔκτισε τὰ πάντα, καὶ ὁμολογεῖς, ὦ Ἄρειε, ὅτι κέκτικεν ὁ θεὸς τὰ πάντα, αὐτὸς καὶ τὸν υἱὸν ἐγέννησεν. Εἰ δὲ λέγεις, ἐὰν ἐγέννησεν, ἔπαθε γεννήσας, καὶ ἡμεῖς πρὸς σὲ ἐροῦμεν ὅτι, εἰ γεννῶν ἔπαθε, κέκμηκε κτίσας. Ἀλλὰ ἅμα πάντα ἃ βούλεται, πάντα ἔχει ἐν ἑαυτῷ ἐν τελειότητι, καὶ οὔτε ἐν τῷ κτίζειν [3] εἰς τὸν υἱὸν πάθος ἐνσκήψει, οὔτε πάθει συνέχεσθαι τὸ θεῖον διὰ τὴν ἄχραντον τοῦ υἱοῦ γέννησιν νοηθήσεται. Ἄτρεπτος γὰρ ὁ πατὴρ, ἄτρεπτος ὁ υἱὸς, ἄτρεπτον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μία οὐσία, μία θεότης. Ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς μοι, Θέλων ἐγέννησεν, ἢ μὴ θέλων. Καὶ οὔκ εἰμι κατὰ σὲ, ὦ φιλόνεικε, ἵνα ἕν τι τοιοῦτον εἰς θεὸν διανοηθῶ. Εἰ μὲν γὰρ μὴ βουλόμενος ἐγέννησεν, ἄκων ἐγέννησε, καὶ εἰ βουλόμενος ἐγέννησεν, ἄρα ἦν τὸ βούλημα πρὸ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἔσται κἂν ῥοπὴ χρόνου μεταξὺ υἱοῦ διὰ τοῦ βουλήματος· ἐν θεῷ δὲ οὐ χρόνος εἰς βουλὴν, οὐ βούλησις εἰς διανόησιν. Οὔτε οὖν θέλων ἐγέννησεν, οὔτε μὴ θέλων, ἀλλὰ ἐν τῇ ὑπὲρ βουλὴν φύσει. Φύσις γὰρ αὐτῷ ἐστι θεότητος, οὔτε βουλῆς ἐπιδεομένη, οὔτε ἄνευ βουλῆς τι πράττουσα, ἀλλ' ἅμα ἐξ αὐτῆς τὰ πάντα ἔχουσα, καὶ οὐδὲν λείπουσα τῶν ὄντων.

Κεφ. κζ'. Ἔτι δὲ πάλιν ὁ αὐτὸς Ἄρειος θηρᾶται λέξεις, περινοστῶν ἀεὶ τὰ πάντα, καὶ περιεργαζόμενος ἑαυτῷ τὰ μοχθηρὰ, οὐχ ὡς ἔχει τὸ θεῖον γράμμα, ἀλλ' ὡς αὐτὸς νοσῶν περὶ τὰς ζητήσεις καὶ λογομαχίας εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ἀλλ' ἐπὶ καταστροφῇ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένων, ἐπιλαμβάνεται τοῦ ῥητοῦ οὗ ὁ κύριος εὐλογῶν τοὺς μα-

Cap. XXVI. — 1. κανανί *cod. Rhedig.*
2. τῇ *cod. Rhedig.*
3. *Corrigendum puto* εἰς τὸν θεόν. *Petavius suspicabatur* κτιοῦν. *Cornarius vertit* et neque in creando passio in fi-

aut initio ex patre, tum in terra sine labe ulla et macula sola se esse de matre genitum.

Atque ut voces illas interpretemur, *Adonai cannani*, hoc est, *Dominus foedificavit me*, quicquid alterum gignit, simile utique sibi gignit. Ergo et hominem homo generat, et deus deum. Ille carne, hic spiritu generat. Qualis porro est generans homo, talis est et genitus. Homo qui generat cum affectionibus sit obnoxius, perinde et filium gignit: deus autem omni affectione carens, sine eadem et genitum a se filium produxit, et quidem vere, non specie sola, ex semetipso, non extra se, genuit, spiritus utique, sine ulla, uti dixi, affectione, ac sine eadem spiritum generans, deus affectionis expers verum deum sine affectione producens. Etenim ille ipse qui creavit omnia, id quod ne tu quidem inficiari audes, o Ari, idem, inquam, filium genuit. Quare si istud obiicias, si genuit, passionem aliquam gignendo expertus est, tibi hoc vicissim opponemus, si generando aliquid passus est, etiam in creando laboravit. Res ipsa porro sic se habet ut quaecumque voluerit in seipso perfecte contineat, ac neque in rebus procreandis affectionem ullam suscipiat, neque propter integram ac purissimam filii generationem pati quicquam divinum numen afficique suspicemur. Si quidem immutabilis est pater, immutabilis filius, immutabilis spiritus sanctus, una essentia, una divinitas. Atenim dices, Vel voluntate, vel praeter voluntatem genuit. Ego vero nequaquam ero tui similis, homo contentiosissime, ut de deo quicquam eiusmodi cogitem. Nam sive praeter voluntatem genuit, invitus genuit, sive voluntate genuit, haec ipsa voluntas filium antecessit. Unde vel minimum saltem momentum propter illud voluntatis decretum ante filium intercipi poterit. At in deo neque tempus ad capiendum consilium, neque voluntas ad cogitationem requiritur. Quocirca neque volens neque vero nolens genuit, sed in natura, quae consilio omni superior est. Haec enim est natura divinitatis ut neque consilio egeat, nec absque consilio quicquam moliatur, sed ex seipsa simul habeat omnia, nec ulla re deficiatur. Cap. XXVI.

Iam vero idem ille Arius, qui in captandis vocibus ita totus est, omnia ut diligenter obeat ac perlustret, atque improba quaedam undequaque vestiget, non ut divinis literis consentanea sint, sed pro eo atque ipsum animi morbus impulerit, quo ad inanes quaestiones et verborum contentiones rapitur, quae nulli alteri usui sint, quam ut tam ipsum quam sectatores suos in perniciem coniiciant. Eodem igitur instituto illam domini sententiam arripit, qua cum Cap. XXVII.

lium cadet, neque deum affectioni obnoxium esse *cett.*

θητὰς ἔφη, Πάτερ, δὸς αὐτοῖς ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς· αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Ἀλλ' ἤδη μοι πεπραγμάτευται περὶ τούτων πάντων ἐν τῷ μεγάλῳ περὶ πίστεως λόγῳ, ᾧ πάλιν κατὰ τὴν ἡμῶν μετριότητα καὶ ἀσθένειαν ἀναγκασθέντες ὑπὸ τῆς τῶν ἀδελφῶν προτρεπτικῆς παρακλήσεως γεγράφαμεν περὶ Πίστεως, ᾧ λόγῳ ἐπεθέμεθα ὄνομα [1] Ἀγκυρωτόν. Καὶ γὰρ, καθάπερ ὁ ἡμέτερος ἐξίσχυσε πτωχὸς νοῦς διὰ τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας, ἐκ πάσης γραφῆς συνάγοντες
pag. 752. τὰ ἀληθινὰ τῆς τοῦ θεοῦ διδασκαλίας ἄγκυραν ὥςπερ τοῖς βουλομένοις τὴν ἁγίαν πατέρων πίστιν, ἀποστολικήν τε καὶ προφητικὴν, καὶ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τοῦ δεῦρο ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ κεκηρυγμένην, σαφῶς παρεθέμεθα, εἰς τὸ κατέχεσθαι τὴν διάνοιαν καὶ ἀσφαλίζεσθαι, μὴ ταῖς ἐπινοίαις τοῦ διαβόλου ῥιπίζεσθαι, μηδὲ κλυδωνισμῷ παραβλάπτεσθαι τῷ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων ἐν κόσμῳ πολυβλύστως κεκινημένῳ. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ κύριος ἐδίδαξε τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς λέγων ὅτι, Ἐὰν ὅπερ ἀπαρχῆς ἠκούσατε, [2] μείνῃ ἐν ὑμῖν [καὶ ἐὰν ἐν ὑμῖν [3] μείνῃ ὃ ἠκούσατε ἀπαρχῆς], ὑμεῖς ἐν ἐμοὶ μενεῖτε, καὶ ἐγὼ ἐν ὑμῖν, κἀγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοί. Ὥςτε οὖν τὰ ἀπαρχῆς ἀκουσθέντα [4] ἀπὸ τοῦ κυρίου ἀληθινὰ τῆς πίστεως μένει ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο μένει ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία, καὶ ὀρθόδοξος πίστις ἐν κυρίῳ, καὶ ὁ κύριος ὁ μονογενὴς ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν υἱῷ, καὶ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐὰν γενώμεθα ναοὶ χωροῦντες τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, καθὼς εἶπεν ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ ἀπόστολος ὅτι, Ὑμεῖς ναὸς θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Ἄρα γοῦν θεὸς ἐκ θεοῦ τὸ πνεῦμα, δι' οὗ πνεύματος ἁγίου ναοὶ καλούμεθα, ἐὰν κατοικήσωμεν τὸ αὐτοῦ πνεῦμα ἐν ἡμῖν. Πνεῦμα γὰρ Χριστοῦ [5] πνεῦμα πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον, ὡς αὐτὸς ὁ μονογενὴς ὁμολογεῖ.

Κεφ. κη'. Ταῦτα οὖν πάντα ἐν τῷ περὶ Πίστεως λόγῳ προειρημένῳ ὑφηγησάμεθα ἐν τῷ, ὡς εἶπον, γραφέντι εἰς τὰ μέρη τῆς Παμφυλίας καὶ Πισίδος. Ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ ἐφθάσαμεν εἰς τὰς ἑξῆς ζητουμένας λέξεις, ἀναγκαίως πάλιν ἐπιμνημονεῦσαι ἐσπουδάσαμεν τὰ αὐτὰ, ὡς εἰπεῖν, διὰ τὸν προκείμενον αἱρεσιάρχην Ἄρειον, καὶ τοὺς [1] ἀπ' αὐτοῦ Ἀρειανοὺς, ἵνα ἐκλύσωμεν τὰς αὐτῶν κακίας, τὰς τὸ γλυκὺ εἰς πικρὸν μεταβαλούσας, καὶ τὸ ἀγαθὸν εἰς φαῦλον, καὶ τὸ φῶς εἰς σκότος. Τοῖς γὰρ τοιούτοις τελείως ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ ἁγίου Ἡσαΐου τὸ Οὐαὶ ὁρίζεται, τοῖς τὰ ἀγαθὰ εἰς κακὰ μεταβάλλουσι. Καὶ θεὸς οὐδαμοῦ αἴτιος τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἕκαστος τούτων ἢ κατὰ κενοδο-

Cap. XXVII. — 1. *Cf. Ancorat. cap.* 2 *sqq.*
2. μείνῃ *codd. mss. uterque.* μένῃ *editi.*
3. μείνῃ *codd. mss. uterque.* μένῃ *editi. Verba quae praeeunte Petavio uncinis inclusi glossema videntur esse, et li-*

disciplis suis bene precaretur, usus esse legitur, *Pater, da illis vitam habere in semetipsis: haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum verum deum, et quem misisti Iesum Christum.* Verum de his omnibus iam ante disputavimus in magno illo de Fide libro, quem pro ingenii nostri mediocritate atque imbecillitate fratrum nostrum precibus et hortationibus adducti perscripsimus, cui Ancorato nomen indidimus; propterea quod, quantum pro ingenii nostri inopia adiuvante deo consequi potuimus, ex universa scriptura vera ac germana divinae doctrinae dogmata colligentes velut ancoram quandam in eorum qui uti vellent gratiam, sanctissimam patrum nostrorum fidem, et apostolicam ac propheticam, ab initio ad hodiernum usque tempus in sancta dei ecclesia praedicatam manifeste proposuimus, ad fulciendos et stabiliendos animos, ne diaboli commentis ac fraudibus huc illucque iactarentur, aut ex iis tempestatum fluctibus quos variae in orbe haereses multiplici agitatione commovent detrimenti quicquam acciperent. Sic enim et discipulos suos dominus edocuit: *Si*, inquit, *quod initio audistis in vobis manserit, vos in me manebitis, et ego in vobis: ego in patre et vos in me.* Igitur verae fidei decreta, quae a Christo domino ab initio accepta sunt, penes sanctam dei ecclesiam resident. Ideoque eadem illa dei ecclesia, et orthodoxa fides in domino manet, et unigenitus dominus in patre, et pater in filio, et nos in ipso per spiritum sanctum, si modo templa efficiamur eiusmodi quae sanctum eius spiritum capiant; quemadmodum apostolus loquitur: *Vos templum dei estis, et spiritus dei habitat in vobis.* Proinde deus ex deo spiritus est, per quem templa sancti spiritus appellantur, si ipsius in nobis spiritum habitare patiamur. Quippe Christi spiritus spiritus est a patre procedens, et accipiens a filio, ut ipse testatur unigenitus.

Ioann. 17, 3. Ioann. 15, 4. 1. Cor. 3, 16.

Cap. XXVIII.

Quae nos omnia in eo quem diximus libro uberius explicavimus, quem etiam in Pamphyliam ac Pisidiam misimus. Hoc vero loco, quoniam ad eas sententias de quibus deinceps quaestio movetur pervenimus, necessario eadem repetere studuimus, propter haeresis huius conditorem Arium et Arianos eius asseclas, quo omnem illorum improbitatem discutiamus, quae et id quod dulce est in amarum, et bonum in malum, et lucem in tenebras convertit. Nam adversus eiusmodi homines *Vae* illud omnino per Isaiam prophetam dominus imprecatur, *qui bona in mala commutant.* Quorum quidem caussa nequaquam adscribenda deo est, sed cuilibet istorum, sive

Isai. 5, 20.

*brarii alicuius errore de margine repetita.* 4. ἀπὸ *emendavit Petav. Libri habent* ὑπὸ. 5. παρὰ τοῦ πατρὸς *coniecit Voemel. ad Nicolai Methon. Anecd. P. I., p.* 14. CAP. XXVIII. — 1. *Libri* ὑπ' αὐτοῦ.

ξίαν, ἢ κατὰ πρόληψιν, ἢ κατὰ ἐθελοσοφίαν, ἢ κατὰ οἴησιν δαιμονιώδη, ἐξέπεσε τῆς ἀληθείας, καὶ τῷ κόσμῳ παρεισήγαγε θλίψιν τὴν
pag. 753. [2] αὐτοῦ μοχθηρίαν. Φέρε γοῦν διὰ ταύτης τῆς λέξεως διαλάβωμεν, ἵνα γνῶμεν τὰ ὑπὸ κυρίου λελαλημένα, ὥς φησι ὁ ἅγιος ἀπόστολος, Καὶ ἡμεῖς πνεῦμα θεοῦ ἔχομεν, ἵνα γνῶμεν τὰ ὑπὸ θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν, ἃ καὶ λαλοῦμεν, καὶ τὰ ἑξῆς. Φησὶ γοῦν ὁ κύριος, Δὸς αὐτοῖς ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς· αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν.

Κεφ. κθ'. Ἀναπηδᾷ δὲ κυκῶν οὗτος ὁ Ἄρειος, καὶ οἱ [1] ἀπ' αὐτοῦ, καὶ λέγουσι, [2] Τὸ ὅλως εὔξασθαι τῷ θεῷ καὶ λέγειν, Πάτερ, δὸς αὐτοῖς ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς, οὐκ ἔστιν ἴσος τῷ παρέχοντι τὴν ζωήν. Εἰ γὰρ ἦν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, αὐτὸς ἂν ἐχαρίζετο τὴν ζωὴν, καὶ οὐκ ἂν ᾐτεῖτο τὸν πατέρα δοῦναι τοῖς λαμβάνουσι τὰ ὑπ' αὐτοῦ διδόμενα δι' [3] αἰτήσεων. Καὶ οὐκ ἴσασιν οἱ καθ' ἑαυτῶν τὴν διάνοιαν διαστρέψαντες ὅτι τὰ πάντα ὁ μονογενὴς ἦλθεν ἵνα γένηται ὑμῖν ὑπογραμμὸς καὶ σωτηρία, μέσος ἑστὼς τοῦ κόσμου, ὡς ἐπὶ θεάτρου, ἀθλητοῦ δίκην, διαλύοντος πάντα τὰ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπαναστάντα, ἔκ τε τῆς ἀπιστίας καὶ συκοφαντίας καὶ πλάνης διαβόλου, πὴ μὲν διὰ εἰδωλολατρείας, πὴ δὲ διὰ Ἰουδαϊκῆς οἰήσεως, πὴ δὲ δι' ἀπιστίας, πὴ δὲ διὰ τῆς ἐπάρσεως τῆς τῶν ἀνθρώπων ὑπολήψεως, ἵνα διδάξῃ τοὺς ἀνθρώπους ταπεινοφρονεῖν, τοῦ μή τινα ἑαυτὸν ἡγήσασθαί τι ἄνθρωπος ὢν, ἀλλ' εἰς τὸν πατέρα τῶν ὅλων [4] ἀναφέρειν τὸ πᾶν. Καὶ διὰ τοῦτο, καίπερ ὢν ζωὴ, ὡς λέγει, Ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ, δυνάμενος παρέχειν τὴν ζωὴν, οὐ βούλεται ταράξαι τὸ δίκαιον, ἀλλὰ ἦλθεν εἰς μίαν ἀρχὴν, εἰς μίαν θεότητα, εἰς μίαν ἀλήθειαν, εἰς μίαν ὁμόνοιαν, εἰς μίαν δοξολογίαν, συναγαγεῖν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν τε καὶ διάνοιαν. Καὶ ἐνώπιον τῶν μαθητῶν τὸν πατέρα αἰτεῖται. Τίς γὰρ υἱὸς παρὰ πατρὸς οὐκ αἰτεῖται; τίς δὲ πατὴρ υἱῷ οὐ δίδωσι; ποῖος δὲ υἱὸς ἀλλοῖος τυγχάνει παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς φύσιν; καὶ διὰ τοῦτο υἱὸς μονογενὴς παρὰ πατρὸς πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας οὐκ ἐπεδέετο τοῦ πληρώματος, οὐκ ἐλλιπὴς τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Ὁ δὲ πλήρης ὢν καὶ δίδωσι καὶ δύναται δοῦναι. Βούλεται δὲ πάντα ἀνάγειν ἐπὶ τὸν πατέρα. Δοξάζει γὰρ υἱὸς τὸν πατέρα, δο-
pag. 754. ξάζει ὁ πατὴρ τὸν μονογενῆ. Ἐγὼ γάρ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς, ἔλεγεν ὁ υἱὸς τῷ πατρί. Καὶ ὁ πατὴρ ἔλεγε τῷ υἱῷ, Ἐδόξασά σε, καὶ πάλιν δοξάσω. Οὐκ ἔνι γὰρ διάστασις, οὐκ ἔνι φθόνος θεότητος.

2. αὐτοῦ *codd. mss. uterque.* αὐτῶν *editi.*

Cap. XXIX. — 1. *Libri habent* ὑπ' αὐτοῦ.

2. τῷ *suspicatus est Petav.*

3. αἰτήσεως *cod. Rhedig.*

vana quadam gloriola, sive anticipato animi iudicio, sive affectata nescio qua sapientia, sive afflatu daemonis opinione suscepta a veritatis itinere aberraverint, pravitatemque suam, sic tanquam ingentem calamitatem in orbem terrarum invexerint. Age igitur nos iterum de his sermonem instituamus hoc loco, ut quae dominus elocutus est pervidere possimus, quemadmodum apostolus ait: *Et nos* 1. Cor. 7, 40.
*spiritum dei habemus, ut cognoscamus quae a deo donata sunt nobis, quae et loquimur.* Haec igitur domini verba sunt: *Da illis vitam* Ioann. 17, 3.
***habere in seipsis: haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum verum deum, et quem misisti Iesum Christum.***

Cap. XXIX.

Hic omnia turbat ac permiscet Arius et Arii fautores, qui hoc nobis obiiciunt: Cum omnino deum obsecrasse, atque haec verba usurpasse dicatur, *Pater, da illis vitam habere in seipsis*, non potest ei qui vitam praebeat aequalis videri. Nam si ex patris essentia foret, vitam ipse tribueret, non a patre peteret, ut iis illam daret qui ea quorum ipse largitor sit precibus impetrarent. At illud ignorare homines isti videntur qui mentem sibi magno suo malo depravarunt; ob id unum huc accessisse dei filium, vobis ut exemplar ac salus esset, medio in mundo consistens, velut in theatro quodam athleta, qui omnia disiiciat et evertat quae adversus veritatem insurgunt, quaeque infidelitas ac diaboli fraus et calumnia concitavit, sive per simulacrorum cultum, sive per Iudaeorum fastum, sive per infidelitatem, sive per humanae opinionis arrogantiam, quo homines moderationem animi et humilitatem doceret, ne quis cum homo sit, magnum se esse quiddam arbitretur, sed ad communem omnium parentem universa referat. Quocirca licet vita ipse sit, ut testatur, *Ego sum vita*, eamque conferre per sese possit, iuris tamen ac iu- Ioann. 14, 6.
stitiae legem perturbare noluit, sed idcirco venit, ut ad unum principium unamque divinitatem, veritatem, concordiam, uniusque gloriae praedicationem, hominum salutem mentemque traduceret. Ob id coram discipulis patri supplicare voluit. Nam quis demum filius a patre non postulat? aut quis pater non filio largitur? quis porro filius a patris natura diversus est? Propterea unicus dei filius a patre genitus, *plenus gratiae et veritatis*, nullum complementum requi- Ioann. 1, 14.
rebat, cum nihil ipsi de veritate deesset, sed *plenus gratiae ac veritatis* foret. Sed etsi plenus sit, atque et largiatur ipse, et largiri possit, nihilominus in patrem refundere omnia voluit. Nam *Filius* Ioann. 14, 13.
*glorificat patrem*, ac vicissim *Pater unicum filium glorificat: ego* Ioann. 12, 28.
*enim clarificavi te super terra*, ait patri filius: et pater filio, *Clarificavi te, et iterum clarificabo.* Neque enim ullum in divinitate dissi-

4. ἀναφέρει *codd. mss. et ed. princ.*

*Δὸς οὖν αὐτοῖς ἔχειν ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. Ὁ ζωὴ ὢν ζωὴν θέλει παρὰ πατρὸς λαμβάνειν καὶ διδόναι τοῖς μαθηταῖς, αὐτὸς ὢν ζωὴ, ἵνα μὴ διέλῃ τὴν μονάδα, ἵνα μὴ σκῶλος γένηται τοῖς Ἰουδαίοις, ἵνα ἀκούσωσιν οἱ Ἰουδαῖοι παρὰ τοῦ πατρὸς αἰτοῦντα, καὶ διδόντα τοῖς [5] αὐτοῦ μαθηταῖς.*

Κεφ. λ'. *Πῶς οὖν αἰτεῖ τὸν πατέρα ὁ υἱός; Ὡς μὴ ἔχων καὶ αἰτῶν; Οὐχὶ, ἀλλὰ τὴν μονάδα τῆς τριάδος σημαίνων, τελείως παρέχουσαν τῷ λαμβάνοντι τὰ δῶρα [1] ἀξίως. Ἵνα δὲ σημάνῃ ὅτι μία ἐστὶν ἡ θεότης, πάλιν ἐν ἄλλῳ τόπῳ οὐκέτι αἰτούμενος δίδωσιν, ἀλλ' αὐθεντίᾳ τὰ ἴδια, ὡς πηγὴ ὢν ἀπὸ πηγῆς, καὶ θεὸς ὢν ἐκ θεοῦ, ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῶν καὶ εἶπε, Λάβετε πνεῦμα ἅγιον. Καὶ ἄλλοτε ἐπῆρε τὰς χεῖρας καὶ εἶπε, Λάβετε πνεῦμα ἅγιον. Καὶ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ζωὴν, ἵνα ᾧ βούλεται δοῦναι δῷ. Ὡς γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ. Καὶ ὁρᾷς ὅτι ἕνεκεν τιμῆς πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἕνεκεν μιᾶς ἑνότητος, καὶ μιᾶς δοξολογίας, καὶ τοῦ μὴ τοὺς μαθητὰς νομίσαι μὴ ἀπὸ τοῦ θεοῦ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν παρεκκλίνειν ὁ μονογενὴς ἦλθε τὰς διανοίας τῶν πιστευόντων, τούτου ἕνεκα θεὸς ὢν, καὶ προγινώσκων τὴν τῶν ἀνθρώπων κακοήθειαν, τὸν λόγον ὡς πρὸς τὸν πατέρα πέμπει, καὶ τὴν δόξαν ἀναφαίρετον τῷ πατρὶ δίδωσιν, ἵνα Μανιχαῖος [2] καταισχυνθῇ ἀρνούμενος τὸν πατέρα, ἵνα οἱ μαθηταὶ μάθωσιν ὅτι αὐτή ἐστιν ἡ θεότης ἐν παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ, ἵνα οἱ Ἰουδαῖοι ἐντραπῶσιν, ὅτι οὐκ ἦλθεν ὁ μονογενὴς διδάξαι ἄλλον θεὸν, ἀλλὰ ἀποκαλύψαι αὐτοῦ τὴν θεότητα, καὶ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ ἐπουρανίου. Δὸς οὖν αὐτοῖς ἔχειν ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς, καί τοί γε αὐτὸς ἐκήρυττε ταύτην τὴν ζωήν. Πῶς οὖν τὸν πατέρα ᾔτει, ἵνα δῷ αὐτοῖς ὃ αὐτὸς ἐδίδασκε καὶ ἐδίδου; τὴν γὰρ ζωὴν ὕστερον ἀπεφήνατο λέγων, Αὕτη, φησὶ, ἐστὶν ἡ ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν.*

Κεφ. λα'. *Εἶτα ὁ Ἄρειος καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῖ ἀναπηδῶσι διὰ τῆς λέξεως, ὥς τι κατὰ τῆς ἀληθείας εὑράμενοι, ὅτι εἶπε μόνον, φησὶ, τὸν ἀληθινὸν*
pag. 755. *θεόν. Ὁρᾷς τοίνυν ὅτι μόνος ἐστὶν ὁ πατὴρ ὁ ἀληθινός. Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς καὶ αὐτοὶ, Τί οὖν φατε; μόνος ἐστὶν ὁ πατὴρ ὁ ἀληθινός. Ὁ δὲ υἱὸς τί ἄρα ἔσται; οὐκ ἔστιν ἀληθινὸς ὁ υἱός; Εἰ οὐκ ἔστιν ἀληθινὸς ὁ υἱὸς, ματαία ἡ πίστις ἡμῶν, μάταιον τὸ ἐν ἡμῖν κήρυγμα· εὑρεθήσεσθε ἀπεικάζοντες τὸν [1] υἱὸν, βλασφημοῦντες καθ' ἑαυτῶν, τοῖς ἀνωνύμοις καὶ ἀθεμίτοις εἰδώλοις οἷς εἴρηκαν οἱ προφῆται*

5. *Ita codd. mss.* αὐτῶν *ed. Petav.* αὐτῶν *ed. princ.*

Cap. XXX. — 1. ἀξίως *codd. mss.* (*etiam Cornarius vertit* digne). ἀξία *ed. princ.* ἄξια *ed. Petav.*

2. κατασχυνθῇ *edili vitiose.*

Cap. XXXI. — 1. υἱὸν τοῦ βλασφη-

dium aut invidia reperitur. *Da*, inquit, *illis habere vitam in seipsis.* Ioann. 12, 28. Ergo vita ipsa vitam a patre postulat, quam cum discipulis communicet, ne aut unitatem divideret, aut Iudaeis offensionem praeberet, ut ipsum Iudaei a patre petentem ac discipulis erogantem audirent.

Quomodo igitur filius a patre postulat? Tanquam id quo carebat peteret? Minime vero; sed trinitatis unitatem expressit, quae consentanea dona iis qui accipiunt perfecte tribuit. Atque ut intelligeremus unicam esse divinitatem, idem alio loco non iam postulans, sed propria auctoritate velut sua largitur, utpote fons ex fonte, ac deus ex deo progressus, cum scilicet in discipulorum vultus inspirans, *Accipite*, dixit, *spiritum sanctum.* Alias quoque sublatis manibus, *Accipite*, inquit, *spiritum sanctum.* Item, *Vitam habet in seipso, ut cuicumque voluerit det.* Nam *ut pater vitam habet in seipso, sic et filius eandem habet in sese.* Vides igitur quemadmodum, ut honorem patri deferret, atque ut singularem esse divinitatem gloriamque significarent, tum ne discipuli ab legis illum et prophetarum deo fidelium animos revocare velle unicum dei filium crederent, cum idem ille deus esset, et hominum improbitatem cognosceret, orationem ad patrem converterit, eique gloriam quae auferri nullo modo potest tribuerit; ut et Manichaeus ille, qui patrem abnegat, erubesceret, et discipuli eandem in veteri novoque testamento divinitatem esse discerent, denique ut Iudaeis pudorem incuteret, dum animadverterent non alterius cuiusdam dei praedicandi gratia venisse filium, sed ut tam suam quam coelestis sui parentis divinitatem detegeret. *Da igitur*, inquit, *illis vitam habere in seipsis*; atqui hanc ipsam vitam ille praedicabat. Cur igitur a patre postulabat, ut hoc illis conferret quod ipse doceret ac tribueret? Nam, quod ad vitam attinet, hanc ipse postea declaravit. *Haec est*, ait, Ioann. 17, 3. *vita, ut cognoscant te solum verum deum.*

Cap. XXX. — Ioann. 20, 22. — Ioann. 5, 26.

Hic Arius eiusque fautores exultant, atque ex hac voce magnum se ad oppugnandam veritatem adiumentum nactos putant. Nam *solum*, inquiunt, *verum deum* appellavit. Ergo, ut vides, solus pater verus deus est. Sed nos vicissim illos interrogamus: Quidnam igitur dicitis? Solus, inquiunt, pater verus est. Quid ergo de filio dicemus? Non est verus filius? Si verus non est, inanis est fides nostra, vana est et apud nos facta praedicatio. Vos autem eo tandem redigemini ut non sine ingenti in deum contumelia, quae vestrum in caput recidat, dei filium execrandorum ac detestandorum simulacrorum haud dissimilem statuatis. De quibus in eorum

Cap. XXXI.

μοῦντες *habent libri. Excidit fortasse* θεοῦ *ante* βλασφημοῦντες.

ἐκ προσώπου τῶν ἠπατημένων, ὡς ἕκαστος τῶν προφητῶν τῆς λέξεως ταύτης ἐπεμνήσθη λέγων, καὶ [2] τὸ, Ψευδεῖς ἐποίησαν ἑαυτοῖς θεοὺς οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ ψευδεῖς ἐγένοντο οἱ βουνοί. Ἄρα οὖν καὶ ὁ μονογενὴς παρ' ὑμῖν οὕτως κρίνεται, καὶ οὕτως αἰσχρῶς περὶ τοῦ ἐξαγοράσαντος ὑμᾶς, εἴ γε ἐξηγόρασε, διανοεῖσθε. Οὐκέτι δὲ τῆς αὐτοῦ ἐπαύλεώς ἐστε, ἀρνούμενοι τὸν ὑμῶν σωτῆρα, καὶ τὸν ἀγοράσαντα ὑμᾶς. Εἰ γὰρ οὐκ ἔστιν ἀληθινὸς ὁ θεὸς, οὔτε προσκυνητός ἐστι, καὶ εἰ ἔστι κτιστὸς, οὐ θεὸς, καὶ εἰ οὐκ ἔστι προσκυνητὸς, πῶς [3] ἄρα θεολογεῖται; Παύσασθε οἱ πάλιν τὴν [4] φύρσιν ἐργαζόμενοι τὴν Βαβυλωνίαν, οἱ τὴν εἰκόνα καὶ τὸν τύπον ἐγείραντες τοῦ Ναβοχοδονόσορ, οἱ τὴν [5] πολυθρύλητον ταύτην σάλπιγγα [6] ἕνωσιν τῶν πολεμούντων σαλπίζοντες, οἱ ἐν μουσικοῖς καὶ ἐν κυμβάλοις, καὶ ἐν ψαλτηρίῳ διὰ τῶν πεπλανημένων ὑμῶν ῥημάτων εἰς πτῶσιν τοὺς λαοὺς φέροντες, εἰκόνι μᾶλλον δουλεῦσαι παρασκευάζοντες ἤπερ θεῷ καὶ ἀληθείᾳ. Καὶ τίς ἀληθινὸς ἕτερος, ὡς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ; τίς γὰρ ἐξισωθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεοῦ, φησὶ ἡ γραφή, καὶ, Ἕτερος πρὸς αὐτὸν οὐ λογισθήσεται. Καὶ τί φησι; Ἵνα ἴδῃς ὅτι περὶ τοῦ υἱοῦ λέγει, καθεξῆς διηγούμενός φησι, Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτήν. Καὶ μετὰ ταῦτα, Ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη. Πῶς οὖν οὐκ ἀληθινῶς πρὸς αὐτὸν ταῦτα εἴρηται; ὁ καὶ λέγων, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια.

Κεφ. λβ'. Ἀλλ' ἐρεῖς μοι, Πῶς εἶπεν ὁ μονογενὴς ἀληθινὸς θεὸς, Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν; ἵνα μὴ πολυθεΐα νομισθείη, ἵνα μὴ διαίρεσις γένηται τῆς ζωτικῆς γνώσεως. Εἰ γὰρ μόνος ἀληθινὸς θεὸς ὁ πατὴρ, ἀληθινὸς ὁ υἱὸς ἐκ πατρὸς ἀληθινῶς γεγεννημένος. Τιμῶν γὰρ τὸν πατέρα, καὶ μόνον αὐτὸν θεὸν ἀληθινὸν ἀποκαλύπτων, ἑαυτὸν ἔδειξεν ἐκ πατρὸς ἀληθινὸν γεγεννημένον. Διὰ τοῦτο ἀληθινὸς πατὴρ ὁ [1] θεὸς, ἀληθινὸς θεὸς ὁ υἱὸς ὁ μονογενής. Καὶ πόθεν
pag. 756. τοῦτο δεικτέον; ἀλλ' ὅρα μοι τὰς λέξεις ἐνταῦθα, ὡς μόνον ἀληθινὸν θεὸν φάσκει ἐνταῦθα τὸν πατέρα. Ἐν δὲ τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ, ὅτι, φησὶ, Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. Καὶ ποῖον φῶς ἀληθινὸν, ἀλλ' ἢ ὁ μονογενής; καὶ πάλιν αἱ γραφαί φασι περὶ τοῦ θεοῦ, ὅτι, Φῶς ὁ θεὸς, [2] καὶ οὐκ εἶπε, Φῶς ἀληθινὸν ὁ θεὸς, περὶ δὲ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ ὅτι, Φῶς ἀληθινὸν ὁ μονογενὴς, περὶ δὲ τοῦ πατρὸς, Θεὸς ἀληθινὸς, [3] καὶ οὐκ εἶπεν ὅτι, Φῶς ἀληθινὸν ὁ θεός. Περὶ δὲ τοῦ υἱοῦ ὅτι θεὸς, καὶ ἐπὶ τοῦ θεὸς ὁ υἱὸς, οὐ προσέθετο τὸ Ἀληθινόν. Καὶ ὅπου φῶς ὁ θεὸς, οὐ προσέθετο Φῶς ἀλη-

2. *Suspicor* τῷ.
3. *Libri vulgo* ἄρα.
4. φύρσιν *mea est emendatio.* φύσιν *habent cod. Ien. et ed. princ.* φύ *est in cod. Rhedig. Petavius in marg. proposuit* φύσει *et* Βαβυλῶνα. *Voc.* φύρσις *restituimus iam supra cap.* 11.
5. πολυθρύλλητον *ed. Petav.*
6. εἰς ἕνωσιν, *vel* ἐν ᾠσὶν *suspicatus est Petavius. Placet posterius.*

qui decepti fuerant persona prophetae cum loquuntur, eandem quam vos in dei filio vocem adhibuerunt. Velut in hoc loco: *Falsos sibi fecerunt deos patres nostri, mendaces fuerunt colles.* Eiusmodi proinde dei filius a vobis constituitur, ac tam de eo turpiter qui vos redemit, si tamen redemerit, cogitatis. Quocirca nihil ad eius caulam pertinetis, cum vos salvatorem vestrum, a quo empti estis, abnegetis. Etenim si verus deus non est, neque adorandus est: si creatus est, non est deus: quod si minime adorandus est, quomodo deus esse praedicatur? Desinite itaque vos tandem, qui novam hic Babylonem instauratis, ac Nabuchodonosoris effigiem atque imaginem erigitis, qui celeberrimam hanc tubam cogendis militibus inflatis, qui subdolis vestris vocibus, tanquam musicis instrumentis, cymbalis et psalteriis populos in lapsum erroremque praecipitatis, quos imagini servire potius quam deo ac veritati iubetis. Quis enim perinde verus est alter ac dei filius? *Nam quis aequabitur domino in filiis dei*, ut scriptura loquitur, et, *Alter cum ipso minime comparabitur.* Quid porro? Ut de filio sermonem esse cognoscas, deinceps ista subiecit: *Invenit omnem viam scientiae, et dedit illam.* Tum postea: *In terra visus est, et cum hominibus conversatus est.* Nonne haec vere de illo dicta sunt? qui et de se testatus est, *Ego sum veritas.*

Hier. 3, 23. Dan. 3 Ps. 88, 7. Baruc. 3, 36. Baruc. 3, 37. 38. Ioann. 14, 6.

Cap. XXXII.

Atenim dices, Cur dei filius verus deus ita loquitur: *Ut cognoscant te solum verum deum?* Ne scilicet deorum fingi turba posset, ne vitalis cognitionis divortium ullum fieret. Nam si pater solus verus deus est, verus est etiam ex patre filius, ab eodem revera genitus. Cum enim patri defert, eumque solum verum deum esse declarat, seipsum quoque verum a patre genitum esse monstravit. Quocirca verus pater deus est, verus deus, et unigenitus filius. Sed undenam comprobari istud potest? Si nimirum voces ipsas attente perspexeris. Siquidem hoc loco patrem solum verum deum esse definit. At in Ioannis evangelio, *Erat*, inquit, *lux vera.* Quaenam vera illa lux est, praeterquam unigenitus filius? Accedit quod sacrae literae hunc in modum de deo loquuntur: *Lux est deus*, neque, *Vera*, adiiciunt, dei vero filium veram esse lucem asserunt. At de patre, *Verus deus*, non item, *Lux vera deus est*, dixerunt. Cum autem de filio loquuntur, sic esse deum affirmant, ut ad illas voces, *Deus est filius*, veri vocabulum non adiecerint. Ubi vero

Ioann. 17, 3. Ioann. 1, 8. 1. Ioann. 1, 5.

Cap. XXXII. — 1. *Voc.* θεὸς *om. ed. Petav. In cod. Rhedig. est* πατὴρ ὁ θεὸς (*haec super rasuram*) ἀληθινὸς ὁ υἱὸς ἐάληθινὸς πατὴρ ὁ υἱὸς ὁ μονογενής. καὶ μὲν τοῦτο (*haec quoque omnia super rasuram*).

2. *Verba* καὶ οὐκ - - θεοῦ ὅτι φῶς *om. cod. Rhedig.*

3. *Verba* καὶ οὐκ - - περὶ δὲ τοῦ *om. cod. Rhedig.*

θινόν. Τί οὖν λέγομεν περὶ τοῦ πατρός; ὅτι μὲν γὰρ φῶς ἀληθινὸν ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ἄρα ἐλλιπὲς ποιήσομεν τὸ θεῖον· καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἔστι γεγραμμένον τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, [4] οὐκ εἴπομεν ἁμαρτάνοντες ὅτι οὐκ ἔστι φῶς ἀληθινόν. Καὶ ἐπειδὴ ὁ υἱὸς γέγραπται ὅτι θεός ἐστι, καὶ ἦν ὁ θεὸς πρὸς τὸν ὄντα πατέρα· καὶ γὰρ ἦν θεὸς ὁ λόγος. Καὶ οὐκ εἶπεν ὅτι, Θεὸς ἐγένετο ὁ λόγος, ἀλλὰ, Θεὸς ἦν. Ἐκ δὲ τῶν δύο τὰ ἰσόρροπα δειχθήσεται, ἐκ τοῦ μὲν Θεὸς ἀληθινὸς ὁ πατὴρ, καὶ Φῶς ἀληθινὸν ὁ υἱὸς, τὰ ἰσόζυγα φανεῖται τῆς ἀξίας, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ ὁ υἱὸς, καὶ Φῶς ὁ θεὸς, τὰ ἰσόρροπα τῆς δοξολογίας εὑρεθήσεται. Καὶ οὐδὲν διοίσει, οὐδὲ ἀντιλέξειέ τις τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλὰ ἀληθινὸς θεὸς ὁ πατὴρ, καὶ ἀληθινὸς υἱὸς ὁ μονογενής.

Κεφ. λγʹ. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀναγκάζομαι τοῦ λέγειν ἐνταῦθα, ἵνα μὴ παραλείψας τι δῷ τοῖς βουλομένοις ἐχθροῖς τὰς [1] αὐτῶν ἔχειν προφάσεις. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς αὐτὸς ὁ κύριος μαρτυρεῖ λέγων, Τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, Τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς, ὁ δὲ ἀπόστολος, Πνεῦμα Χριστοῦ. Ἄρα γοῦν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας πνεῦμα ἀληθείας, πνεῦμα θεοῦ, ὡς θεὸς ἀληθινὸς, ὡς φῶς ἀληθινὸν, ὡς πνεῦμα πατρὸς, ὡς πνεῦμα υἱοῦ. Μία γάρ ἐστιν ἡ τριὰς, μία ἡ δοξολογία, μία ἡ θεότης, μία ἡ κυριότης· πατὴρ πατὴρ, υἱὸς υἱὸς, ἅγιον πνεῦμα ἅγιον πνεῦμα· οὐ συναλοιφὴ ἡ τριὰς, οὐ διεστῶσα τῆς ἰδίας αὐτῆς μονάδος, οὐκ ἐλλιπὴς
pag. 757. τῆς τελειότητος, οὐκ ἀλλοία τῆς ἰδίας ἰδιότητος, ἀλλὰ πάντα τελειότης, τρία τέλεια, μία θεότης. Καὶ πέπτωκεν ἡ τῶν δι' ἐναντίας μάχαιρα. Καὶ γὰρ οὕτω γέγραπται ὅτι, Βέλος νηπίων ἐγενήθησαν. Καὶ γὰρ τὰ νήπια, κἄν τε θέλῃ λαμβάνειν βέλη, ἀνίσχυρα τυγχάνει, μὴ δυνάμενα ἐν χερσὶν αὐτῶν τι πράττειν. Ἐὰν δὲ καὶ παραταραχθῇ τὰ νήπια, μᾶλλον ἑαυτὰ σφάζει καὶ ἑαυτὰ ἀδικεῖ, μὴ δυνάμενα ἄλλοις ἐπιχειρεῖν τοῦ βέλους τὸ ἐπιχείρημα, ὡς καὶ οὗτοι καθ' ἑαυτῶν ἐπεστράτευσαν τὴν πλάνην, οὐδὲν δὲ [2] ἐνσκήψουσιν εἰς τοὺς υἱοὺς τῆς ἀληθείας.

Κεφ. λδʹ. Παρελεύσομαι δὲ καὶ εἰς ἑτέρας λέξεις πάλιν τὰς ὑπ' αὐτῶν ἐπινοουμένας. Καὶ πρῶτον μὲν ἐκπλήξεώς ἐστι τὸ ἔργον, ὡς εἰρωνείᾳ κέχρηνται πρὸς ἀπάτην τῶν ἀφελῶν καὶ ἀκεραίων φύσει. Ὡς ὁ ὄφις ἠπάτησε τὴν Εὔαν ἀκεραίαν οὖσαν, τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ οὗτοι, ἐὰν θέλωσι περιποιήσασθαι, τὸ πρῶτον μὲν κολακείαις πολλαῖς καὶ δαψι-

4. οὐκ *negationem suppleverunt Cornarius* (*qui vertit* ideo non dicimus peccantes) *atque Petavius. Abest enim ab libris. Petavio placuit* οὐκ εἴπωμεν.

lux deus nominatur *Lux vera* non dicitur. Ecquid igitur de patre sentiemus? Est enim utique vera lux deus, neque mancum aut defectum divinum esse numen existimabimus. Et quamvis minime scriptum sit veram illum esse lucem, non tamen committemus veram ut esse lucem inficiemur; praesertim cum de filio scriptum sit filium esse deum: *Et erat deus apud existentem patrem: erat enim deus verbum.* Non dixit, Deus factum est verbum, sed, Deus erat. Quamobrem ex his duobus eadem atque aequalia colligentur, ex eo, inquam, quod *Verus deus* appellatur pater, et *Lux vera* filius, aequalis utriusque dignitas apparet. Itemque ex eo quod et deus filius et lux esse deus dicitur par eademque amborum gloria reperietur; adeo ut nihil intersit omnino, nec veritati refragari quispiam iure possit, denique et verus deus pater, verus perinde filius unigenitus asseratur.

De spiritu vero sancto necesse est aliquid hoc loco disputare, Cap. XXXIII. ne, si quid praetermisero, sua hostibus nostris argumenta ac praesidia integra reliquisse videar. Eodem igitur modo de spiritu sancto sentire nos oportet quemadmodum dominus ipse testatur, cum *Spiritum veritatis, ac Spiritum patris* appellat, apostolus vero *Spiritum Christi.* (Ioann. 14, 17. Rom. 8, 9.) Est igitur *Spiritus veritatis, Spiritus dei,* uti *Verus deus vera lux, Spiritus patris spiritus filii.* Est enim una trinitas, una gloria, divinitas una, una dominatio, pater pater, filius filius, spiritus sanctus spiritus sanctus; nulla in trinitate commixtio, vel confusio, nec ab unitate sua dissidet, nec ad perfectionem deest illi quippiam, nec est a proprietate sua diversa, sed universa perfectio occupat, ut et perfecta tria sint, et trium nihilominus una divinitas. Qua ratione adversariis nostris gladius e manibus excussus est. Eoque scripturae locus ille pertinet, *Sagittae parvulorum factae sunt.* (Ps. 63, 8.) Nam tela dum ab infantibus tractantur imbecilla sunt, nec in eorum manibus quicquam efficere possunt. Quod si consternati turbatique fuerint, seipsos iugulant, aut sibi damnum inferunt potius quam ut alios illis aggredi et appetere queant. Sic et isti errorem suum contra semetipsos convertunt, neque quicquam adversus veritatis filios infligunt.

Nunc ad alios illorum sermones orationem confero. In quo Cap. XXXIV. primum illud admiratione plenum est, quantam ad circumveniendos rudes et simplices calliditatem ac simulationem adhibeant. Nam ut serpens Evam mulierem simplicem decepit, ita illi quos ad partes suas pellicere volunt, primum blanditiis ac munificentia omnibusque (Gen. 3.)

Cap. XXXIII. — 1. *Editi* αὐτῶν. 2. ἐνσκήπτουσιν *cod. Rhedig.*

λείᾳ καὶ προσοχῇ, ὑποσχέσει τε ἅμα καὶ φοβερισμοῖς, ὅτι, Τοῖς βασιλικοῖς προστάγμασι, καὶ τῷ τοῦ βασιλέως Οὐάλεντος θυμῷ ἐναντιοῦσθε; τοῖς μὴ βουλομένοις κατὰ τὴν αὐτῶν πίστιν φέρεσθαι. Καὶ τί φασι; Τί γάρ ἐστιν ὃ λέγομεν; Αὐτή ἐστιν ἡ πίστις, μόνον δὲ ὅτι κενοδοξεῖτε. Ἴδωμεν οὖν εἰ ἡ αὐτή ἐστι πίστις. Φασὶν οὖν, Ὁμολογοῦμεν τὸν γεγεννημένον υἱὸν ἐκ πατρὸς, καὶ οὐκ ἀρνούμεθα. Ἀλλὰ δεῖ ἡμᾶς, [1] φασὶ, καὶ τὸ κτίσμα ὁμολογεῖν, καὶ τὸ ποίημα. Οὐδὲν δὲ ἠλιθιώτερον. Πᾶν γὰρ τὸ κτιζόμενον οὐχ ὅμοιον τυγχάνει τῷ γεγεννημένῳ, οὔτε τὸ γεννώμενον ὅμοιον τῷ κτιζομένῳ, μάλιστα πρὸς ἐκείνην τὴν μίαν ἀκραιφνῆ καὶ τελείαν οὐσίαν. Πάντα γὰρ ὑπὸ θεοῦ κέκτισται· μόνος δὲ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ γεγένηται, καὶ μόνον τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐκ πατρὸς προῆλθε, καὶ ἐξ υἱοῦ ἔλαβε. Τὰ δὲ ἄλλα πάντα κτιστὰ, καὶ οὔτε προελθόντα ἐκ πατρὸς προῆλθεν, οὔτε τοῦ υἱοῦ λαμβάνοντα, ἀλλὰ ἐκ τοῦ πληρώματος τοῦ υἱοῦ, καθὼς γέγραπται, Τῷ γὰρ λόγῳ τοῦ θεοῦ τὰ πάντα ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Ἀλλὰ, [2] φασὶ, δεῖ ὁμολογεῖν καὶ τὸ κτίσμα, ἐπειδὴ εἶπεν ἡ γραφή· τροπικώτερον λεγόμενον τὸ κτίσμα, καὶ τροπικῶς λεγόμενον τὸ γέννημα. Κἄν τε γὰρ εἴπωμεν γέννημα, οὐχ ὡς ἓν τῶν γεννημάτων ἐροῦμεν. Ἄρα οὖν ἐν ᾧ ἐροῦσι
pag. 758. τὸ γέννημα, καὶ οὐκ ἀληθινὸν τὸ γέννημα, τοὺς ἀκεραιοτέρους ἀπατῶσι. Καὶ τὸ κτίσμα δὲ ὁμολογοῦμεν, φασίν. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ θύρα κέκληται ὁ Χριστὸς, καὶ ὁδὸς, καὶ στύλος, καὶ νεφέλη, καὶ πέτρα, καὶ ἀρνίον, καὶ ἀμνὸς, καὶ [3] χίμαρρος, καὶ μόσχος, καὶ λέων, καὶ πηγὴ, καὶ σοφία, καὶ λόγος, καὶ υἱὸς, καὶ ἄγγελος, καὶ Χριστὸς, καὶ σωτὴρ, καὶ κύριος, καὶ ἄνθρωπος, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ λίθος ἀκρογωνιαῖος, καὶ ἥλιος, καὶ προφήτης, καὶ ἄρτος, καὶ βασιλεὺς, καὶ οἰκοδόμος, καὶ γεωργὸς, καὶ ποιμὴν, καὶ ἄμπελος, καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὕτω, φασὶ, καὶ τὸ κτίσμα λέγομεν, καταχρηστικῶς· δεῖ γὰρ ἡμᾶς ὁμολογεῖν.

Κεφ. λε΄. [1] Φεῦ γε τῆς τοιαύτης κακῆς ὑπονοίας καὶ πανουργίας. Μὴ δῴη κύριός τινι τῶν τῆς ἀληθείας υἱῶν ὑπαχθῆναι τῇ τοιαύτῃ εἰρωνείᾳ, [2] ἤ τινα διὰ τῶν τοιούτων ὑποθέσεων καὶ τὸ τοῦ κτίσματος ὄνομα εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ εἰςδεξάμενον πεισθῆναι, καὶ οὕτως ὁμολογεῖν. Δότωσαν γὰρ ἡμῖν τούτου τὴν χρῆσιν καὶ τὴν τῶν λογισμῶν ἀπόδοσιν. Πάντα γὰρ ἐκεῖνα καταχρηστικῶς εἴρηται, οὐδὲν εἰς τὴν θεότητα τοῦ υἱοῦ ἐνσκήπτοντα, οὔτε ἐλλιπῆ ποιούμενα πρὸς τὸν πατέρα τῆς αὐτοῦ οὐσιότητος, κἄν τε θύρα λεχθείη, ἐπειδὴ δι᾽ αὐτοῦ εἰςερχόμεθα, κἄν τε ὁδὸς, ἐπειδὴ δι᾽ αὐτοῦ βαδίζομεν, κἄν τε στύλος, ἐπειδὴ αὐτός ἐστιν ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, κἄν τε νεφέλη, ἐπειδὴ

Cap. XXXIV. — 1. φησὶ codd. mss. 2. φησὶ codd. mss. 3. χίμαρος cod. Rhedig.
Cap. XXXV. — 1. Φεῦγε ed. Petav.

sedulitatis officiis aggredi solent, tum pollicitationes ac terrores adiiciunt. Vos enim, inquiunt, principis edictis et imperatoris Valentis voluntati resistitis? Ita eos alloquuntur qui suum ad dogma transire noluerint. Deinde quid tandem est? inquiunt. Quid porro dicimus? Eadem fides est; nisi quod inani gloriae studio ducimini. Videamus itaque eademne sit fides. Atque illi quidem sic asserunt: Confitemur filium ex patre genitum, nec eum negamus; verum nobis quoque creatura et opificium confitendum. Quo quidem nihil est ineptius. Quidquid enim creatum est, dissimile est genito, neque quod genitum est, creato simile est, praesertim si de sincera illa perfectaque natura sermo sit. Nam omnia a deo creata sunt, solus dei filius genitus est, ac solus spiritus sanctus *a patre processit, et a filio accepit.* Cetera omnia creata sunt, neque a patre processe- Ioann.15,26.
runt, neque a filio acceperunt, sed ex plenitudine filii, uti scriptum est, Quippe *verbo domini omnia firmata sunt, et spiritu oris* Ioann. 1, 16. Psalm.
*eius omnis virtus eorum.* Atqui etiam creaturam confiteri nos opor- 32, 6.
tet, inquiunt; quandoquidem scriptura creaturae nomen, itidemque foetus per tropum ac metaphoram usurpavit. Quare etsi foetum appellemus, non eadem eius est ac ceterorum foetuum ratio. Quocirca dum foetus vocabulum sic usurpant, verum ut esse foetum dei filium negent, simplicioribus illudunt. Praeterea etiam creaturam inquiunt esse confitemur. Etenim Christus *ianua* dicitur et *via, columna, nubes, petra, ovis, agnus, hoedus, vitulus, leo, fons, sapientia, verbum, filius, angelus, Christus, salvator, dominus, homo, filius hominis, lapis angularis, sol, propheta, panis, rex, architectus, agricola, pastor, vitis,* et id genus alia. Ita et creaturam, inquiunt, abusu quodam nominis appellamus, idque nobis omnino fatendum est.

Cap. XXXV.
Apage sceleratam illam opinionem et callidam, nec permittat unquam dominus ullus ut ex veritatis filiis eiusmodi cavillatione circumveniatur, atque iis rationibus inductus creaturae nomen ad dei filium accommodari posse sibi persuadeat, atque ita profiteatur. Etenim huius nobis appellationis usum atque explicatas rationes adferant. Nam illa quidem omnia per catachresin usurpantur, neque filii divinitatem impetunt, aut illius essentiam a paterna ulla ex parte deficere arguunt. Sive *ianua* vocetur, quoniam per illum ingredi- Ioann.10,9.
mur, sive *via*, quoniam per ipsum ambulamus, sive *columna,* quod Ioann.14, 6.
veritatis firmamentum ille sit, sive *nubes*, quod Israëlitas protexe- Exod. 13.

*Et Cornarius vertit,* Fuge malam hanc opinionem *cett.*

2. ἤ τινα *scripsi pro* ἵνα, *quod libri praebent; Petavio placuit* καί.

ἐσκέπασε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, κἄν τε στύλος, διὰ τὸ φωτεινὸν τοῦ πυρὸς ὃ ἐφώτισεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, κἄν τε μάννα, ἐπειδὴ ἠρνήσαντο αὐτὸν ἄρτον ἐπουράνιον, κἄν τε ἄρτος, ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ ἰσχυροποιούμεθα, κἄν τε ἄγγελος, ἐπειδὴ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος· ὁμώνυμον γάρ ἐστι τὸ τοῦ ἀγγέλου ὄνομα. Ἐδέξατο γὰρ ἡ Ῥαὰβ τοὺς ἀγγέλους, καὶ οὐκ ἦσαν ἄγγελοι οἱ ἀπεσταλμένοι, ἀλλ' ἢ οἱ ἀναγγείλαντες περὶ τοῦ τόπου. Οὕτω καὶ ὁ μονογενὴς, ἐπειδὴ ἀνήγγειλε τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς τοῖς ἀνθρώποις, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, ἐν τῷ κόσμῳ ἀναγγέλλων τὴν μεγάλην βουλήν. Καὶ λίθος, οὐκ ἀναίσθητος ὁ λίθος, ἀλλὰ καταχρηστικῶς, διὰ τὸ πρόσκομμα γεγονέναι Ἰουδαίοις, ἡμῖν δὲ θεμέλιον σωτηρίας. Καὶ ἀκρογωνιαῖος λίθος, διὰ τὸ ἐπισφίγξαι παλαιὰν καὶ νέαν διαθήκην, περιτομήν τε καὶ ἀκροβυστίαν εἰς μίαν ἕνωσιν. Ἀμνὸς δὲ, διὰ τὸ ἄκακον, καὶ τὸ δι' αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν ἀπὸ
pag. 759. τῶν ἀνθρώπων ἠφανίσθαι ἐν τῷ αὐτὸν τῷ πατρὶ προσενηνέχθαι πρόβατον εἰς σφαγὴν, ἐπειδὴ ἦλθεν ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν ὁ ἀπαθὴς, ἵνα ἡμεῖς σωθῶμεν, καὶ εἴ τι ἔστιν ἕτερον ταῖς αὐταῖς χρήσεσι συμβαλλόμενον εἰς σωτηρίαν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, καταχρηστικῶς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται.

Κεφ. λϛ'. Τί οὖν τὸ κτίσμα ὠφελήσειεν; ἢ ποίαν χρῆσιν ποιεῖται πρὸς τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ λόγου ἔνσαρκον δοξολογίαν καὶ τελείαν θεότητα; τί ὠφελεῖ ἡμᾶς τὸ λέγειν αὐτὸν κτίσμα; τί κτίσμα ταῖς κτίσεσιν ἐργάζεται; τί κτίσμα ὠφελεῖ τὰς κτίσεις; πῶς δὲ ἔκτισεν ὁ θεὸν θεὸν εἰς προσκύνησιν διδοὺς, ὁπότε λέγει, Μὴ ποιήσῃς σεαυτῷ πᾶν ὁμοίωμα μήτε ἐπὶ γῆς, μήτε ἐν οὐρανῷ, καὶ μὴ [1] προσκυνήσῃς αὐτῷ; πῶς οὖν ἔκτισεν ἑαυτῷ υἱὸν, καὶ ἐπέταξε προσκυνεῖσθαι; μάλιστα τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, Καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ἐμωράνθησαν. Μωρὸν γὰρ τὸ κτίσιν θεολογεῖν, ἀθετεῖν δὲ πρώτην ἐντολὴν τὴν λέγουσαν, Κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Διὸ ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία οὐ κτίσμα προσκυνεῖ, ἀλλὰ υἱὸν γεννητὸν, πατέρα ἐν υἱῷ, υἱὸν ἐν πατρὶ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι. Ἀλλὰ, Ναὶ, φησί. Ἐὰν γὰρ μὴ εἴπω ὅτι κτίσμα, φησὶν, ἐλάττωσιν προσφέρω τῷ πατρί. Τὸ γὰρ κτιστὸν οὐκ ἐλαττοῖ τὸν κτίσαντα. Τὸ δὲ γεγεννημένον ἐκ φύσεως ἢ συστολὴν ἐργάζεται, ἢ πλατυσμὸν, ἢ μείωσιν, ἢ τομὴν, ἤ τι τῶν τοιούτων παθῶν προσάπτει τῷ γεγεννηκότι. Πολλὴ δὲ μωρία τῶν τοιαῦτα λογιζομένων, ὡς ἀφ' ἑαυτῶν τὸ θεῖον εἰκάζειν, καὶ τὰ εἰς αὐτοὺς πάθη τῷ θεῷ προσάπτειν βουλομένων, τοῦ θεοῦ ἀπαθοῦς ὄντος παν-

Cap. XXXVI. — 1. προσκυνήσῃς κυνήσεις editi libri. cod. Rhedig. προσκυνήσις cod. Ien. προσ-

rit, sive alio modo *columna*, propter ignis illius splendorem qui per solitudinem illuxit, sive *manna*, quoniam *coelestem illum panem* negaverant, sive *panis*, quia nos confirmat ac roborat, sive *angelus*, Ioh. 6.
quoniam *magni consilii angelus est;* est enim angeli vox homonyma. Quippe Rhaab angelos excepisse dicitur; neque tamen angeli erant qui missi fuerunt, sed nuntii, qui de regionis natura certi aliquid Io n 2.
retulerunt. Qua eadem ratione dei filius pro eo quod patris voluntatem nuntiavit hominibus, *magni consilii angelus* dicitur, qui magnum illud consilium mundo significavit. Iam cum *lapis* dicitur, non sensus expers lapis aliquis intelligendus est, sed per catachresin Isai. 9, 5. 1. Cor. 10, 4.
usurpatur, eo quod Iudaeis offensioni fuerit, nobis vero fundamentum salutis. *Angularis* vero *lapis* idcirco, quod vetus ac novum testamentum circumcisionem ac praeputium in unum consociarit ac Isai. 28, 16. Ephes. 2, 20.
devinxerit; *agnus* item propter innocentiam, tum quod hominum scelus per ipsum penitus extinctum fuerit, cum ovis instar iugulatus Ioann. 1, 36.
ac patri oblatus est; quandoquidem ut pro nobis pateretur, is qui nihil pati poterat advenit, ut nos salvi esse possemus. Ac si quid aliud est, quod eodem usu ad salutem hominum accommodari possit, per catachresin in sacris literis ad illum transfertur.

Ecquid ergo prodesse nobis creatura posset? aut quid ad salu- Cap. XXXVI.
tem hominum conferret, vel ad divini verbi incarnati gloriam divinitatemque perfectam? Quid, inquam, nobis profuerit, si creaturam illum dixerimus? Quid est quod creatum aliquid creaturis prodesse, aut utilitatis afferre possit? Ad haec quomodo deus deum creavit, et adorandum proposuit, cum ipsemet dixerit, *Non facies tibi similitudinem ullam, neque in terra, neque in coelo, neque adorabis illam?* Exod. 20, 4.
Quomodo igitur sibi filium creavit, adorarique iussit? praesertim cum apostolus dicat, *Et servierunt creaturae potius quam creatori, et stulti facti sunt.* Stultum enim est creaturae divinita- Rom. 1, 25.
tem tribuere, ac primum legis violare mandatum, *Dominum deum tuum adorabis, et illi soli servies.* Propterea sancta dei ecclesia Matth. 4, 10.
creaturam non adorat, sed filium genitum, patrem in filio, filium in patre, cum spiritu sancto. Imo vero, inquiunt. Nisi enim creaturam illum esse dixero, patris maiestatem imminuo. Etenim quod creatum dicitur, creatorem non minuit. Quod autem ex natura genitum est, contractionem quandam, aut collatationem, aut diminutionem, aut sectionem, aut eiusmodi affectionem aliquam ei affert a quo genitum est. Sed eorum qui ita cogitant summa plane stultitia est, qui de divino numine coniecturam ex seipsis capiunt, affectionesque suas in deum transfundere conantur, cum tamen tam

τελῶς, καὶ ἐν τῷ γεννᾷν, καὶ ἐν τῷ κτίζειν. Ὡς γὰρ ἡμεῖς πάσχομεν γεννῶντες, ἐπειδὴ κτιστοί ἐσμεν, οὕτω καὶ κάμνομεν κτίζοντες. Καὶ εἰ πάσχει ὁ πατὴρ γεννῶν, ἄρα καὶ κτίζων κάμνει. Πῶς δὲ περὶ θεοῦ πάθος ἔστιν εἰπεῖν, καὶ τὸ κάμνειν, εἴπερ κάμνει; Ἀλλ' οὐ κάμνει, μὴ γένοιτο. Οὐ κοπιάσει γὰρ, φησὶ ἡ γραφή. Πνεῦμα οὖν ὁ θεὸς καὶ πνεῦμα ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως τὸν υἱὸν ἐγέννησεν, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ κτισθέντα.

Κεφ. λζ. pag. 760. Παρελεύσομαι δὲ καὶ τοῦτο τὸ ῥητόν· ἐφ' ἕτερα δὲ πάλιν ἑαυτοὺς ἐπιδῶμεν, τῶν ὑπ' αὐτῶν ἐν κακαῖς ὑπονοίαις λεγομένων τε καὶ ᾀδομένων, ἄνω δέ μοι [1] προτεταγμένων. Καὶ γὰρ πάλιν χυδαίως φασὶ τοῦτο τὸ ῥητὸν παρερμηνεύοντες, τὸ, Δέξασθε τὸν ἀρχιερέα ὑμῶν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. Καὶ πρῶτον μὲν τὴν ἐπιστολὴν ταύτην, τὴν πρὸς Ἑβραίους φημὶ, ἀπωθοῦνται, φύσει αὐτὴν ἀναιροῦντες ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου, καὶ λέγοντες μὴ εἶναι τοῦ αὐτοῦ. Τὸ δὲ ῥητὸν διὰ τὴν ἰδίαν νόσον εἰς ἑαυτοὺς, ὡς προεῖπον, κακῶς ἐκδέχονται, δῆθεν ἀπὸ τοῦ εἰρημένου, ὅτι, Πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, τὸ κτίσμα παρεισφέροντες. Ἐρωτήσειε δ' ἄν τις [2] αὐτοὺς σύνεσιν κεκτημένος, καὶ ἀπορήσουσι, μὴ ἔχοντες τί ἀποκριθήσονται, ὅτι, Τὸν ἀρχιερέα πότε προσελάβετο ὁ κύριος ἡμῶν ὄνομα αὐτῷ καλεῖσθαι; Οὐδαμοῦ γὰρ πρὸ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας ταῦτα ἔσχε τὰ ὀνόματα, τὸ λίθον καλεῖσθαι, τὸ πρόβατον εἰς σφαγὴν φέρεσθαι, τὸ ἄνθρωπον καὶ υἱὸν ἀνθρώπου, τὸ [3] ἀετὸν, καὶ ἀρνίον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσαπερ εἰς αὐτὸν [4] μετὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν ἀναφέρεται, ὡς καὶ ἀρχιερέα αὐτὸν καλεῖσθαι δι' ἣν ὁ νόμος ἐκήρυττε περὶ αὐτοῦ ὑπόθεσιν ὅτι, Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ἐγερεῖ κύριος ὁ θεὸς ὑμῖν. Ἄρα γοῦν τὸν προφήτην καὶ Ἀρχιερέα, καὶ τὸ Ἐξ αὐτῶν, μετὰ τὴν ἐνταῦθα κατακωχὴν ἑρμηνεύει σαφῶς ὁ λόγος. Ὡς καὶ ἀραρότως ἔστιν ἰδεῖν, πῶς πάλιν ἡ ἀνίκητος τοῦ θεοῦ δύναμις καὶ προγνωσία εἰς τὸ φράξαι πᾶν στόμα ἐπεγειρόμενον κατὰ τῆς ἀληθείας, πάντα μετὰ θαυμαστῆς φωταγωγίας προεθέσπισε καὶ ἠσφαλίσατο. Φάσκει γὰρ οὕτως ἐν τῇ αὐτῇ ἀκολουθίᾳ, ὅτι, Πᾶς ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται, εἰς τὸ προσφέρειν δῶρά τε καὶ θυσίας, δυνάμενος μετριοπαθεῖν· ἀνάγκην γὰρ ἔχει καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν· ὁ δὲ μὴ ἔχων ἁμαρτίαν ἑαυτὸν προσήνεγκε τῷ πατρί. Καὶ τὸ μὲν, Ἐκ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τὴν ἐνδημίαν, τὸ δὲ οὐκ ἐξ ἀνθρώπων τὸ, Μὴ ἔχων ἀνάγκην, διὰ τὴν θεότητα. Καὶ Περὶ τῆς αὐ-

Cap. XXXVII. — 1. προστεταγμένων codd. mss. et ed. princ. προεταγμένων ed. Petav. 2. αὐτοὺς cod. Rhedig. αὐτοῖς cod.

in generando quam in creando ab omni affectione sit immunis. Nam quod ad nos attinet, uti gignendo patimur, eo quod creati sumus, ita et creando ac moliendo fatigamur. Quare si generando pater nonnihil patitur, etiam creando fatigatur. Quinam vero deo tribui ulla eiusmodi potest affectio sive defatigatio? Absit vero ut fatigari credamus. *Non enim laborabit,* inquit scriptura. Denique cum deus Isai.40.28.
sit spiritus, perinde et spiritum sine ullo initio aut tempore genuit filium, deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, genitum, non creatum.

Ab hac scripturae sententia ad alias transeundum modo nobis Cap. XXXVII.
est, quas perperam accipientes usurpare ac decantare solent, quas quidem initio commemoravimus. Ac primum apostoli dictum illud temere proferunt, et interpretatione sua depravant: *Suscipite pon-* Hebr. 3, 2.
*tificem vestrum, qui fidelis est ei qui fecit seipsum.* Sed primum epistolam illam, quae ad Hebraeos scripta est, repudiant, et ab apostolicis scriptis reiiciunt. Ex qua tamen illam, uti dixi, sententiam pro privato suo animi morbo male ad institutum suum transferunt, et ex his verbis, *Qui fidelis est ei qui fecit seipsum*, creaturam esse filium adstruunt. Verum interrogare illos prudentior aliquis poterit, et ita urgere, ut quid respondeant nihil habeant. Hoc enim quaeri potest, quandonam pontifices nomen illud dominus noster assumpserit. Non enim ante susceptam carnem istiusmodi nomina sortitus est, ut *lapis* vocaretur, et *ovis ad occisionem oblata,* item, *homo,* et *filius hominis, aquila, agnus,* et id genus alia, quae Isai.53, 7.
post incarnationem eidem attributa sunt. Qua ratione pontifex quoque dictus est, ob elogium illud quod de ipso in lege praedicatur: *Prophetam ex fratribus vestris suscitabit dominus deus vobis.* Quare Deut.18, 15.
prophetam, et pontificem, et Ex ipsis suscitatum, post illam in terris habitationem, scriptura manifeste declarat. Ex quo certissime illud potest intelligi, quemadmodum invicta dei virtus ac praescientia, ut os omne praecludat adversus veritatem insurgens, cum admirabili quadam luce praedixerit ac firmaverit omnia. Sic igitur illo loco in sequentibus legitur: *Omnis pontifex ex hominibus assum-* Hebr. 5, 1.
*ptus, pro hominibus constituitur, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis, qui possit compati: necessitatem enim habet et pro suis delictis offerre: qui autem peccatum non habet, seipsum obtulit patri.* Ubi haec verba, *Ex hominibus*, ad incarnationem pertinent. Haec autem, *Non ex hominibus,* et, *Non habens necessitatem,* divinitatem

*Ien. et editi libri.*
3. *Libri vulgo* ἀετός.
4. κατὰ *habet ed. Pelav. Coloniae repetita.*

τοῦ θεότητός φησι, Καίπερ ὢν υἱὸς, περὶ δὲ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας, Ἔμαθεν ἐξ ὧν ἔπαθε, φησί.

Κεφ. λη'. Καὶ ὁρᾷς ὅτι πάντα τοῦ Χριστοῦ λεῖα, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς στραγγαλιῶδες. Τὸ γὰρ, Ἀρχιερέα πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν,
pag. 761. οὐδὲ τὴν αὐτὴν πλάσιν ἐνταῦθα διηγεῖται τοῦ σώματος, οὐδὲ τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως, οὐ περὶ κτίσεως ὅλως φάσκει, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐνδημίαν τοῦ ἀξιώματος τὸ χάρισμα, ὡς καὶ τὸ εἰρημένον, Ἔδωκεν αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. Καὶ οὐ πρώην τοῦτο ἐπληροῦτο ἐν τῇ θεότητι, ἀλλὰ τῇ νῦν παρουσίᾳ, ἐπειδήπερ ἡ αὐτοῦ ἐνανθρώπησις ἡ ἐκ Μαρίας ἔλαβεν ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα σὺν τῷ θεῷ λόγῳ καλεῖσθαι υἱὸν θεοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου ἐνταῦθα πάλιν εἴρηκε, Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀλλήλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον, ἵνα ὁ δεσπότης ἀγγέλων καὶ ποιητὴς παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένος φανείη, ὁ φρικτὸς καὶ φοβερὸς τοῖς ἀγγέλοις, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτοὺς κτίσας σὺν τῷ πατρὶ καὶ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἠλαττωμένος [1]λέγοιτο, καὶ φανείη σαφῶς ὅτι οὐ περὶ θεότητος ἐνταῦθα φάσκει, ἀλλὰ περὶ τῆς αὐτοῦ σαρκός. Πάθημα γὰρ θανάτου οὐ πρὸ σαρκὸς εἰς τὸν λόγον ἀναλογεῖται, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν τοῦ αὐτοῦ ἀπαθοῦς [2]ὄντος καὶ παθητοῦ, ἀπαθοῦς μὲν ὄντος ἐν τῇ θεότητι, πάσχοντος δὲ ἐν τῇ ἀνθρωπήσει, ὡς καὶ τὰ ἀμφότερα ἑνὶ πληροῦται [3]τὸ, Υἱὸς ἀνθρώπου ἐν ταὐτῷ, καὶ Υἱὸς θεοῦ ἐν ταὐτῷ. Ὁμοῦ γὰρ Χριστὸς ἐν τοῖς ἀμφοτέροις ὁ υἱὸς καλεῖται.

Κεφ. λθ'. Τί οὖν ἐποίησεν αὐτόν; Οἱ φιλονεικοῦντες μάθωσιν ἀπὸ τῶν προειρημένων πάντων ὅτι οὐδὲν εἰς τὴν θεότητα ἐν τῷ ῥητῷ τούτῳ ἀναλογεῖται, ἀλλὰ εἰς τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν. Καὶ οὐδὲ ὡς περὶ ποιήσεως [1]ἢ κτίσματος, ἀλλ' ὡς περὶ ἀξιώματος μετὰ τὴν παρουσίαν, τὸ Ἐποίησεν αὐτόν. Ἐρωτήσας γάρ τίς τινα βασιλέα περὶ τοῦ ἰδίου υἱοῦ, ὅτι, Τί σοι πέφυκεν οὗτος, καὶ ἀκούσει παρ' αὐτοῦ ὅτι, Υἱός μού ἐστι. Γνήσιος οὖν σοι ὑπάρχει, ἢ νόθος; Ὁ δέ φησι, Γνήσιος ἐξ ἐμοῦ ὑπάρχει. Τί οὖν αὐτὸν ἐποίησας; Βασιλέα αὐτὸν ἐποίησα. Δῆλον μηδὲν παρηλλαγμένον τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀξίας. Καὶ οὐχὶ πάντως διὰ τὸ εἰρηκέναι, Ἐποίησα αὐτὸν βασιλέα, παρὰ τοῦτο, Ἔκτισα αὐτὸν, λέγει ὁ βασιλεύς. Οὐ γὰρ τὴν γέννησιν ἠρνήσατο, ἣν ὡμολόγησεν γεγεννηκέναι, ἐν τῷ εἰπεῖν Ἐποίησα, ἀλλ' ἐκείνην μὲν

Cap. XXXVIII. — 1. γένοιτο *cod. Rhedig.* 2. ὂν *codd. mss. et ed. princ.* 3. τῷ *suspicatus est Petavius.*

Cap. XXXIX. — 1. καὶ *cod. Rhedig.*

indicant, ut et illa, *quamvis esset filius.* Haec autem, *Didicit ex his quae passus est,* ad assumptam carnem referenda sunt.

Vides ut omnia quae Christo conveniunt plana sint et perspicua, neque quicquam in his sit impeditum aut perplexum. Nam haec ipsa verba, *Pontificem qui fidelis est ei qui fecit ipsum,* nihil ad corporis formationem aut incarnationem, aut vero creationem spectant, sed dignitatem illam ac coeleste munus indicant quod illi assumpta iam carne collatum est. Quo etiam et locus iste referendus est, *Dedit ei nomen quod est super omne nomen.* Hoc enim non antea in divinitate, sed in incarnatione perfectum est, cum scilicet humana ipsius natura quam ex Maria sumpsit nomen est eiusmodi consecuta quod omnia nomina dignitate superaret, ut cum divino verbo coniuncta dei filius appellaretur. Quam ob caussam per eundem apostolum hoc loco dixit, *Hunc autem paulo minus ab angelis minoratum videmus Iesum ob passionem mortis gloria et honore coronatum:* quo scilicet angelorum dominus et conditor angelis minor factus esse videretur, ille inquam ipse angelis metuendus ac terribilis, quos de nihilo cum patre et spiritu sancto creavit, minor diceretur, certoque constaret non de eius divinitate mentionem hoc loco fieri, sed de carne duntaxat. Mortis enim passio non priusquam carnem induisset verbo dei ratione quadam accommodatur, sed post eiusdem incarnationem, qui una et passionis expers est, et obnoxius passioni. Expers quidem, quod ad divinitatem attinet, obnoxius vero, si hominis naturam consideres. Quod utrumque in uno completur, ut et filius hominis in eodem, et dei filius in eodem existat. Christus enim utrobique dei filius vocatur.

Cap. XXXVIII. Phil. 2, 9. Hebr. 2, 9.

Quidnam igitur est quod *ipsum fecisse* dicitur? Discant arguti ac contentiosi homines ex iis quae hactenus dicta sunt nihil hoc in loco esse quod ad divinitatem pertineat, sed ad incarnationem omnia referri; ita tamen, ut de creatione et effectione nulla sit mentio, sed de ea dignitate quam suscepta carne consecutus est eae voces accipiendae sint, *Fecit ipsum.* Sic enim sese res habet ut si quis ab rege de filio suo percontetur, Quanam iste tibi sanguinis cognatione coniunctus est? tum ille respondeat, Filius meus est: pergat deinde, et germanusne sit an spurius roget, rex autem, Germanus et a me genitus, subiiciat. Quid igitur illum fecisti? Regem, inquit, feci. Ex quo manifeste sequitur minime hunc esse dignitatis paternae dissimilem. Nec eo quod rex dicat, Regem illum feci, eundem se creasse confitetur. Non enim generationem inficiatur, cum eum se genuisse dicat hoc ipso quod fecisse se narrat, sed cum illam aperte profiteatur, faciendi nihilominus verbum ad dignitatem

Cap. XXXIX.

pag. 762. σαφῶς ἀπεφήνατο, τὸ δὲ Ἐποίησα περὶ ἀξίας ἐδήλωσεν. Οὕτω καὶ ὁ υἱὸς υἱὸς τοῦ πατρὸς ἀναμφιβόλως τοῖς ζωὴν ἐθέλουσι πιστεύεταί τε καὶ προσκυνεῖται· τὸ δὲ ἀρχιερέα γενέσθαι, διότι ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ τῷ πατρὶ ἑαυτὸν προσήνεγκεν ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος, αὐτὸς ἱερεὺς, αὐτὸς ἱερεῖον, ἑαυτὸν μὲν προσήνεγκεν, ὑπὲρ πάσης [2] δὲ κτίσεως ἀρχιερατεύων, ἀναβὰς δὲ πνευματικῶς καὶ ἐνδόξως, ἐν αὐτῷ τῷ σώματι ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, γεγονὼς ἀρχιερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς, καὶ διεληλυθὼς [3] τοὺς οὐρανοὺς ἐφ' ἅπαξ, ὡς μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ ἐν ταῖς καθεξῆς λέξεσιν ὁ αὐτὸς ἅγιος ἀπόστολος. Καὶ ἐξέπεσε πάλιν τούτων ἡ προφασιστικὴ διαλογὴ τῆς θείας γραφῆς, ζωτικῆς οὔσης, καὶ μηδὲν ἐχούσης εἰς πρόσκομμα πιστοῖς, ἢ εἰς ἐλάττωμα βλασφημίας πρὸς τὸν λόγον.

Κεφ. μ'. Εἶτα μέμνηται πάλιν ἑτέρου ῥητοῦ, ὡς Ἰωάννης ἑστὼς ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ θεασάμενος αὐτὸν ἐρχόμενον, ἔλεγεν, Οὗτός ἐστιν ὃν εἶπον ὑμῖν ὅτι ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. Καὶ πρῶτον μὲν αὐτὰς τὰς λέξεις ὡς καρηβαροῦντες ἀλλάσσουσι τῇ διανοίᾳ, καὶ λέγουσι, Πῶς τοῦτο πληροῦται ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ, ὅτι οὐκ ἦν πρὸ Ἰωάννου ἐν γαστρὶ Μαρίας συνειλημμένος; ἀλλὰ, φησὶ, ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς, Ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ μηνὶ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ· καὶ εἰσελθὼν πρὸς αὐτὴν ἔφη, Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀκολουθίας. Ὡς οὖν ἡ παρθένος ἐπὶ τῷ ἀσπασμῷ ἐταράσσετο, ἔφη πρὸς αὐτήν, Ἰδοὺ, συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· καὶ ἰδοὺ, ἡ συγγενής σου Ἐλισάβετ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρᾳ αὐτῆς, καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ. Καὶ ὁρᾷς, φησὶ, ὅτι πρὸ ἓξ μηνῶν τοῦ εὐαγγελισθῆναι Μαρίαν, ἤδη προϋπῆρχεν ὁ Ἰωάννης. Πῶς οὖν τὸ, Πρὸ ἐμοῦ ἐγένετο, ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ Χριστοῦ πληρωθήσεται; Τίς δὲ τῶν ἀκεραίων μὴ καὶ ἐν διανοίᾳ [1] ἐναργῶς ἑδραιωμένων ἀκούσας τὸ ῥητὸν οὐ ταραχθήσεται; Λέγει γὰρ τὰ ἀναγκαῖα καὶ ἀκέραια καὶ
pag. 763. ζωτικὰ, [2] καὶ τὰ τῆς θείας γραφῆς, τοῖς τὰ πονηρὰ ἑαυτοῖς ἐπισπωμένοις μᾶλλον [3] βλαβερώτερα φαίνεται, τῶν ῥητῶν πάντη ἐν πνεύματι ἁγίῳ κατηυγασμένων. Τί γὰρ παραλέλειπται τῷ ῥητῷ πρὸς ἀσφάλειαν; Ἰδοὺ γὰρ, λέγει, ὅτι οὗτός ἐστι, τὸ ὁρατὸν σημαίνων καὶ ὑποδεικνύων τοῖς ὁρῶσιν, ὃν εἶπον ὑμῖν ὅτι ὀπίσω μου ἔρχεται. Καὶ τίς ἔρχεται, ἀλλ' ἢ ἀνήρ; οὐδεὶς δὲ τῶν σύνεσιν κεκτημένων ἄνδρα ψιλὸν

2. *Restitui* δὲ *ex libris manu exaratis. Vulgo extat* τῆς. 3. εἰς τοὺς *cod. Rhedig.*

Cap. XL. — 1. *Repono* ἐνεργῶς.

retulit. Similiter et filius patris quidem filius sine ulla dubitatione ab illis creditur et adoratur qui vitam obtinere cupiunt. Pontifex vero idcirco fuisse quod in suo corpore pro humano genere patri semetipsum obtulerit. Idem et sacerdos simul et hostia pro omni creatura pontificatus officio fungens seipsum obtulit, tum spiritali quodam modo et ingenti cum gloria subvectus cum eodem illo corpore ad patris dexteram consedit, *constitutus in aeternum pontifex,* ac coelestes orbes semel permensus, ut idem apostolus in sequentibus declarat. Unde tota haec illorum ad calumniam captationemque composita de scripturis disputatio corruit; quae quidem scripturae cum vitae impertiendae vim habent, tum nihil continent ad quod fideles offendant, aut quod ad ullam verbi contumeliam eiusque dignitatis imminutionem accommodari iure possit.

Alium praeterea locum Arius commemorat, in quo Ioannes, Cap. XL. cum in deserto staret et accedentem illum videret, dixisse fertur, *Hic est quem dixi vobis, quoniam venit post me vir, qui ante me* Ioann. 1, 27. *factus est, quia prior me erat.* Primum igitur voces ipsas, tanquam crapula et ebrietate correpti, quod ad sensum attinet, immutant. Et quomodo, inquiunt, de incarnatione dictum illud accipi potest, cum ante Ioannem in Mariae utero genitus non fuerit? Nam, ut evangelista narrat, *Sexto mense missus est angelus Gabriel in ci-* Luc. 1, 26. *vitatem Galileae ad virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph: et ingressus ad eam dixit, Ave gratia plena, dominus tecum, etc.* Cumque virgo ob eam salutationem turbata foret, subiecit, *Ecce concipies in utero filium, et vocabis nomen eius Iesum: et ecce cognata tua Elisabeth concepit filium in senectute sua, et hic mensis sextus est illi quae vocatur sterilis.* Animadvertis ut sex ante mensibus, quam Mariae nuntiaret istud angelus, Ioannes extiterit. Quinam igitur haec verba, *Ante me factus est,* in illius incarnatione impleri potuerunt? Quis est e rudioribus ac simplicibus, quique satis firmo ac corroborato ingenio non fuerint, qui non audita illa sententia perturbetur? Etenim necessariis ac sinceris et ad vitam conciliandam idoneis scripturae verbis utitur, quae profecto iis ipsis qui mala sponte sibi ipsis arcessunt maius quoddam detrimentum consciscunt, cum alioqui omnes illae sententiae spiritus sancti luce collustrentur. Nam quid est in illo de quo agimus loco ad cautionem praetermissum? *Ecce enim,* inquit, *hic est,* ut aspectabilem illum esse significet et intuentibus commonstret. *Quem dixi vobis, quoniam post* Ioann. 1, 27. *me venit.* Quis ille venit praeterquam vir? Sed nemo intelligentia

2. καὶ *particulam, quae vulgo desideratur, revocavi ex syllaba* κα̅ *vocabuli proximi.*

3. *Libri vulgo* βλαβλερώτερα.

νομίσειε τὸν κύριον ἡμῶν, ἀλλὰ αἱ ἄνω αἱρέσεις αἱ ἤδη σημανθεῖσαι, οἱ περὶ Κήρινθον καὶ Μήρινθον καὶ Ἐβίωνα. Ἀλλὰ μετὰ τοῦ Ἀνὴρ πάντως ὅτι ἠσφαλισμένως καὶ κύριον αὐτὸν ἴσασιν οἱ ἀληθινοὶ πιστοὶ, ὡς καὶ Ἰωάννης μαρτυρεῖ, Ὃ ἀκηκόαμεν ἀπαρχῆς, ἵνα εἴπῃ τὸν ἀπαρχῆς ὄντα, τὸν ἀόρατον θεὸν λόγον, ὃν ἠκούσαμεν ἐν θείαις γραφαῖς, ἐν προφήταις καταγγελλόμενον, ἐν οὐρανῷ ἐξυμνούμενον. Καὶ διὰ τοῦτο, Ὃ ἐν ἀρχῇ ἠκούσαμεν, καὶ ἐθεασάμεθα τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἵνα ἄνω τὸ ἀκηκοέναι θεὸν ὁμολογήσῃ ἐξ ὑπαρχῆς, τὸ δὲ ἑωρακέναι ἄνθρωπον σημάνῃ ὃν καὶ ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης ἔφη ὅτι, Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, καὶ τὸ, Αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν, ἵνα θεὸν ἄνωθεν σημάνῃ καὶ ἄνθρωπον ὁρατὸν ὑποδείξῃ ἀπὸ Μαρίας γεγεννημένον, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντα τέλειον, μὴ ἀποβαλλόμενον τὸ ἅγιον σκεῦος ὃ εἴληφε, καὶ τὴν τελείαν αὐτοῦ ἐνανθρώπησιν, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἐψηλαφηκέναι τὴν πλευρὰν, τόν τε τύπον τῶν ἥλων, τὰ τρία [4] ὁμολογήσῃ ἀπαρασαλεύτως. Οὕτω μοι καὶ ἐνταῦθα νόει· τὸ ὅτι, Οὗτός ἐστιν ὃν εἶπον ὑμῖν ὅτι ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ἵνα τὴν ἔνσαρκον σημάνῃ παρουσίαν, ὅτι, Πρῶτος μου ἦν, ἵνα τὴν θεότητα ὑποδείξῃ, ὅτι, Πρὸ ἐμοῦ ἐγένετο. Ἐν τῷ κόσμῳ γὰρ ἦν, φησὶ τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.

Κεφ. μα'. Εἰ δὲ ἐν κόσμῳ ἦν πρὸ τοῦ Ἰωάννην γεννηθῆναι καὶ συλληφθῆναι, πρὸ αὐτοῦ γέγονεν ἐν κόσμῳ, οὐ περὶ [1] κτίσεως, οὐ περὶ ποιήσεως σημαίνων, ἀλλὰ κατὰ τὴν χρῆσιν ἣν ὁμωνύμως εἰώθασιν οἱ ἄνθρωποι λέγειν, Ἐγενόμην ἐν Ἱεροσολύμοις, Ἐγενόμην ἐν Βαβυλῶνι, Ἐγενόμην ἐν [2] Αἰθιοπίᾳ, Ἐγενόμην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, οὐ κτίσιν σημαίνων ἐνταῦθα, ἀλλὰ ἐπίβασίν τε καὶ παρουσίαν. Τὸ γὰρ, Ἐγενόμην ἐν Βαβυλῶνι, ἢ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ, ὅτι Ἦλθον. Πρὸ ἐμοῦ οὖν ἐγένετο, ἵνα δείξῃ ἐπὶ τῆς γῆς τὴν τοῦ λόγου ἀεὶ ἐπίβασιν, καὶ τὸ, Πρῶτός μου ἦν, ἵνα δείξῃ τὴν θεότητα ἀεὶ οὖσαν, [3] τὸ δὲ, Ὀπίσω μου ἐρχόμενον, ἵνα δείξῃ τὴν σύλληψιν μετὰ τὸν Ἰωάννην. Καὶ διὰ τοῦτο, Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμαστικὴ φωνὴ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀκοῆς. Πρῶτον γὰρ ἀδιάρθρωτον εἰώθασιν οἱ φωνοῦντες ἀποδιδόναι φωνὴν ἠχήεσσαν, ἀπομήκοθεν καλοῦντες τούς τι ἔχοντας παρ' [4] αὐτῶν ἀκούειν, καὶ ἐπὰν ἐκεῖνοι τῆς φωνῆς ἀκούσωσι μόνης, καὶ δώσουσι τὸν νοῦν τοῦ ἀκούειν, καὶ ἑτοιμάσωσι τὴν ἀκοὴν, τότε ὁ

pag. 764.

4. ὁμολογήσει *codd. mss. et ed. princ.*

Cap. XLI. — 1. κτήσεως *habent libri omnes.*

aliqua praeditus nudum hominem esse dominum existimet, nisi forte superiores illae haereses, quas antea proposuimus, Cerinthi videlicet, Merinthi et Ebionis. Ceterum praeterquam quod vir est idque consulto ad securitatem ostenditur, una etiam et dominum esse non dubitant qui vere fideles sunt. Quod ipsum Ioannis quoque testimonio constat. *Quod audivimus*, inquit, *ab initio*. Ut cum de- I. Ioann. 1, 1.
claret qui ab initio extitit, dei verbum scilicet quod videri non potest, quodque sacris in literis et prophetis nuntiatum audivimus, et in coelo sublimem ad gloriam provectum. Quare ita loquitur: *Quod initio audivimus, et oculis vidimus.* Ut cum audisse se dicit, deum ab initio fuisse fateatur, cum autem vidisse narrat, hominem significet, de quo Ioannes Baptista loquebatur, cum diceret, *Venit post me vir.* Illud vero, *Et manus nostrae contrectaverunt*, cum usum habet, ut cum ab initio deus fuerit, eundem etiam conspectabilem hominem ex Maria genitum fuisse demonstret, indeque a mortuis surrexisse perfectum, adeo ut sanctum illud vas, quod acceperat, hoc est perfectam hominis naturam, non abiecerit, sed cum illius latus clavorumque cicatrices ac vestigia contrectasset, tria illa sine ulla haesitatione confessus est. Sic igitur quod a Ioanne Baptista dicitur, *Hic est quem dixi vobis, quoniam venit post me vir*, incarnationem declarat. Haec autem, *Prior me erat;* eius divinitatem significant; *quoniam ante me* factus est. Quippe, ut in evangelio scriptum est, *in mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit.*

Quod si mundo erat, antequam nasceretur aut gigneretur Ioan- Cap. XLI.
nes, ante illum in mundo extitit, quod de creatione aut effectione intelligi non debet, sed ad communem loquendi rationem accommodatum est, qua vulgo sic loquuntur homines, Fui Ierosolymis; Fui Babylone, Fui in Aethiopia, Fui Alexandriae; ubi non creatio ulla, vel productio, sed accessio et adventus exprimitur. Nam istud, Fui Babylone, vel in alio loco, idem valet atque Eo perveni. Quamobrem et illud, *Ante me factus est,* ideo dictum est, ut verbi ad terram accessionem demonstret. Item illud, *Prior me erat*, divinitatem, quae semper existit, ostendit; haec vero, *Qui post me venit,* post Ioannem esse genitum. Propterea, *Ego vox*, inquit, *claman-* Matth. 3, 3.
*tis in deserto*, hoc est vox ad praeparandas hominum aures emissa. Qui enim clamant, ut eminus eos evocent quibus significare aliquid cupiunt, sonoram quandam initio vocem, nec articulatam proferunt, cumque illi sola exaudita voce ad audiendum mentem adhibuerint,

2. Ἀντιοχείᾳ *suspicatus est Petavius.*
3. τὸν *codd. mss. et ed. princ.*
4. αὐτῶν *codd. mss. uterque.* αὐτοῦ *editi.*

τὴν ἠχήεσσαν φωνὴν [5] ἀποδοὺς λοιπὸν διαστέλλει τὸν λόγον ὅνπερ ἠβουλήθη εἰπεῖν. Οὕτω καὶ Ἰωάννης φωνὴ ἐγένετο ἑτοιμάζουσα τὴν ἀκοὴν τῶν ἀνθρώπων· οὐ γὰρ ἦν αὐτὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ μετ' αὐτὸν ἦλθεν ὁ λόγος, δι' ὃν ἡ ἑτοιμαστικὴ φωνὴ γέγονε. Καὶ διὰ τοῦτο λέγει, Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὰς ὁδοὺς κυρίου. Ἡ γὰρ φωνὴ ἑτοιμάζει, ὁ δὲ κύριος [6] ἐπιβαίνει [7] ταῖς ὁδοῖς ταῖς ἡτοιμασμέναις. Καὶ ἡ φωνὴ [8] βάλλει τὴν ἀκοὴν, ὅταν δὲ ἡ ἀκοὴ σχολάσῃ, τότε ὁ λόγος ἐν τῇ ἀκοῇ καταβάλλεται τῶν δεχομένων. Οὐδαμοῦ τοίνυν ἐπιλήψεται Ἄρειος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, τῆς τοῦ θεοῦ ἀληθείας, ἀεὶ καταυγαζούσης καρδίας πιστῶν, εἰς τὸ μὴ ἐκτραπῆναι ἀπὸ τῆς ἐν τῷ λόγῳ υἱῷ θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ ἀκτίστῳ καὶ ἀγεννήτῳ σωτηρίας.

Κεφ. μβ'. Προκοπτόντων δὲ πάλιν ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς ἑξῆς βαινόντων, οὐδὲν παραλείψομεν τῶν ἄνω προτεταγμένων εἰς ἐπίλυσιν, ἀλλὰ αὖθις πάλιν ἐπιληψόμεθα τῆς ἀκολουθίας. Προφασίζονται γὰρ πάλιν ἑτέραν πρόφασιν τὴν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πέτρου ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰρημένην ὅτι, [1] Φανερὸν ἔστω ὑμῖν πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ἐσταυρώσατε, καὶ κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ θεὸς ἐποίησε. Καὶ λέγουσι πάλιν ὅτι τὸ ἐνταῦθα Ἐποίησε γέγραπται, καὶ οὐχ ὁρῶσι τὸ ῥητόν· [2] αὐτὸ γὰρ ἑαυτῷ τὸ ῥητὸν μηνύει. Τοῦτον γὰρ τὸν Ἰησοῦν, ἵνα σημάνῃ τὴν ἐνανθρώπησιν κυρίου. Ἀπὸ τοῦ γὰρ, Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ἐσταυρώσατε, φανερόν τί ἐστιν ὅτι ἣν ἐσταύρωσαν σάρκα. Σάρκα γὰρ ἐσταύρωσαν, καὶ διὰ τοῦτο ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν [3] λελάληκα,
pag. 765. ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου. Ἀλλ' οὐ τῆς ἐνανθρωπήσεως διορίζων τὴν θεότητα. Οὔτε γὰρ ἐκτὸς τῆς ἐνανθρωπήσεως ὑπῆρχεν ἡ θεότης, ὁπηνίκα ἔμελλε πάσχειν, οὔτε ἐν τῷ πάσχειν ἐγκατελείφθη ὑπὸ τοῦ λόγου ἡ ἔνσαρκος παρουσία. Ἀλλ' οὔτε ὁ ἀπαθὴς λόγος πέπονθε τὸ πρότερον ἐν σαρκὶ ὢν τῇ πασχούσῃ. Ἀληθὲς γάρ ἐστιν ἐπ' ἀμφοτέρων τὸ ἓν ὄνομα, ἔν τε τῇ θεότητι καὶ ἐν τῇ ἀνθρωπήσει. Χριστὸς γὰρ ἡ ἐνανθρώπησις αὐτοῦ τοῦ λόγου, καὶ Χριστὸς κύριος ἐν αὐτῇ τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ. Ἀλλὰ τὸ μὲν παθεῖν ἐν σαρκὶ, καθὼς εἶπε Πέτρος ὅτι, Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, ἵνα δείξῃ τὴν ἀπάθειαν τῆς θεότητος. Καὶ πάλιν, Ἀποθανὼν ἐν σαρκὶ, ζωογονηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι. [4] Τοῦτον οὖν τὸν Ἰησοῦν ὃν ἐσταυρώσατε, ἵνα μὴ παραλειφθῇ ἡ ἁγία ἔνσαρκος οἰκονομία ἀπὸ τοῦ ἀπαθοῦς καὶ

5. ἀποδιδοὺς *cod. Rhedig.*
6. ἐκβαίνει *ed. Petav.*
7. ταῖς ὁδοῖς *om. in ed. Petav. Colon. repetita.*
8. βάλλει τὴν ἀκοὴν *mea est emendatio. Galakerus Opp. Crit. p.* 812. *suspicabatur* καλεῖ, *Petavius* λαλεῖ εἰς τὴν ἀκοὴν. *In libris est* λαλεῖ τὴν ἀκοὴν.
Cap. XLII. — 1. φανερὸς *cod. Rhedig.*

atque aurem admoverint, tum vociferator ille quod dicere constituerat distinctius eloquitur. Ita ergo Ioannes vox quaedam fuit praeparandis hominum auribus. Non enim sermo ipse fuit, sed post illum sermo tandem advenit, cuius gratia praeparatrix illa vox antecesserat. Unde etiam ita loquitur: *Vox clamantis in deserto: parate vias domini.* Quippe vox praeparat, dominus autem praeparatas iam vias ingreditur. Itemque vox aures ad audientiam componit; quae ubi vacuas se praebuerint, tum sermo audientium auribus immittitur. Nihil est igitur quod Arius eiusque fautores arripiant ex hoc loco, cum divina veritas fidelium animos perpetuo collustret, ne ab ea salute deflectant quae per verbum dei filium revera increatum ac genitum obtinetur.

Iam vero progredientes porro, et ad ea quae sequuntur deinceps transeuntes, nihil eorum praetermittemus quae ad dissolvendum initio proposuimus, sed consequentia ordine pertexemus. Ex alio itaque loco opinionis suae comprobandae argumentum eliciunt, ex eo, inquam, quod Petrus in Actis apostolorum dixisse legitur, *Manifestum sit vobis omnis domus Israel, quoniam hunc Iesum, quem crucifixistis, et dominum, et Christum ipsum deus fecit.* Quibus in verbis observandum illud monent quod *fecisse* scribatur; nec ad ipsam sententiam attendunt, quae seipsam declarat. *Hunc,* inquit, *Iesum,* ut assumptam a domino naturam hominis demonstret. Nam ex his verbis, *Hunc Iesum quem crucifixistis,* perspicuum est de carne illa esse sermonem quam isti crucifixerant. Propterea dominus in evangelio, *Nunc autem,* ait, *quaeritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis, quam audivi a patre meo.* Neque tamen ab humana illa natura divinitatem abstraxit. Siquidem haec ab illa imminente passione separata non fuit, nec in ipsa demum passione eadem est a verbo illa derelicta. Sed neque verbum passionis omnis expers antea passum est, quamvis in carne patiente resideret. Etenim una et eadem appellatio tam dei quam hominis naturae vere, et proprie convenit, ac tam suscepta hominis a verbo natura quam dominus in assumpta carne subsistens Christus dicitur. Verum passus in carne ad eum modum dicitur quo Petrus locutus est, *Christo passo pro nobis in carne,* quo immunem ab omni patiendi conditione divinitatem significet. Item, *Mortuus in carne, vivificatus autem spiritu.* Ergo, *Hunc Iesum, quem crucifixistis,* ideo dixit, ne a passionis et creationis experte verbo relicta

Cap. XLII. — Act. 2, 36. — Ioann. 7, 19. — 1. Petr. 3, 21. — Ibid. 18. — Act. 2, 36.

2. αὐτὸ cod. Rhedig. αὐ^τὸ cod. Ien. αὐτὸς editi.

3. λελάληκα codd. mss. ἐλάληκα ed. princ. ἐλάλησα ed. Petav.

4. τοῦτον codd. mss. uterque, et ed. princ. τοῦτο ed. Petav., qui emendat in marg. τοῦτον.

ἀκτίστου λόγου, ἀλλὰ συνενωθῇ ἄνω τῷ ἀκτίστῳ λόγῳ. Διὰ τοῦτο καὶ κύριον καὶ Χριστὸν ὁ θεὸς ἐποίησε τὸ ἐκ Μαρίας συλληφθὲν, τὸ ἐν θεότητι συνενωθέν· οὐ γὰρ ἡ Μαρία θεὸς κατὰ φύσιν. Διὰ τοῦτο ἑξῆς τὸ Ἐποίησεν ἐπιφέρει. Ὡς καὶ ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ φησι, ἐρωτησάσης αὐτῆς ὅτι, Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; φησὶ, Πνεῦμα κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. Ὅταν δὲ εἴπῃ, Καὶ τὸ γεννώμενον, ἔδειξεν ἀκαταζητήτως περὶ θεοῦ λόγου ὅτι υἱός ἐστιν ἀναμφιβόλως, οὐ κτισθεὶς, οὐ ποιηθεὶς, [5]περὶ δὲ ἀπὸ Μαρίας τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας μετὰ προςθήκης, Καὶ τὸ γεννώμενον τὸν Χριστὸν καὶ κύριον ἐποίησεν, ὡς ἐπὶ ταῖς ἄλλαις ῥήσεσι πάντα σαφῶς ἐπληρώθη, καὶ οὐδὲν καμάτου περιέχουσιν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ πεπλήρωται, καὶ οὐδεμία ἔστι παρεκτροπὴ τοῖς τῆς ἰδίας ζωῆς ἐπιμελουμένοις. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος ἀπὸ ζῶντος πατρὸς, υἱὸς τοῦ πατρὸς, καὶ οὐ κτιστός. Πάντα δὲ ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ πεπλήρωται, ἵνα μήτε φάντασμα [6]νομισθείη, μήτε ὁμοούσιος ἡ σὰρξ τῇ ἄνω θεότητι, ἀλλὰ συνηνωμένη ἡ ἐνανθρώπησις αὐτοῦ εἰς μίαν ἀπάθειαν, μάλιστα μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν. Οὐκέτι γὰρ ἀποθνήσκει, φησὶ, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. Ἔστι γὰρ εἷς
pag. 766. κύριος, εἷς Χριστὸς, εἷς βασιλεὺς, ἐν δεξιᾷ πατρὸς καθήμενος, τὸ σωματικὸν, καὶ πνευματικὸν, μία ἕνωσις, μία θεότης πνευματικὴ, τὰ ἀμφότερα φωτεινὰ, καὶ ἔνδοξα. Ἔτι δὲ ὑπερβήσομαι τὸ ῥητὸν ἱκανῶς ἑρμηνευόμενον νομίζων, καὶ ἐπὶ τὰ ἕτερα [7]πρὸς αὐτῶν εἰς ἀνατροπὴν τῶν ἀκουόντων ἐπινενοημένα τοῦ λέγειν ἐπιλάβοιμι.

Κεφ. μγʹ. Φασὶ γὰρ πάλιν, Εἰ ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, πῶς οὐκ οἶδε τὴν ὥραν καὶ τὴν ἡμέραν, ἀλλὰ ἰδίῳ λόγῳ ὁμολογεῖ τοῖς μαθηταῖς μὴ εἰδέναι ἃ ὁ πατὴρ ἐπίσταται, φήσας ὅτι, Περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὔτε οἱ ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ, οὔτε ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος; Εἰ τοίνυν, φασὶν, ὁ πατὴρ οἶδε, καὶ αὐτὸς οὐκ οἶδε, πῶς δύναται ἡ αὐτὴ θεότης πατρὸς καὶ υἱοῦ ὑπάρχειν, ὁπότε ἃ οἶδεν ὁ πατὴρ ὁ υἱὸς ἀγνοεῖ; Ὅσα δὲ μυστικῶς καὶ ἐν τῇ ἐνθέῳ αὐτοῦ σοφίᾳ πρὸς ἀσφάλειαν γνώσεως ἀληθεστάτης ὁ μονογενὴς διδάσκων ὑφηγεῖτο, οὗτοι ἀγνοοῦντες τὰ ἀνθρωποπαθῆ πάντα εἰς ἑαυτῶν βλάβην, ὥςπερ δεινὰ ἑρπετὰ, καὶ εἰς ἑαυτῶν λύμην τὰ ὑπὸ τοῦ πανούργου θηρευτοῦ δεδελεασμένα ἀφαρπάζουσιν, οὐκ εἰδότες ὅτι τὸ ψεῦδος οὐδαμοῦ σταθήσεται, ἡ δὲ ἀλήθεια πάντη τοὺς ἰδίους αὐτῆς οἶκον.

5. „Intricatus hic locus" *annotavit Petavius. Rescripserim levissima mutatione* περὶ δὲ τῆς ἀπὸ Μαρίας ἐνσάρκου οἶκον.

6. πληρωθείη *cod. Rhedig.*

7. πρὸς αὐτῶν *ego. Vulgo* τῆς αὐτῶ.

humana natura videatur, sed cum eodem coniuncta. Ob id dominum Christumque fecit deus id quod ex Maria genitum erat, et cum divinitate copulatum. Non enim Maria deus extitit; unde verbum illud, *Fecit,* mox addidit. Sed et angelus Gabriel interroganti Mariae, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* respondit, Luc. 1, 34.
*Spiritus domini superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit te: ideoque quod gignetur sanctum, vocabitur dei filius.* Iam cum dicit, *Quod gignetur,* extra omnem controversiam de dei verbo significavit haud dubie filium esse, qui nec creatione nec effectione productus fuerit. De suscepta autem e Maria hominis natura cum additamento illo, *Quo a gignetur,* illud accipi debet, *Christum et dominum fecit,* perinde atque in aliis locis manifeste impleta omnia sunt, nec difficultatis quicquam continent. Ita, inquam, quod hoc loco dicitur, in incarnatione perfectum est. Quare nihil est quod hi, qui vitae suae curam gerunt, abripi se in errorem ullo modo patiantur. Denique vivum verbum a vivo patre processit, filius patris, non ab eo creatus. Porro omnia in incarnatione perfecta sunt, ne aut inanis quaedam species aut divinitati consubstantialis caro crederetur, sed in unam passionis expertem naturae conditionem consociata natura hominis intelligeretur, id quod praecipue post resurrectionem contigit. *Non enim amplius moritur,* inquit, *mors illi* Rom. 6, 9.
*ultra non dominabitur.* Est enim unus dominus, unus Christus, unus rex, ad dexteram patris considens, unum quiddam, spiritale pariter et corporeum, singularis unitas, una spiritalis divinitas, splendoris ambo gloriaeque plenissima. Verum de hoc loco hactenus; abunde enim a nobis explicatum arbitror. Nunc ad alia veniendum, quae ad audientium perniciem ab illis excogitata sunt.

Cap. XLIII.

Hoc enim obiiciunt: Si ex essentia patris est, quomodo horam ac diem ignorat, seque quod pater novit nescire discipulis suis fatetur? *De die illa,* inquit, *et hora nemo novit, neque angeli in coelo,* Matth. 22, 12. et Marc. 13, 32.
*neque filius, nisi solus pater.* Si igitur pater novit quod ignorat ipse, qui potest patris ac filii eadem esse divinitas, cum filius quae patri cognita sunt nesciat? Verum quae mystice ac pro divina sua sapientia ad certissimae scientiae firmitatem ac munimentum dei filius docendo proposuit, quaeque ad humanam conditionem accommodata sunt, ignari isti suam ad pestem ac perniciem trahunt, tanquam serpentes quidam exitiabiles, atque ab callido captatore esca quadam et illecebra pellecti, nec illud sentiunt, hanc esse mendacii naturam, ut consistere nuspiam possit, contra veritatem non eos

ὑπ' αὐτῶν, *vel* τοῖς αὐτοῖς, *suspicabatur Petavius. Et Cornarius vertit* et de aliis ab ipsis ad subvertendos audientes excogitatis dicere aggrediar.

υἱοὺς διορθοῦται, καὶ ἐξελέγχει τὸ ψεῦδος. [1] Εἴπω γὰρ ὑμῖν, οἱ τὴν κακὴν ὑπόνοιαν περὶ τοῦ Χριστοῦ κεκτημένοι ἀπ' ἀρχῆς, τί μεῖζόν ἐστι κατὰ φύσιν καὶ πρὸς τὴν εἴδησιν, ὁ θεὸς ὁ πάντων δεσπότης καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἢ ἡ ἡμέρα ὑπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ἀγομένη τε καὶ γινομένη, καὶ ἡ ὥρα ἐκείνη, πάντως δὲ ἐρωτώμενοι ἀναγκασθήσονται ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας τὸν πατέρα μείζονα λέγειν, ὡς καὶ ἔστιν. Εἰ τοίνυν φάσκει ὁ υἱὸς λέγων, Οὐδεὶς οἶδε τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ οὐδεὶς οἶδε τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, ὁ τὸ μεῖζον γινώσκων, τουτέστι τὸν πατέρα, πῶς τὸ ἧσσον ἀγνοεῖ; Ἀλλὰ ἔστι θεῖα τὰ ῥήματα πνεύματι ἁγίῳ λεγόμενα, ἄγνωστα δὲ τοῖς μὴ εἰληφόσι πνεύματος ἁγίου δωρεὰν καὶ χάριν. Τοιοῦτοι γὰρ ὄντες οἱ προειρημένοι ἄστατον ἔχουσι καὶ τὸ φρόνημα, ἠλίθιόν τε τὴν διάνοιαν, εἰς ἐπιβλαβεῖς καὶ εἰς ἥσσονας παρεκτροπὰς ὀλισθαίνουσαν.

Κεφ. μδ'. [1] Προϋπαντήσεται γὰρ αὐτοῖς τὸ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου εἰρημένον
pag. 767. ὅτι, Γίνεσθε ἕτοιμοι, αἱ [2] ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ αἱ λαμπάδες ὑμῶν ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν, καὶ ἔσεσθε ὡς καλοὶ δοῦλοι, προσδοκοῦντες τὸν ἴδιον δεσπότην· ὡς γὰρ λῃστὴς ἐν νυκτὶ, οὕτως παραγίνεται ἡ ἡμέρα. Καὶ ὁ ἅγιος ἀπόστολός φησι, Οὐκ ἐστε σκότους τέκνα, ἀλλὰ ἡμέρας, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς μὴ ὡς κλέπτης καταλάβῃ. Εἰ τοίνυν οἱ υἱοὶ τῆς ἡμέρας οὐχ ὑπὸ σκότους καλύπτονται, ἀλλὰ ἕτοιμοι γίνονται ὅτι ᾗ οὐκ οἴδασιν ἡμέρᾳ καὶ ᾗ οὐ προσδοκῶσιν ὥρᾳ ὁ δεσπότης αὐτῶν παραγίνεται, ἄρα οὐ διαλλάξει παρὰ τοὺς αὐτοῦ δούλους καὶ υἱοὺς τῆς ἡμέρας, διὰ τὴν αὐτοῦ φωτεινὴν ὑπόστασίν τε καὶ θεότητα, αὐτὸς αἴτιος αὐτοῖς τούτων τυγχάνων, ἢ ὅτι ὡς οἱ ἀγνοοῦντες τὴν ἡμέραν καὶ μὴ ἑτοιμασθέντες καταληφθήσεται ἀγνοῶν καὶ [3] ὑπ' ἐλαττώσει τυγχάνων. Τίς δὲ μεμηνὼς ταῦτα περὶ κυρίου λογίσοιτο, ὅτι αὐτὸς ἔσται ὡς οἱ ὑπ' αὐτοῦ δεσποζόμενοι ἄνθρωποι, καὶ μεμαθητευμένοι, ἢ ὡς οἱ χείρους διὰ τὴν αὐτῶν ἀνετοιμασίαν καὶ ἄγνοιαν; καὶ τὸ ὅλον ἐστὶν ἠλίθιον. Εἰ τοίνυν ταῦτα οὐ δύναται πληροῦσθαι, ὁ δὲ λόγος παρεκτεινόμενος ἀντίθετος τῇ χρήσει εὑρεθήσεται, ἄρα ζητητέον ἐστὶ τίνα τὸν λόγον εὕρωμεν, ἵνα ἀναντιθέτως τῶν ἀμφοτέρων σωζομένων μὴ ἐκτραπῶμεν τῆς ἀληθείας. Ἀδύνατον γὰρ τὸν κύριον ψεύδεσθαι, καὶ ἀδύνατον αὐτὸν μάτην τὰς ἐξηγήσεις εἰς ἡμετέραν ζωὴν ποιεῖσθαι. Γινώσκει τοίνυν ὁ πατὴρ, γινώσκει ὁ υἱὸς, γινώσκει τὸ ἅγιον πνεῦμα. Οὐδὲν γὰρ ἐν πατρὶ διηλλαγμένον

Cap. XLIII. — 1. Εἴπωσιν γὰρ ἡμῖν *coniecit Petavius. Recte interpretatus est Cornarius* Dicam enim vobis, qui malam opinionem de Christo ab initio habetis, Utrum maius est – – – – et illa hora? Omnino autem interrogati cogentur *cett.*

solum quos tanquam filios habet moderari ac regere, sed et mendacium omne convincere. Hoc enim petere a vobis libet, o miseri qui de Christo domino tam male ab ipso principio sentitis: ecquid ad naturae dignitatem aut cognitionem maius esse videatur, deusne dominus omnium ac pater domini nostri Iesu Christi, an dies illa, vel hora, quae a patre, filio et spiritu sancto producitur atque efficitur? Necesse est omnino vel ipsa veritate cogente respondeant, multo, ut revera est, maiorem esse patrem. Itaque cum hoc filius asserat: *Nemo novit patrem, nisi filius, et nemo novit filium nisi* Matth. 11, 27. *pater*, qui quod maius est, patrem videlicet, novit, quod minus est ignorare qui potest? Sed eiusmodi sunt divini illi sermones, ut cum ex sancti spiritus afflatu prolati sint, minime ab illis percipiantur qui spiritus sancti donum gratiamque non acceperint. Cuiusmodi cum haeretici illi sint, instabili et inconstanti ingenio ac stolida mente praediti sunt, quae in perniciosissimorum atque infimorum errorum diverticula labatur.

Nam occurrere illorum conatibus potest quod a domino pronun- Cap. XLIV. tiatur, *Estote parati, sint lumbi vestri praecincti, et lucernae vestrae* Matth. 24, 44. *in manibus vestris: et eritis tanquam boni servi expectantes dominum* Luc. 12, 35. *suum: ut enim fur de nocte, sic advenit dies illa.* Cui et sanctus 1. Thess. 5, 2. apostolus adstipulatur. *Non estis,* inquit, *tenebrarum filii, sed diei, ne dies tanquam fur vos apprehendat.* Quare cum diei filii tenebris non obducantur, sed parati sint, quoniam qua die nesciunt, et qua hora non expectant, dominus ipsorum advenit, nihil opinor a servis suis ac diei filiis is qui istorum omnium caussa illis est splendidissima sua persona ac divinitate discrepabit. Ac scilicet, perinde ut diei illius ignari imparatique, nescius et imprudens occupabitur, hac ipsa re mancus ac defectus. Quis adeo furiosus est ac vecors ut eiusmodi quaedam de Christo cogitet, nimirum eiusdem illum conditionis esse cuius homines sunt eius dominatui ac disciplinae subiecti, aut ut deteriores illi qui imparati ignarique sunt? Est illud sane quam stolidum ac ridiculum. Quamobrem cum haec ita se habere nequeant, et oratio ipsa cum usu comparata repugnare videatur, excogitanda nobis aliqua ratio est, ut utrisque sine ulla contradictione salvis a veritate non excidamus. Mentiri quippe dominus non potest, aut ad vitam nostram instituendam frustra aliquid praecipere. Quocirca cognoscit pater diem illum, cognoscit et filius, cognoscit et spiritus sanctus. Nec est quicquam in patre a filio di-

Cap. XLIV. — 1. προεπαντήσεται *cod. Rhedig.*

2. ὀσφῦες *cod. Ien. et ed. princ.* ὀσφυῖες *cod. Rhedig.*

3. ὑπελάττωσι *codd. mss. et ed. princ.* et sub minoribus existens *vertit Cornarius.*

παρὰ τὸν υἱόν, οὐδὲ ἐν υἱῷ παρηλλαγμένον παρὰ τὸ πνεῦμα, ὡς ἐν ἑκάστῃ τῶν προειρημένων αἱρέσεων ἐν χρείᳳ καταστάντες ἀπεδείξαμεν, ἐξ ἀληθινῶν συστάσεων τὴν τριάδα εἶναι μίαν θεότητα, καὶ μηδὲν ἔχειν ἐν ἑαυτῇ παρηλλαγμένον, ἀλλὰ τὸ πᾶν τελειότης, τρία τέλεια, μία δοξολογία, καὶ μία κυριότης.

Κεφ. με'. Ἀλλ' ἐρεῖς μοι, Τίνι τοίνυν [1] τῷ λόγῳ εἴρηκε [2] τοῦτο; Καὶ ἤδη μὲν ἄλλῃ μοι περὶ τοῦ λόγου τούτου πέφρασται. Οὐδὲν δὲ κωλύσει τοῖς αὐτοῖς προσθεῖναι, καὶ τὰ αὐτὰ ἀληθινὰ ῥήματα λέγειν ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, τοῖς δὲ ἐντυγχάνουσιν ἀσφαλὲς ἔσται, τοῖς δὲ [3] ἐναντίοις εἰς ἔλεγχον. Ἡ γὰρ ὑπόθεσις τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Τρία γὰρ τάγματα ἐν ταὐτῷ ὑπεισήνεγκεν [4] ἐν μέσῳ, πατέρα, καὶ ἑαυτὸν, καὶ πάντας
pag. 768. ἀγγέλους ἐν οὐρανῷ. Καὶ τῷ μὲν πατρὶ ἀπέδωκε τὸ εἰδέναι, οὐ μόνον εἴδησιν ὑποδεικνύων καὶ γνῶσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀεὶ παρὰ πατρὶ καὶ παρὰ υἱῷ ἀναμφιβόλως [5] κεκρατυμμένα τε καὶ γεγεννημένα καὶ εἰργασμένα, καὶ ὁ μὲν πατὴρ οἶδε τὴν ἡμέραν, εἶδεν αὐτὴν καὶ εἰργάσατο, καὶ πέπραχε, καὶ ἔκρινεν, ὡς ἔφη ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ ὅτι, Ὁ πατὴρ οὐδένα κρινεῖ, ἀλλὰ τὴν πᾶσαν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ. Ἐν γὰρ τῷ δεδωκέναι κέκρικεν. Κρίνας τοίνυν ἔγνω, γνοὺς οἶδε πότε ἔρχεται. Ὁ γὰρ μὴ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν ἤδη κέκριται, οὐ τῆς κρίσεως παρελθούσης, ἀλλὰ τῶν τότε μελλόντων ἔσεσθαι ἤδη ἀποδεικνυμένων, ὡς καὶ ἐπὶ [6] τούτῳ τὸ τοιοῦτον πληροῦται. [7] Οἶδε γὰρ ἡ γραφὴ εἴδησιν καὶ εἴδησιν. Ὡς καὶ πολλάκις εἰς τὸ συνεκτικὸν κατερχόμενοι ἀπὸ ὁμοιωμάτων καὶ παραδειγμάτων τῶν ἤδη πεπραγματευμένων τὴν σαφήνειαν καὶ τὴν φράσιν ἑκάστης ὑποθέσεως παριστῶντες οὐ διελείψαμεν, [8] λάβωμεν τοίνυν ἐξυπαρχῆς αὖθις καὶ περὶ τούτων εἴπωμεν.

Κεφ. μϛ'. Τί φατε, ὦ οὗτοι; ᾔδει Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς παρακοῆς καὶ παραβάσεως, ἢ οὐκ ᾔδει; καὶ οὐ δύνασθε ἀντειπεῖν τῇ ἀληθείᾳ· ἐὰν γὰρ μὴ θελήσητε ὀρθοποδῆσαι πρὸς τὸν τοιοῦτον νοῦν, ἐλεγχθήσεσθε. Ἦσαν γὰρ, φησὶ, γυμνοὶ, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο· γυμνῶν δὲ αὐτῶν ὄντων, καὶ οὐ τυφλωττόντων. Οὔτε γὰρ τοῦτο ἀρνήσασθαι δύνασθε, μὴ βλέποντας αὐτοὺς ὁμολογῆσαι. [1] Εἶδε

Cap. XLV. — 1. αὐτῷ *cod. Rhedig.* 2. τούτῳ *cod. Ien.* τοῦτο *cod. Rhedig.* 3. ἐναντίας *codd. mss. uterque. Hinc reponendum fortasse* τοῖς δὲ δι' ἐναντίας, *qua locutione Epiphanius est usus, ut solum afferam haer.* 66, 10. *et* 24. 4. ἐν τῷ μέσῳ *cod. Rhedig.* 5. κεκρατυμμένα *codd. mss. uterque.* κεκρατημμένα *ed. princ.* κεκρατημένα *ed. Petav.*

versum, aut in filio a spiritu sancto discrepans, quemadmodum in unaquaque superiorum haereseon refutanda, ubi id necesse fuit, certissimis rationibus ostendimus, sacrosanctam videlicet trinitatem una divinitate constare, neque quicquam diversum in sese variumque continere, sed ipsam omnino perfectionem esse, in qua tria perfecta sint, quibus unius et singularis gloriae praedicatio ac singularis dominatio tribuatur.

*Ego sum*, inquit, *via et per me ingredientur ad patrem.* Ac ne quis minorem ideo esse patre crederet, quod per ipsum ad patrem aditus pateret, sic alio loco dixit, *Nemo veniet ad me, nisi pater meus coelestis traxerit illum.* Igitur et pater ad filium ducit, et filius ad patrem, et uterque per spiritum sanctum introducit. Nam trinitas in una singularique divinitate perpetuo consistit, ut tria perfecta sint, unaque divinitas. Atque hoc modo haereticorum istorum opinio cohaerere non potest. Ibid. 6. Ioann. 6, 44.

Sed illud obiiciunt. Cur igitur discipulis suis Christus aliquando dixit, *Vado ad patrem meum, et patrem vestrum, deum meum et deum vestrum.* Nam si deum suum fatetur, quomodo huic aequalis esse poterit, vel ab eo germani filii more genitus? Atque hac quidem oratione summa se in omnibus dei ignorantia laborare demonstrant, nec ex ulla parte evangelii splendore collustrari. Etenim quisquis perscrutari et a seculo ac per generationes indagare voluerit, quae sit veritatis in salvatoris nostri perfecta scientia, eiusque cum patre aequalitatis vis, intelliget. Isti vero Iudaicis opinionibus impediti adversus dei filium exstimulantur, perinde atque illi Christo dicebant, *Nullum ob aliud scelus te lapidamus, sed quod homo cum sis, filium dei teipsum nominas et aequalem deo te facis.* Hac illi Pharisaeorum ac Iudaeorum in Christum iracundia perciti feruntur, neque filium aequalem genitori confiteri volunt. Qua in re sacrarum literarum accuratam diligentiam inprimis considera, quae ante incarnationem nihil eiusmodi de Christo pronuntiarunt, sed pater filio dixisse legitur, *Faciamus hominem*, ut communis opificii auctorem pariter filium appellet et aequalitate germanum significet. Neque vero tum filius *Deum meum, et deum vestrum* uspiam vocavit. Item Adamus *Dei vocem exaudiit ambulantis in Paradiso:* tum, *Fac tibi arcam de lignis incorruptis:* et, *Pluit dominus a domino.* Item dominus Moysi: *Ego sum deus Abraam, et deus Isaac, et deus Iacob.* Quinetiam David: *Dixit dominus domino meo, Sede a dextris meis.* Nec ullibi dominus *Deum meum et deum vestrum* nominavit. Ceterum ubi corpore nostro suscepto, *In terra visus est, et cum hominibus conversatus*, atque inter nos numeratus est, tunc discipulos suos alloquens, quibus cum adaequari penitus solo excepto peccato debuit, *Deum meum,* dixit, *et deum vestrum, patrem meum, et patrem vestrum.* Patrem meum, natura scilicet ac divinitate patrem vestrum, gratia dunta- Cap. LV. Ioann. 20, 17. Ioann. 10, 33. Gen. 1, 26. Gen. 3, 18. Gen. 6, 14. Exod. 3, 6. Ps. 109, 1. Baruc. 3, 38. Ioann. 20, 17.

7. ἡμῶν *mendum est ed. Pelav. Colon. repetitae.*

8. *Verba* πατέρα μου μὲν – – καὶ πατέρα ὑμῶν *bis extant in ed. Pelav. Colon. repet.*

πατέρα ὑμῶν διὰ χάριν δι' ἐμὲ ἐν τῇ υἱοθεσίᾳ. Θεόν μου δὲ, ὅτι τὸ ὑμέτερον σαρκίον εἴληφα, καὶ θεὸν ὑμῶν, [9] κατὰ φύσιν καὶ ἀλήθειαν. Καὶ οὕτω πάντα ἐστὶ σαφῆ καὶ διαυγῆ, καὶ οὐδὲν ἐναντίον, οὐδὲ θανάτου παραπλοκῆς ἔχον εἶδος ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, ὡς οὗτοι προφασίζονται, πονηρὰ ἑαυτοῖς ἐπινοοῦντες. Νομίζω δὲ πάλιν καὶ πρὸς τοῦτο ἱκανῶς ἔχειν τὴν φράσιν ἐπὶ δὲ τὰ ἄλλα λοιπὸν ἐπελεύσομαι.

Κεφ. νϛ'. Τὸ ἅγιον γὰρ πνεῦμα κτίσμα πάλιν κτίσματός φασιν εἶναι, διὰ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ πάντα γεγενῆσθαι, ὡς εἶπεν ἡ γραφὴ, ἀσυνέτως τινὰς διαρπάζοντες, οὐ καθὼς εἴρηται τὸ ῥητὸν ἔχοντες, ἀλλὰ κακῶς ὑπονοοῦντες, καὶ ἀπὸ [1] τοῦ ῥητοῦ [2] τὸ καλῶς εἰρημένον κατὰ τὴν κακὴν αὐτῶν ὑπόνοιαν παρερμηνεύοντες. Οὐ γὰρ τὸ θεῖον εὐαγγέλιον περὶ τοῦ πνεύματος ἔφη, ἀλλὰ περὶ πάντων τῶν κεκτισμένων, ὅτι εἴ τι
pag. 779. κτιστὸν, διὰ τοῦ λόγου γεγένηται, καὶ ὑπὸ τοῦ λόγου. [3] Τὰ γὰρ, Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν, παρεκτεινομένης τῆς ἀναγνώσεως, [4] ἔχει, Ὃ γέγονεν, ἵνα οὕτω γνωσθῇ ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. Εἶτα πάλιν, Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν. Ἔδει γὰρ καὶ ἐν τούτῳ πληρωθῆναι τὴν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἀκολουθίαν, ἐν τῷ ὄντι τὰ ὄντα [5] πεπληρωμένως ἀεὶ ὁμολογούμενα. Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Ἐπειδὴ ἦν καὶ ἦν, καὶ ἦν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, καὶ τὸ ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὅσα περὶ τούτου ἦν, ἐκ πνεύματος ἁγίου σαφηνίζει ὁ μακάριος Ἰωάννης [6] τῷ, Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο τὰ γενόμενα. [7] Ἀνωτέρω δὲ τῶν γενομένων αὐτὸς ὁ τὰ πάντα ποιήσας. Λέγει δὲ ἡ γραφὴ δι' αὐτοῦ πάντα γεγονέναι, οὐκ ὠνόμασε δὲ ποῖά ἐστι τὰ γεγονότα. Ὑπόνοια γὰρ οὐδαμοῦ ἦν πονηρίας, ἵνα μή τινες ὑπονοήσωσι τὰ μὴ ὄντα, καὶ βλασφημήσωσι τὸ ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον ἅγιον θεοῦ πνεῦμα. Δι' αὐτοὺς γάρ φησι ὁ κύριος ὅτι, Ἐάν τις εἴπῃ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται [8] αὐτῷ, ἐὰν δέ τι [9] εἴπῃ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὐδὲ ὧδε, οὐδὲ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Ἠλίθιον γάρ ἐστι τὸ πᾶν τοῦ αὐτοῦ λόγου. Κατὰ δὲ τὴν βλάσφημον αὐτῶν ὑπόνοιαν ἀντιλέξειέν τις αὐτοῖς καὶ [10] εἴποι, Ὦ γενναῖοι σοφισταὶ, καὶ τῶν λόγων διαστροφεῖς, οἱ βουλόμενοι σὺν τοῖς γεγονόσιν

9. καὶ κατὰ *cod. Rhedig.*

Cap. LVI. — 1. *Restitui* τοῦ *ex utroque codd. mss. Abest enim ab editis.*

2. τοῦ τὸ *cod. Rhedig.*

3. *Fortasse* Τὸ γάρ.

4. μέχρι *ariolatus est Petavius.*

5. πεπληρωμένως *emendandum esse viderunt Cornarius et Petavius. Ille quidem vertit* ordinis consequentiam, ut in eo qui erat ea quae sunt plene semper confiteretur. *In libris est* πεπληρωμένος.

6. *Vulgo* τὸ.

7. *Libri habent* ἀνώτερα. *Edidi* ἀνωτέρω *ex emendat. Petavii.*

8. αὐτοῦ *codd. mss.*

9. εἴπῃ *cod. Rhedig., et sic primitus*

xat, per me, adoptionisque beneficio. Deum meum, quoniam vestram carnem suscepi, deum vestrum, secundum naturam, et ex rei veritate. Qua ratione manifesta omnia ac perspicua sunt, neque quicquam contrarium est ac repugnans, nec ullus in scriptura locus mortiferum quicquam, et exitiosum habet admixtum ut isti captandae occasionis gratia videri volunt, qui sibi ipsis perniciosa quaedam excogitare solent. Sed cum hactenus, ut opinor, de his abunde sit dictum, nunc ad alia transibimus.

Spiritum itaque sanctum creaturae esse creaturam asserunt, Cap. LVI.
quod *per filium omnia facta sint*, ut scriptura testatur. In quo stulte Ioann. 1, 3.
nonnullos in errorem abducunt, dum scripturae sententiam non ut concepta est proferunt, sed perperam intelligentes, quod praeclare conceptum est male accipiendo interpretandoque depravant. Neque enim evangelium de spiritu loquitur, sed de creatis rebus omnibus, idque unum declarat, quidquid creatum est, per verbum et a verbo fuisse productum. *Omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Ubi sententia ad haec usque verba, *Quod factum est*, continuari debet, ut ita discamus omnia per ipsum esse facta, et sine ipso factum nihil. Deinde: *In ipso vita erat.* Quippe in hoc institutae a Ioanne orationis consequentiam impleri oportuit, ut in verbo, quod est, quae sunt omnia perfecte inesse communi confessione constaret. *In principio enim erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum.* Quandoquidem *Erat*, et *Erat*, et *Erat*, et *Vita erant quae in ipso sunt,* et *Erat lux vera,* et, *In mundo erat,* ac quae ad hoc ipsum attinebant, sancti spiritus afflatu beatus Ioannes declarat. *Omnia,* inquit, *per ipsum facta sunt quae facta sunt.* Porro supra ea quae facta sunt ille constitutus est, a quo facta sunt omnia. Quod autem scriptura cum dixisset *facta esse per ipsum omnia,* quaenam illa forent nominatim haud expresserit, haec esse caussa videtur quod nulla tum esset eiusmodi improbitatis suspicio: ut nonnulli falsa quaedam sibi opinione fingentes adversus immutabilem ac sanctum dei spiritum contumeliosis vocibus auderent insurgere. De illis enim accipienda est illa domini
sententia: *Si quis dixerit verbum in filium hominis, remittetur ipsi:* Matth.
*sin autem dixerit in spiritum sanctum, non remittetur ipsi, neque* 12, 32. et Marc.
*hic, neque in futuro seculo.* Et vero stolidissima est illorum ratio. 3, 28.
Imo vero ex hac ipsorum opinione, quae cum summa in deum contumelia coniuncta est, sic eos oppugnare, et ad eum modum instare licet: O praeclari sophistae, ac detorquendorum verborum artifices!

*fuisse videtur in cod. Ien. quoque, sed ab eadem manu effictum esse* εἴποι. *Hoc habent editi libri.*

10. εἴπῃ *codd. mss. et ed. princ.*

*ἀριθμεῖν τὸ ἅγιον πνεῦμα τοῦ θεοῦ, διὰ τὸ ῥητὸν τὸ, Δι' αὐτοῦ τα πάντα ἐγένετο, ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν ὅτι Πάντα, μηδαμοῦ ὄντος σὺν πᾶσιν ἀριθμουμένου τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ἆρα γοῦν καὶ διανοηθῆναι ὀφείλετε, ἢ καὶ ἄλλος τις χείρων ὑμῶν ἕτερος, καὶ τὸν* [11] *πατέρα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγονέναι, κατὰ τὴν βλάσφημον ὑμῶν ὑπόνοιαν.* [12] *Ὁμοῦ γὰρ συμπεριληπτικός ἐστιν ὁ λόγος φάσκων τὰ πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι. Εἰ δὲ βλάσφημον περὶ τοῦ πατρὸς λογίζεσθαι τὸ τοιοῦτον καὶ μωρὸν, τὸ ὅμοιον καὶ ἐπὶ τοῖς διανοουμένοις ἐπὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ σὺν πατρὶ ἀριθμουμένου καὶ υἱῷ. Εἰ γὰρ ἦν τῶν γεγονότων, οὐκ ἂν τῷ ἀκτίστῳ πατρὶ καὶ υἱῷ ἀκτίστῳ συνηριθμεῖτο· ἀλλ' ὅτι ἄκτι-*
pag. 780. *στόν ἐστιν συναριθμεῖται. Εἶπε γὰρ, Ἀπελθόντες βαπτίσατε εἰς ὄνομα πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. Πῶς δὲ κτιστὸν εἴη τὸ πνεῦμα τὸ μαρτυρούμενον ὅτι, Ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει, δι' οὗ καὶ ἡ τελεία τῶν ἀνθρώπων σωτηρία καὶ ἔνσαρκος οἰκονομία εἰς πᾶσαν δικαίωσιν ἐπληρώθη. Ἔχρισε γὰρ αὐτὸν πνεύματι ἁγίῳ, φησὶ ἡ γραφὴ περὶ τοῦ κυρίου. Οὐκ ἂν δὲ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν σὺν τῷ θεῷ λόγῳ ἡνωμένην εἰς μίαν θεότητα ἔχρισεν ὁ πατὴρ κτίσματι, ἀλλ' ἐπειδὴ μία ἐστὶν ἡ τριὰς, τρία τέλεια, μία θεότης, ἔδει ἐν τῷ υἱῷ* [13] *οἰκονομικῶς τοῦτο γενέσθαι, ἵνα παντάπασι δοξαζομένη ἐν ἅπασιν νοηθῇ ἡ τριάς· καθάπερ κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων περὶ πνεύματος διηγούμενοι οὐ μίαν, οὐ δύο μαρτυρίας εἰςενέγκαμεν ὅτι θεοῦ ἐστι πνεῦμα σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ δοξαζόμενον, ἄκτιστον καὶ ἄτρεπτον καὶ τέλειον. Ἐξέπεσε δὲ καὶ ὁ περὶ τούτου τῶν φιλονεικούντων λόγος ὁ καθ' ἑαυτῶν.*

Κεφ. νζ. *Πάλιν δὲ εἰς τὰς ἄλλας αὐτῶν λέξεις ἑαυτοὺς ἐπιδῶμεν. Φασὶ γὰρ πάλιν τὸ ῥητὸν οὐκ εὐλόγως κατέχοντες, ὅτι αὐτὸς ἔφη ὁ σωτὴρ, Τί με λέγεις ἀγαθόν; εἷς ἐστιν ἀγαθὸς ὁ θεὸς, καὶ ἀφώρισεν ἑαυτὸν ἐντεῦθεν ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας τε καὶ ὑποστάσεως. Τὸ δὲ πᾶν ἐστι γελοιῶδες. Εἰ γὰρ ὁ τοσαῦτα ἡμῖν ἀγαθὰ πεποιηκὼς οὐκ ἀγαθὸς παρ' αὐτοῖς κρίνεται, καὶ τίς ἔτι τούτου μοχθηρότερος εἴη, ὅτι ὁ δεδωκὼς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων, ὁ τῇ ἑκουσίᾳ γνώμῃ ἐλθὼν εἰς τὸ παθεῖν, ὁ ἀπαθὴς θεὸς ὢν, ὅτι τὸ τὴν δωρεὰν ἡμῖν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτημάτων, ὅτι ὁ τὰς ἰάσεις ἐπιτελέσας ἐν παντὶ Ἰσραὴλ, ὁ ἐκ τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος τοσοῦτον γένος τῶν ἀνθρώπων περισυναγαγὼν ἐν ἀγαθότητι, ὁ τῆς ἀγαθότητος πρύτανις καὶ τῆς εἰρήνης δεσπόζων, ὁ ἄνω ἐκ πατρὸς ἀγαθὸς λόγος, ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ πατρὸς γεγεννημένος, ὁ διδοὺς τροφὴν πᾶσι σαρκὶ, ὁ ἐνεργήσας ἀνθρώποις καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένοις πᾶσιν ἀγαθότητα, οὐκ*

11. πνεῦμα *cod. Rhedig.* 12. ἐμοῦ *mendose habet ed. Petav. Co-*

quibus propterea sanctum dei spiritum iis rebus quae factae sunt annumerari libet, quod ita scriptum sit: *Per ipsum omnia facta sunt.* Consequens igitur est ut eadem vos ratione, vel alius quispiam vobis deterior ita animo concipiat, etiam patrem ipsum per filium esse factum, ut impia vestra fert sententia. Quippe generatim universeque concepta est oratio, quae *omnia per ipsum facta esse* declarat. Quod si eiusmodi aliquid de patre suspicari impium ac stolidum est, idipsum quoque de illis existimandum est qui hoc ad spiritum sanctum transferunt, qui cum patre filioque numeratur. Nam si rerum factarum ordine contineretur, cum increato patre et increato filio nequaquam numerandus esset. Sed quod increatus sit, idcirco numeratur. Christus enim dixit, *Euntes baptizate in nomine patris,* Matth. 28, 19. *et filii, et spiritus sancti.* Quinam porro creatus esse potest spiritus ille, de quo ita testatur: *A patre procedit, et de meo accipit?* Ioann. 15, 26. per quem et hominum perfecta salus et incarnatio ad omnem iustificationem est impleta? *Unxit enim illum spiritu sancto,* ait scriptura Act. 10, 38. de domino. Nunquam autem humanam illam naturam in unam divinitatem cum deo verbo coniunctam creatura aliqua pater inungeret. Nunc cum una sit trinitas, triaque perfecta, et una divinitas, dispensatione quadam fieri hoc in filio debuit, ut in omnibus laude ac gloria celebrata cognosceretur trinitas. Quemadmodum cum adversus haereses omnes de spiritu sancto disputaremus, non uno aut altero testimonio probavimus dei esse spiritum, qui cum patre et filio collaudetur increatus, immutabilis, et perfectus. Quamobrem hac in parte contentiosorum haereticorum exclusa ratio est, quae in illos ipsos recidit.

Reliqua modo quae afferre solent consideremus. Hanc enim Cap. LVII. praeterea domini sententiam perabsurde proferunt, qua quidem ipse dixit, *Quid me dicis bonum? unus est bonus deus.* In quo semet- Matth. 19, 16. ipsum ab essentia patris et persona separasse videtur. Verum ridiculum hoc illorum argumentum est. Nam qui tam multa in nos bona contulit, minime illorum opinione bonus habendus est. Quis fingi potest improbior? quandoquidem qui pro ovibus suis animam profudit, qui ad patiendum sponte descendit, cum immunis ab omni passione deus esset, qui delictorum nobis gratiam fecit, qui in omni Israëlitico populo aegritudines sanavit, qui pro sua bonitate tam infinitum hominum genus collegit, qui bonitatis administrator et pacis dominus est, bonum inquam illud verbum quod ab aeterno bono ex patre genitum est, *Qui dat escam omni carni,* qui in hominibus ceterisque a se productis omnibus bonitatem impertiit, bonus ab illis non

*Ion. repet.* 13. τοῦτο οἰκονομικῶς *cod. Rhedig.*

ἀγαθὸς παρ' αὐτοῖς κρίνεται; Καὶ οὐκ ἴσασιν οἱ λήθην ἑαυτοῖς περιποιούμενοι ὅτι πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα ἀνθυπήνεγκε τὸν λόγον ὅπως καθέλῃ τῆς ἐν αὐτῷ ἐπάρσεως τὸ φρύαγμα. Αὐχῶν γὰρ ἦν ἀπὸ γραμ-
pag. 781. ματέων ὁρμώμενος, ὡς τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου ἀκριβῶς φυλάξας, δικαιοσύνην τε καὶ ἀγαθότητα περὶ ἑαυτοῦ σεμνυνόμενος, καὶ ἔλεγε, Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; Καὶ ἐπειδὴ [1] εἶχε περὶ ἑαυτοῦ ὡς περὶ τηλικαύτης δικαιοσύνης, ὁ κύριος βουλόμενος θεῷ ἀναφέρειν τὴν πᾶσαν ἀγαθότητα, ὅτι οὐδεὶς ἀγαθὸς, πλὴν αὐτοῦ, ἵνα μηδεὶς σάρκα φορῶν τύφον τινὰ [2] ἑαυτῷ ἐπισπάσηται, τούτου [3] ἕνεκεν ἔλεγε, Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ θεὸς, ἵνα ὁ τοιοῦτος καὶ τοσοῦτος τὸν τοιοῦτον λόγον εἰπὼν καθέλῃ τὴν ἐν τῷ εἰπόντι φυσίωσιν περὶ δικαιοσύνης τὴν οἴησιν κεκτημένου, καὶ ἵνα ἐλέγξῃ αὐτοῦ τὴν καρδίαν, ἀγαθὸν μὲν διδάσκαλον χείλεσιν αὐτὸν λέγοντα, μὴ ἐμμένοντα δὲ ἐν τῇ ἀγαθῇ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ. Καὶ ὅτι μὲν ἀγαθὸς τυγχάνει, αὐτὸς διδάσκει λέγων, Πολλὰ καλὰ ἐποίησα ἐν ὑμῖν, περὶ ποίου οὖν αὐτῶν ἔργων λιθάζετέ με. Τίνι γὰρ τοῦτο οὐκ ἔστι σαφὲς καὶ φανερώτατον, μάλιστα πολλῶν ἀγαθῶν τῶν αὐτοῦ κτισμάτων ὄντων καὶ καλουμένων; ὥς φησιν ἡ θεία γραφή. Ἰδοὺ γὰρ, [4] περὶ πολλῶν ἀγαθῶν διηγεῖται τὸ θεῖον γράμμα. Ἦν ἀγαθὸς φησὶ Σαοὺλ, υἱὸς Κὶς, ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ὑψηλότερος δὲ παντὸς τοῦ λαοῦ, ὑπὲρ ὠμιῶν καὶ ἐπάνω, καὶ, Ἦν ἀγαθὸς Σαμουὴλ μετὰ τοῦ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ, Ἀγαθὴ ἐσχάτη λόγου ὑπὲρ τὴν ἀρχὴν, καὶ, Ἀνοῖξόν σου τὸν θησαυρὸν τὸν ἀγαθὸν, τὸν οὐράνιον· τούτων δὲ κτισμάτων ὄντων, καὶ ἀγαθῶν δηλουμένων, δι' αὐτοῦ τε καὶ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότων, πῶς οὐκ ἀναμφιβόλως ἐστὶν ἀγαθὸν εἶναι ὁμολογεῖν τὸν τούτου γενεσιάρχην; Ἀλλ' ἵνα [5] μὴ μηκύνω τὸν περὶ τούτου λόγον (πάντη γὰρ διὰ πλάτους περὶ τούτου εἰρήκαμεν), αὖθις πάλιν εἰς τὰς ἑξῆς παρελεύσομαι, τὴν ἐπίλυσιν ἑκάστης λέξεως ποιούμενος.

Κεφ. νη'. Ἐπιφέρουσι δὲ πάλιν τινὰ ῥητὰ οἱ πάντολμοι, ἐλαττωμάτων ὑπονοίας ὑποσπείροντες εἰς τὸν αὐτοὺς ἀγοράσαντα, εἴπερ ἠγοράσθησαν. Ἐν γὰρ τῷ προσελθεῖν τὴν μητέρα τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου καὶ παρακαλέσαι τὸν ἕνα καθίσαι υἱὸν ἐκ δεξιῶν, καὶ τὸν ἕνα ἐξ εὐωνύμων, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, ἔφη πρὸς αὐτοὺς, Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. Δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ μέλλω πίνειν; οἱ δὲ εἶπον, Ναὶ, δυνά-
pag. 782. μεθα. Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, τὸ δὲ καθίσαι

Cap. LVII. — 1. *Rescribendum puto* ηὔχει. *Cornarius vertit* et quoniam sentiebat de seipso velut de tanta iustitia.
2. ἑαυτῷ *om. cod. Rhedig.*
3. ἕνεκα ἔλεγεν *cod. Rhedig.*
4. παρὰ *cod. mss. et ed. princ.*
5. μὴ κίνω *cod. Ien. et ed. princ.*

iudicatur. Haec enim ignorant isti, qui ultro sibi oblivionem adsciscunt, Christum dominum ei qui de se percontatus fuerat responsum illud quod antea commemoravimus dedisse, ut eius fastum arrogantiamque compesceret. Nam cum hic e scribarum numero gloriaretur, quod praecepta legis omnia accuratissime servasset, seque iustitiae ac bonitatis nomine venditaret, atque ita locutus esset, *Praeceptor bone, quid faciendo vitam aeternam possidebo?* Matth. 19, 16. cum, inquam, ita de se persuasum haberet tantae se iustitiae numeros omnes explevisse, ideo dominus bonitatem omnem ad patrem, tanquam ad auctorem referre cupiens, quod nemo praeter ipsum bonus sit, ne quis carne praeditus superbia arrogantiaque se nimium efferret, respondit, *Quid me dicis bonum! nemo bonus est nisi solus deus:* ut cum tantus ac talis hoc modo loqueretur interrogantis illius qui iustitiae opinione erat inflatus fastum ac spiritus frangeret, tum ut intimos eius pectoris sensus redargueret, eo quod cum bonum ipsum summis duntaxat labiis fateretur, minime tamen bona in illius doctrina acquiesceret. Verumenimvero bonum se esse testatur ipsemet his verbis: *Multa bona feci in vobis: propter quod igitur ex illis operibus lapidatis me?* Ioann. 10, 32. Quis est hebes adeo, cui non illud perspicue manifesteque constet? praesertim cum creatarum ab illo rerum quamplurimae et sint et appellentur bonae, ut ex scripturae testimonio colligitur; quae quidem bonorum multorum mentionem facit. Ita, *Bonus,* inquit, *erat Saul filius Cis de tribu Beniamim, sublimior omni populo ab humeris et ultra:* 1. Reg. 9, 2. item, *Bonus Samuel cum deo et hominibus:* 1. Reg. 2, 26. tum, *Melior est orationis finis quam principium:* Eccl. 7, 9. item, *Aperi thesaurum bonum tuum coelestem.* Num. 20, 6. Quae cum omnia creaturae quaedam sint ac bonae esse dicantur, per ipsum utique et ab ipso productae, nonne auctorem illorum ac conditorem bonum esse confiteri sine ulla dubitatione licet? Verum ne longius quam par sit in ea disputatione versetur oratio (abunde enim de eo loco dictum arbitror) reliqua videamus, et singula ab illis obiecta diluamus.

Cap. LVIII.

Pergunt enim audacissimi homines cuidam scripturae sententiae insistere, ex qua redemptori suo, si tamen ab eo redempti sunt, falsam imminutionis ac defectus opinionem aspergant. Etenim cum ad Christum Zebedaei filiorum mater accessisset rogans, ut alterum ad dexteram, alterum ad sinistram sedere tum iuberet cum ad regnum suum pervenisset, ita illis respondit: *Nescitis quid petatis: potestis bibere calicem quem bibiturus sum? At illi dixerunt, Possumus. Dixit autem illis, Calicem quidem meum bibetis, sedere au-* Matth. 20, 22. et Marc. 10, 38.

*(quae ipsa tamen parum sibi constans p. 333. praebeat μὴ κίνω), μηκύνω cod. p. 334. initio exhibet μηκίνω, cum fine Rhedig.*

ἐκ δεξιῶν μου, ἢ ἐξ εὐωνύμων, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται παρὰ τοῦ πατρός μου. Ὁρᾷς, φησὶ, πῶς οὐκ ἔχει ἐξουσίαν [1] πάρεξ τοῦ πατρὸς, τοῦ ἔχοντος τὴν ἐξουσίαν παρέχειν ὃ βούλεται; καὶ τίς οὕτως τῶν εὐφρονούντων νοήσειεν; εἰ γὰρ ὁ υἱὸς οὐκ ἔχει ἐξουσίαν, καὶ τίς ἔχει ἐξουσίαν; Ὁ γὰρ πατὴρ, φησὶ, ζωογονεῖ τοὺς νεκροὺς, καὶ οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ, ἵνα ὃν θέλει ζωογονῇ, καὶ, Τὰ τοῦ πατρὸς ἐμά ἐστι, καὶ, Πάντα παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου. Τίς οὖν ἔτι [2] ἀμφιβάλλοι; Τοῦτο δὲ βούλεται παριστᾶν ὁ θεῖος αὐτοῦ καὶ σοφὸς λόγος, ὅτι οὐ κατὰ προσωποληψίαν γίνεται πρᾶγμα, ἀλλὰ κατὰ ἀξίαν. Κυρίου μὲν γάρ ἐστι τὸ παρέχειν, παρέχει δὲ ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν, ἕκαστος δὲ ἐργασάμενος τὸ δίκαιον λαμβάνει κατὰ τὸν ἴδιον κόπον· καὶ οὐκέτι αὐτῷ μόνῳ ἐστὶ τὸ δοῦναι, ἀλλὰ τῷ ἑαυτὸν ἄξιον πεποιηκότι. Τολμῶ γὰρ λέγειν ὅτι οὔτε αὐτοῦ ἐστι, καίπερ δυναμένου δοῦναι, μὴ βουλομένου δὲ, οὔτε τοῦ ἁγίου πνεύματος, καίπερ δυναμένου τοῦ ἁγίου πνεύματος δοῦναι κατὰ τὸ εἰρημένον· ὅτι, Ὧι μὲν δίδοται σοφία διὰ τοῦ πνεύματος, τῷ δὲ γένη γλωσσῶν ἐν τῷ [3] αὐτῷ πνεύματι, τῷ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν, τῷ δὲ δύναμις, τῷ δὲ διδασκαλία, ἓν δέ ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ διαιροῦν ἑκάστῳ ὡς βούλεται. Καὶ οὐκ εἶπε, Καθὼς προστάσσεται, ἀλλὰ, Καθὼς βούλεται. Καὶ, Ὁ υἱὸς ὃν θέλει ζωογονεῖ, καὶ ὁ πατὴρ καλεῖ ὃν θέλει πρὸς τὸν υἱόν. Καὶ πάλιν οὔτε ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, οὔτε ἅγιον πνεῦμα κατὰ προσωποληψίαν καλεῖ, ἢ δίδωσιν, ἢ παρέχει, ἢ ἀξίαν δίδωσιν, ἀλλὰ καθὼς ἑαυτὸν ἄξιον ἕκαστος εὐτρεπίζει, τουτέσιν οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' ἐὰν κάμητε, ἔσται ὑμῖν ἡτοιμασμένον παρὰ τοῦ πατρός μου. Τὸ δὲ τέλειον ὅτι, Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. Καὶ ἔτι ὑπερβήσομαι εἰς τὰ ἕτερα.

Κεφ. νθ'. [1] Φησὶ δὲ, πῶς λέγετε αὐτὸν ἐκ τῆς τελείας τοῦ θεοῦ θεότητος; Ἰδοὺ γὰρ, λέγει περὶ αὐτοῦ ὁ ἀπόστολος ὅτι, Ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Ὁ δὲ ἐπιδεηθεὶς βοηθείας τοῦ θεοῦ τοῦ ἐγεῖραι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἄρα ἕτερός ἐστιν, ὁ ἐγείρων τῇ δυνάμει, ἕτερος δὲ ὑποβεβηκὼς ὁ ἐγειρόμενος διὰ τῆς τοῦ δυνατοῦ δυνάμεως. Καὶ ἕως πότε κατατρίβομαι περὶ τὰ ληρώδη νοήματα τῶν κακῶς παρατριψάντων ἑαυ-
pag. 783. τῶν τὸ μέτωπον; τίς οὖν ἤγειρε τὸν Λάζαρον; τίς ἤγειρε τὸν υἱὸν τῆς χήρας τῆς ἐν Ναΐν; τίς εἶπε τῇ θυγατρὶ τοῦ ἀρχισυναγώγου, Κοῦμι ταλιθὰ, τουτέστιν ἀνάστηθι ἡ παῖς; τίνος τὸ ὄνομα ἐπεκαλοῦντο οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ νεκροὶ ἠγείροντο; Νομίζουσι δὲ, ἐπειδὴ οἱ ἀπό-

Cap. LVIII. — 1. Verba πάρεξ - - ἐξουσίαν non habet cod. Rhedig. 2. ἀμφιβάλοι cod. Rhedig. ἀμφιβάλλοιεν.

*tem ad dexteram meam, vel ad sinistram non est meum dare, sed quibus paratum est a patre meo.* Vides igitur, inquiunt, omni illum potestate carere sine patre, penes quem est cui velit deferendi facultas. Quis sui compos ac prudens haec de Christo cogitare possit? Nam si filius potestate caret, quis eam tandem obtinebit? *Pater enim,* inquit, *vivificat mortuos, et ita dedit et filio, ut quem vult vivificet:* et, *Quae patris sunt, mea sunt:* et, *Omnia tradita sunt mihi a patre meo.* Quis de eo dubitare amplius potest? Quamobrem hoc divinus ipsius ac sapiens sermo demonstrare voluit, nulla personarum acceptione, sed ex cuiusque merito rem omnem transigi. Domini enim est conferre; confert autem unicuique pro dignitate meritorum. Unusquisque enim qui quod iustum est praestitit, pro laboris sui ratione mercedem accipit, nec alteri tribuere licet, praeterquam ei qui se dignum reddiderit. Dicam enim audacter, ne ipsius quidem esse, nisi hoc modo, dare, quamquam hoc in eius potestate situm est, sed quod nequaquam id velit; imo nec spiritus esse sancti, quamvis et ipse tribuere possit, ut ex hoc scripturae loco manifestum est, *Huic quidem datur sapientia per spiritum, huic vero genera linguarum in eodem spiritu, alteri interpretatio linguarum, huic virtus, huic doctrina: unus est autem spiritus, qui dividit unicuique prout vult.* Non dixit, Prout iubetur, sed, Quatenus vult. Ad haec, *Filius quem vult vivificat, et pater vocat quem vult ad filium.* Praeterea neque pater, aut filius, neque spiritus sanctus personarum in vocando dandove ac largiendo, vel cuiusque meritis compensandis rationem habet, sed hoc omnino spectatur, quemadmodum se quisque idoneum dignumque comparet. Denique hic sensus est, Non est meum dare, sed si laboraveritis, paratum erit vobis a patre meo; summum autem ac perfectum est, *quoniam ego sum vita.* Nunc ad alia progrediamur.

Ioann. 5, 21. Ioann. 16. 15. Matth. 11, 27. 1. Cor. 12, 8. Ioann. 5, 21. Ioann. 6, 44.

Cap. LIX. Rom. 4, 24. et 1. Cor. 15, 15.

Obiiciunt illud: Quinam illum ex perfecta divinitate dei prodiisse dicitis? Ecce enim apostolus sic de illo scribit: *Deus suscitavit illum a mortuis.* Ex quo patet dei illum auxilio, qui se a mortuis excitaret opus habuisse. Proindeque alius est qui suapte illum vi suscitat, alius et eodem inferior, qui praepotentis illius virtute suscitatur. Quid amplius perfrictae frontis hominum refellendis nugis ac somniis immoramur? Quis Lazarum excitavit ad vitam? Quis viduae in oppido Naim filium vitae restituit? Quis synagogae principis filiae dixit, *Cumi talitha,* hoc est, *Surge filia.* Quis invocato ab apostolis nomine mortui sunt ad vitam revocati? At isti,

Ioann. 11. Luc. 7. Matth. 9. Marc. 5. Luc. 8. Matth. 5, 41

3. αὐτῶν *codd. mss. uterque.*
Cap. LIX. — 1. Φασὶ *cod. Rhedig.* *Etiam Cornarius vertit* Dicunt. φησὶ *cod. Ien. (cum rasura), et editi.*

στολοι Ἰουδαίοις προσδιαλεγόμενοι διὰ τὸ νομίζειν ἀποστασίαν κηρύσσειν τοὺς ἀποστόλους ἀπὸ τοῦ θεοῦ τοῦ νόμου, καὶ διὰ [2] τὸ πρὸς τὸ γνωστὸν τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ γινώσκοντος ὅτι ἤμελλον αἱρέσεις ἀφηνιάζειν τὸν Χριστὸν ἀπὸ τοῦ πατρῴου θελήματος, τούτου ἕνεκα εἰς τὴν μίαν θεότητα τὰ πάντα ἀναφέροντες οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι, ὅτι εὐδοκίᾳ παρὰ πατρὸς ἐγένοντο τὰ πάντα, βουλήσει τοῦ υἱοῦ, [3] συνευδοκίᾳ πνεύματος ἁγίου, μὴ ἄρα κατὰ ἐλάττωσιν, ἢ κατὰ ἀσθένειαν ἢ ἀλλοτρίωσιν τῆς τοῦ θεοῦ λόγου παρὰ [4] τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν τοῦτο εἴρηται. Καὶ οὐχ οὕτως. Ὅρα γὰρ τὰ πρωτότυπα, πῶς διηγεῖται ὁ ἄγγελος φάσκων ταῖς περὶ [5] Μαρίαν, Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; [6] ὁρᾷς, ὁ ζῶν ἐν ἰδίᾳ θεότητι καὶ σαρκὶ ἀνέστη, οὐκ ἦν δὲ μετὰ τῶν νεκρῶν. Καὶ τί φησι αὐταῖς, Ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε; καὶ οὐκ εἶπεν, Ἤγειρεν αὐτὸν ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ὧδε; Ἀλλ' ἵνα [7] δείξω σοι τὸ δυνατὸν, ὅτι καὶ ζῶν ἀνέστη, καὶ αὐτὸς πάλιν ἔλεγε πρὸ τοῦ παθεῖν αὐτὸν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, Ἰδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ παραδοθήσεται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὸ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἀναστήσει αὐτόν. Σαφῶς δὲ [8] περὶ τούτου τὸ ἐξουσιαστικὸν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως προεδείκνυε λέγων, Ἐξουσίαν ἔχω τὴν ψυχήν μου θεῖναι, καὶ λαβεῖν αὐτήν. Ὁ δὲ ἐξουσίαν ἔχων πῶς ἑαυτὸν ἐγείρειν οὐκ ἠδύνατο; ὁ ἀπόστολος δὲ γράφων, ἵνα δείξῃ μηδὲν ἄνευ θελήματος πατρὸς ἐν τῇ τῆς σωτηρίας οἰκονομίᾳ γεγενῆσθαι, ἔφη, Ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Καὶ γὰρ καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ λέγει αὐτὸς ὁ ἀπόστολος, ὅτι, Εἰ καὶ ἀπέθανεν ἐξ ἀσθενείας, ζῇ δὲ ἐκ δυνάμεως. Ἤθελον δὲ πυθέσθαι τὸν νοῦν τῶν τὰ ἀκριβῆ τῶν γραφῶν γινωσκόντων, ποίαν ἀσθένειαν εἶχεν ὁ μονογενὴς, δι' οὗ ὁ οὐρανὸς ἥπλωται, ἢ παρ' οὗ ὁ οὐρανὸς κέκτισται, δι' οὗ ὁ ἥλιος ἐστιλβώθη, δι' οὗ ἔλαμψαν τὰ ἄστρα, δι' οὗ ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα γεγένηται. Ἄρα τὴν ἀσθέ-
pag. 781. νειαν ποίαν λέγει; ἄρα ἣν ἀνεδέξατο ἐλθὼν ὁ λόγος ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σαρκὶ, ἐνδυσάμενος ταύτην, ἵνα τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν βαστάσῃ; ὡς καὶ [9] ᾄδει περὶ αὐτοῦ ὁ προφήτης λέγων, τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν. Ἀπέθανεν οὖν διὰ τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν, ὁ ζωὴ ὢν καὶ ἀπαθὴς θεὸς, ἐν τῇ ἐξ ἡμῶν ἀσθενεστέρᾳ σαρκί· ζῇ δὲ ἐκ δυνάμεως. Ζῶν γάρ ἐστιν ὁ λόγος καὶ ἐνεργὴς καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον. Ἀπέθανεν οὖν ἐξ ἀσθενείας, ζῇ δὲ ἐκ δυνάμεως τῆς αὐτοῦ θεότητος, ζῇ δὲ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σαρκὶ, ἐν ᾗ τὸ

2. *Reponendum videtur* διὰ τὸ προγνωστὸν τοῦ ἁγίου πν. *Cornarius vertit* propter praenotionem sancti spiritus.

3. σὺν εὐδοκίᾳ *cod. Rhedig. Etiam Cornarium vertisse video* cum bona voluntate spiritus sancti.

4. τὴν *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

5. Μαρίαμ *ed. Petav.*

6. *Verba* ὁρᾷς - - μετὰ τῶν νεκρῶν *om. cod. Rhedig.*

7. δείξω σοι *correxi cum Cornario qui vertit* At ut ostendam tibi potentiam *cett. In libris vulgo est* δείξωσι *inter-*

quoniam apostoli contra Iudaeos disputantes, cum persuasum ipsis esset apostolos ab legis deo defectionem praedicare, necnon et quod spiritus sanctus praevideret eiusmodi haereses futuras, quae a paterna voluntate Christum abalienare ac separare studerent, cum, inquam, propterea ad unam divinitatem omnia revocarent apostoli, quandoquidem pro eo ac patri visum est de filii voluntate ac consentiente spiritu sancto omnia condita sunt, haeretici, inquam, isti his loquendi modis inferiorem quandam conditionem aut imbecillitatem, aut divini verbi ab essentia patris alienationem significari putant. Verum longe aliter se res habet. Et ut illud intelligas, age exemplaria ipse contuere, quid angelus Mariae eiusque sociis mulieribus dixerit: *Quid quaeritis viventem cum mortuis?* Vides ut vivens ille Luc. 24, 5.
cum sua divinitate et carne surrexerit. Neque vero inter mortuos amplius iacebat. Cur autem ita locutus est, *Surrexit, non est hic?* Matth. 16, 6.
non autem ita dixit: Excitavit eum deus, et non est hic? nisi ut potestatem illius ostenderet, quoniam et vivus surrexit? Quin etiam priusquam ipse pateretur discipulos suos sic allocutus est: *Ecce* Matth. 20, 17.
*ascendimus Hierosolyma, et tradetur filius hominis ut crucifigatur, et tertia die resurget.* Non dixit, Excitabit ipsum, sed aperte, quod ad eam rem attinet, suae vim potestatis aperuit, dicens, *Po-* Ioann. 10, 18.
*testatem habeo animam meam ponere, et sumere ipsam.* Qui igitur potestatem habebat, semetipsum excitare non potuit? Apostolus vero nihil absque patris voluntate in administranda hominum salute gestum demonstrare cupiens, ita scripsit: *Deus suscitavit illum a* Act. 3, 15.
*mortuis.* Nam et alio loco idem apostolus, *Tametsi,* inquit, *mor-* 2. Cor. 13, 4.
*tuus est ex imbecillitate, vivit ex virtute.* Ego vero quidnam isti homines tam accurata sacrarum literarum scientia praediti in animo habeant, libenter interrogem, quid in unico dei filio imbecillitatis fuerit, per quem coelum expansum est et productum, per quem sol splendore perfusus est, per quem illuxere sidera, per quem e nihilo sunt omnia producta. Quam igitur imbecillitatem ei tribuunt? Eamne quam in nostra carne, ubi illam induit, dei verbum in sese transtulit, quo infirmitatem nostram ipse portaret? Quemadmodum de illo propheta cecinit: *Infirmitates nostras suscepit, et morbos tulit.* Igi- Esai. 13, 4.
tur mortuus est propter infirmitatem nostram in imbecilla carne, ille ipse qui vita est et immunis a passione deus: vivit autem ex virtute. *Vivus est enim sermo dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio* Hebr. 4, 12.
*ancipiti.* Quare mortuus est ex infirmitate, vivit autem ex divinitatis suae virtute, et in carne nostra vivit, in qua passionem illam

*punctione hac* ὧδε; ἀλλ' ἵνα δείξωσι — — ἀνέστη. καὶ *cett.*

8. *Fortasse* παρὰ τούτου.

9. ᾄδῃ *codd. mss. et ed. princ.*

πάθος ἀνεδέξατο. Καὶ διὰ τὴν τοιαύτην οἰκονομίαν τὴν εὐδοκίαν πατρὸς σημαίνων ὁ ἀπόστολος ἔφη ὅτι, Ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

Κεφ. ξ'. Ἐπιφέρουσι δὲ καὶ ἄλλο ῥητὸν ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου, ὅπερ ἐστὶ θεσπέσιον καὶ ἐξαίρετον, καὶ εἰς πάντα χρησιμώτατον. Ποῖον δέ ἐστι τὸ ῥητόν; ἀλλ' ἢ ὁπηνίκα [1] γὰρ ἔμελλον ὁ κύριος ἰδίᾳ βουλήσει ἐπὶ τὸ πάθος ἥκειν, παραλαβὼν τοὺς μαθητὰς ἐν τῷ ὄρει κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην, διέστη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολὴν, καὶ ἀπελθὼν ηὔχετο, [2] καὶ ἔλεγε, Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ, ἵνα μὴ αὐτὸ πίω· πλὴν οὐχ ὃ ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὃ σύ. Καὶ πρῶτον μὲν πάλιν [3] προφασίζονται οἱ αὐτοὶ λέγοντες ὅτι, Ὁρᾷς πῶς [4] ἀποκριτικῶς λέγει, καὶ βούλημα διηλλαγμένον ὑποφαίνει λέγων, Οὐχ ὃ ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὃ σύ; πῶς οὖν ἡ αὐτὴ οὐσία τυγχάνει, φασὶν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἕτερόν ἐστι βούλημα, ἐν δὲ [5] τῷ πατρὶ ἕτερον; Καὶ ἀγνοοῦσι τὴν πᾶσαν δύναμιν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἀπόστολος ἔφη, Ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ. Πῶς γὰρ ἴδιον βούλημα ἔφη παρὰ τὸ τοῦ πατρὸς βούλημα, ὁπότε αὐτὸς σημαίνει πρὸς τοὺς μαθητὰς ὅτι, Τετάρακται ἡ ψυχή μου, καὶ, Τί εἴπω, πάτερ; σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· ὡς προκατασκευαστικῶς τὸ ῥητὸν διηγούμενος καὶ ἐπαμφιβόλως τῇ λέξει κεχρημένος [6] ὅτι, Τί εἴπω, πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. Τοῦτο, φησὶ, [7] εἴπω; ἀλλὰ διὰ τοῦτο [8] ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην. Ἦλθε δὲ οὐκ ἄκων, ἀλλ' ἑκών. Ἀνωτέρω γὰρ λέγει ὅτι, Ποτήριον ἔχω πιεῖν, καὶ τί σπεύδω ἕως οὗ πίω αὐτό; καὶ βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἐβαπτίσθην; Εἰ τοίνυν θέλει καὶ σπεύδει, καὶ λέγει εἰς τοῦτο ἥκειν, πῶς ἄλλο βούλημα τὸ αὐτοῦ ὑποφαίνει, καὶ ἄλλο [9] τὸ τοῦ πατρός; ἀλλ' ἐπειδὴ
pag. 785. ἤμελλε διὰ τοῦ Ἰσραὴλ παραδίδοσθαι, φιλάνθρωπος ὢν καὶ φειδόμενος τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ, ἐποιεῖτο ὑπὲρ τοῦ λαοῦ λόγον. Τὸ δὲ βούλημα ἦν τοῦ πατρὸς, τὸ τὴν οἰκονομίαν οὕτω πληρωθῆναι, τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ παραιτίων ἑαυτοῖς ὄντων τῆς τοῦ υἱοῦ προδοσίας, καὶ οὐχ ὑπὸ θεοῦ ἀναγκαζομένων· καὶ οὐχ ἕτερον βούλημα ἦν τὸ τοῦ υἱοῦ παρὰ τὸν πατέρα. Ἀλλ' ἔδει αὐτὸν καὶ ἐν τούτῳ ταῦτα δεικνύειν, ἵνα τὸ πᾶν τῆς μονότητος ἐπὶ τὸν πατέρα ἀναγάγοι, πρὸς τὸ μὴ μερισθῆναί τι τῆς μίας ἑνώσεως καὶ οἰκονομίας.

Κεφ. ξα'. Καὶ καθεξῆς [1] δὲ ἐπιφέρει λέγων, Ἐν τῷ εὔχεσθαι αὐτὸν, ὡς γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ [2] ἐμφέρεται ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίῳ, Ἵδρωσε, φησὶ, καὶ ἐγένετο αὐτοῦ ὁ ἱδρὼς ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος κα-

Cap. LX. — 1. ἀρ cod. Rhedig.
2. καὶ om. in ed. Petav. Colon. repet.
3. προφασιάζονται ed. princ.
4. ἀποκριτικῶς emendavit Petavius. Libri habent ὑποκριτικῶς.
5. τῷ om. in ed. Petav. Colon. repet.

sustinuit. Ob hanc administrandi rationem patris voluntatem ac decretum significare volens apostolus dixit, *Deus suscitavit illum a mortuis.*

Aliud insuper ex evangelio Lucae testimonium adducunt, plane divinum, et eximium, et ad omnia longe opportunissimum. Quodnam vero illud est? Nimirum cum ad subeundam passionem suapte sponte dominus accessurus esset, discipulis ad montem perductis, eadem illa hora *avulsus est ab illis lapidis fere iactu, et abiens orabat his verbis: Pater si fieri potest, transeat a me calix iste, ut non bibam illum. Verumtamen non quod ego volo, sed quod tu.* Ex quo ita disputandi occasionem captant: Vides, inquiunt, ut ad discernendum apte locutus sit, et diversam ab illo voluntatem indicet? *Non quod ego volo, sed quod tu.* Fierine vero potest, ut eadem amborum sit essentia, cum in utroque alia voluntas insit? Sed vim omnem verborum penitus ignorant. Nam et propterea exclamat apostolus, *O altitudo divitiarum et sapientiae ac scientiae dei!* Quomodo enim voluntatem propriam a paterna diversam esse dixit, cum hoc apostolis ipse declaraverit. *Turbata est*, inquit, *anima mea:* et, *Quid dicam, pater? Salva me ex hac hora.* Quod velut praeparandi gratia ambigue conceptum est. *Quid dicam,* inquit, *pater? Salva me hac hora?* Hoc, inquit, dicam, *Sed propterea veni in hanc horam.* Sponte porro, non invitus, accessit; supra enim dixerat, *Calicem habeo bibendum. Et quid festino donec bibam illum*, et, *Baptismo baptizandus sum, et quid volo nisi ut iam baptizer?* Quare si et vult, et festinat, et huius rei gratia venisse se dicit, quinam aliam suam, aliam patris voluntatem esse demonstrat? Sed quoniam per Israeliticam gentem tradendus erat, cum humanissimus esset, et Abraami stirpi consulere vellet, eius gratia ita locutus est. Porro haec erat patris voluntas, ut hoc modo administrarentur omnia, cum proditionis filii caussa sibimetipsis Israëlitae forent, neque a deo cogerentur; nec filii voluntas erat a paterna diversa. Sed in hoc demonstranda ab ipso illa fuerunt, ut singularitatem omnem ad patrem velut ad principium referret, ne unitas illa et administratio aliqua ex parte divideretur.

Cap. LX. Luc. 22, 42. Rom. 11, 33. Ioann. 12, 27. Luc. 12, 50.

Praeter haec illud etiam obiicit haereticus, quod in evangelio Lucae scriptum est, nimirum dum oraret Christus, et in agonia constitutus esset, sudasse. *Et factus est*, inquit, *sudor eius, tanquam*

Cap. LXI. Luc. 22, 44.

6. ὅτι, Τί *ego.* Τί *placuit Petavio. Libri habent* ὅτι.
7. *Vulgo distinctum est* τοῦτο φησὶ εἴπω, ἀλλὰ *cett.*
8. ἤλξεν *vitium est ed. Petav. Colon. repet.*
9. τὸ *om. in ed. Petav. Col. rep.*
Cap. LXI. — 1. διεπιφέρει *cod. Rhedig.*
2. ὡς ἐμφέρεται *volebat Petav.*

τερχόμενοι ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἐφάνη ἄγγελος κυρίου ἐνισχύων αὐτόν. Προπηδήσαντες τοίνυν οἱ [3] λεξιθῆρες εὐθὺς, ὡς πρόφασιν κατὰ ἐχθροῦ εὑράμενοι, ἐπιφέρουσι λέγοντες, Ὁρᾷς ὅτι ἐπεδέετο καὶ ἰσχύος ἀγγέλων; ἐνίσχυσε γὰρ αὐτὸν ὁ ἄγγελος· ἐν ἀγωνίᾳ γὰρ αὐτὸς ἐγένετο. Καὶ οὐκ ἴσασιν ὅτι ἐὰν μὴ ἔχῃ πάντα ταῦτα, καὶ τὸ, Μὴ ἐμὸν βούλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν, καὶ ἐὰν μὴ ἀγωνιάσῃ, καὶ ἐὰν μὴ ἱδρὼς αὐτῷ γένηται ἐκ σώματος προχεόμενος, ἄρα δόκησις ἦν ἡ ἔνσαρκος Χριστοῦ παρουσία, καὶ εὔλογος παρὰ Μανιχαίων καὶ [4] Μαρκιωνιστῶν ἡ περὶ φαντασίας δόκησις τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ὑπόθεσις ᾄδεται, καὶ οὐκ ἀληθεστάτη. Ταῦτα δὲ πάντα, ἐπασφαλιζόμενος ἡμῶν τὴν ζωὴν [5] τὰ ὅλα, ἀνεδέξατο οἰκονομικῶς, ἀνθρωποπαθῆ τινα διηγήματα ἔχων οὐκ εἰρωνείᾳ, ἀλλ' ἀληθείᾳ, τὸ, Οὐκ ἐμὸν θέλημα, ἵνα δείξῃ σαρκὸς ὑπόστασιν ἀληθινὴν, καὶ ἵνα ἐλέγξῃ τοὺς λέγοντας νοῦν μὴ ἐσχηκέναι αὐτὸν ἀνθρώπινον, καὶ ἐλέγξῃ τοὺς μὴ λέγοντας σάρκα αὐτὸν ἐσχηκέναι. [6] Πᾶς γὰρ θεῖος λόγος ἀναμέσον τῶν υἱῶν τοῦ σκότους ἑστὼς ἐλέγχει τὸ σκότος, φωτίζει δὲ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀληθείας; Ὅρα γὰρ πόσα χρήσιμα ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. Ἀπὸ ἀσωμάτων οὐ προέρχεται ἱδρώς. Ἐν δὲ τῷ [7] τοῦτο γενέσθαι ἔδειξεν ἀληθινὴν σάρκα, καὶ οὐ δόκησιν ἀπὸ σαρκὸς ἐν θεότητι συνηνωμένης·
pag. 786. χωρὶς γὰρ ψυχῆς καὶ νοὸς οὐ γίνεται ἀγωνία. [8] Ἀγωνιάσαντος δὲ αὐτοῦ, ἔδειξε ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ νοῦν ἐπὶ τὸ αὐτὸ πεφορηκέναι, ὅθεν ἡ ἀγωνία φαίνεται. Καὶ πάλιν ἐν τῷ εἰπεῖν, Μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν, ἔδειξεν ἀληθῶς νοῦν ἀνθρώπινον, ἀλλ' ἀναμάρτητον. Ἡ γὰρ θεότης αὐτοῦ, πάντοτε ἐν πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν υἱῷ, καὶ ὁ υἱὸς ἐν ἁγίῳ πνεύματι, τὰ πάντα τελειωμένως ἔχει, καὶ οὐδὲν διαλλάττει φρόνημα υἱοῦ πρὸς πατέρα, οὐδὲ πατρὸς πρὸς υἱὸν, οὐδὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος πρὸς πατέρα καὶ υἱόν. Εἰ γὰρ ἃ μὴ θέλει πατὴρ βούλεται υἱὸς, ἄρα καὶ αὐτὸς ἔσται καθ' ἡμᾶς ψιλὸς ἄνθρωπος θελήματι πατρὸς κατὰ ἐλάττωσιν. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστὶ, μὴ γένοιτο. Τῷ δὲ ἀνθρωποπαθῆ διηγεῖσθαι τὸ ἀληθινὸν τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας καὶ τὸ τέλειον τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως δείκνυσιν, ἵνα εἰς πάντα ἡμῶν [9] σωτηρίαν γένηται, εἰς τὸ μὴ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων νοεῖν, καὶ ἐκπίπτειν τῆς ἀληθείας.

3. λεξίθηρες *ed. Petav. Cf. de hoc vocabulo Lobeck. ad Phryn. p.* 628.

4. Μαρκιανιστῶν *codd. mss. et ed. princ.*

5. *Vulgo distinctum est* ζωὴν, τὰ ὅλα ἀνεδέξατο *cett.*

6. πᾶς *cod. Rhedig., et cod. Ien. cum rasura. Cornarii versio:* Totus enim divinus sermo *cett. Editi habent* πῶς.

7. *Editi* τούτῳ.

8. ἀγωνιεύσαντος *editi.*

9. *Libri vulgo* σωτηρίαν.

*guttae sanguinis decidentes in terram: et apparuit angelus domini confortans ipsum.* Ex quo vocularum isti captatores, velut occasionem adversus inimicum nacti, ac gestientes et exultantes ita nos oppugnant: Videsne etiam opus illi fuisse ut ab angelis corroboraretur? Corroboravit enim illum angelus, cum in anxietate illa versaretur. Neque vident, nisi haec omnia Christus suscepisset, nisi haec ipsa verba, *Non mea voluntas, sed tua,* usurpasset, nisi angorem illum animi subiisset, ac nisi denique sudorem e corpore distillasset, totum illud assumptae carnis mysterium nihil praeter opinionem ac speciem habiturum fuisse, adeoque Manichaeorum et Marcionistarum larvam illam et adumbratam imaginem, quam de incarnatione praedicant, haud absurdam futuram, neque quidquam in incarnatione ipsa visum iri ex rei veritate gestum. Quamobrem Christus dominus, ut vitam nostram ac salutem muniret, omnia illa singulari providentiae suae gubernatione suscepit, et ex humano affectu non simulate, sed bona fide, disseruit. Veluti, *Non mea voluntas,* ut carnem revera subsistere doceret, ac tam eos refelleret qui humanam illum mentem habuisse negarent quam qui carnem detraherent. Quam enim admirabiliter divinus sermo in filiorum caliginis medio consistens eorum tenebras redarguit, ac veritatis filios illustrat! Animadverte enim quam multa in illa oratione commoda sint. Primum ab iis, quae corporis expertia sunt, manere sudor non potest. Quare hoc ipso, quod sudore diffluxit, veram esse carnem ostendit, non carnis speciem cum divinitate coniunctae. Ad haec sine anima ac mente angor et anxietas esse non potest. Quo cum ille sit affectus, declaravit anima se pariter et corpore ac mente fuisse praeditum, unde ille angor existit. Praeterea his ipsis verbis, *Non mea voluntas, sed tua* etc. humanam sibi mentem inesse comprobavit, sed a peccatis immunem. Siquidem ipsius divinitas perpetuo in patre, et pater in filio, et filius in spiritu sancto perfecte omnia complectitur; neque quidquam filii a patre sensus et voluntas dissidet, neque patris a filio, nec ab utroque spiritus sancti. Nam si filius ea velit quae non vult pater, nihil in eo praeter nudam hominis naturam inesse statuemus, eiusmodique illum voluntate patris, quod eo longe sit inferior, extitisse. Verum absit a nobis ut hoc ita se habere credamus. Nam quod ex humano quaedam affectu ab illo pronuntiata sunt, ad veritatem incarnationis et perfectam humanae naturae conditionem demonstrandam pertinent, suis ut omnibus numeris absolutam nobis salutem afferret, neve dum alia pro aliis animo concipimus, a veritate longius aberraremus.

Κεφ. ξβ'. Περὶ δὲ τοῦ ὑπὸ ἀγγέλων αὐτὸν θεωρηθῆναι ἐνισχυόμενον, καὶ τί τούτου κυριώτερον; τί δὲ τούτου ἀναγκαιότερον; ἰδοὺ γὰρ εὑρήκαμεν πληρούμενον τὸ ῥητὸν τῆς μεγάλης ᾠδῆς, τῆς παρὰ Μωϋσεῖ γεγραμμένης, ὅπου λέγει, Προσδοκάσθω ὡς ὑετὸς τὸ ἀπόφθεγμά μου. Καὶ μετ' οὐ πολλὰ εἰπὼν πάλιν φησὶ, Προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες [1] υἱοὶ θεοῦ, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ [2] πάντες ἄγγελοι θεοῦ· οὐχ ἵνα δῶσιν αὐτῷ ἰσχὺν οἱ ἄγγελοι (οὐ γὰρ ἐπεδέετο τῆς τῶν ἀγγέλων ἐνισχύσεως), ἀλλ' ἐνισχύσωσιν αὐτῷ, τουτέστιν ἀποδόντες αὐτῷ τὸ ἴδιον τῆς ἰσχύος αὐτοῦ ὁμολογήσαντες. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀσθενεῖς ὄντες πολλάκις θεὸν ηὐλογήσαμεν, πολλάκις θεὸν ἐνισχύσαμεν, οὐχ ὅτι θεὸς ἐπιδέεται τῆς ἡμῶν εὐλογίας, ἀλλ' ὁμολογοῦντες αὐτοῦ τὸ τῆς εὐλογίας κράτος, καὶ διὰ λεπτολογίας ἐροῦμεν, Σή ἐστιν ἡ δύναμις, σὸν τὸ κράτος, σή ἐστιν ἡ τιμὴ, σή ἐστιν ἡ δόξα, σή ἐστιν ἡ εὐλογία, σή ἐστιν ἡ ἰσχὺς, σή ἐστιν ἡ δύναμις. Μὴ ἡμεῖς ἰσχὺν παρέχομεν τῷ θεῷ ἐὰν εἴπωμεν, Σή ἐστιν ἰσχὺς, σή ἐστιν ἡ δύναμις, σή ἐστιν ἡ εὐλογία; μὴ ἡμεῖς δύναμιν αὐτῷ δεδώκαμεν; μὴ ἡμεῖς τὸν θεὸν εὐλογήσαμεν; ἀλλ' ἐνισχύσαντες καὶ ἐνδυναμώσαντες θεοῦ τὴν δύναμιν ὡμολογήσαμεν, καὶ θεῷ τὴν ἰσχὺν ἀποδεδώκαμεν. Οὕτω καὶ ὁ ἄγγελος κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν θαυμάσας καὶ ἐκπληττόμενος τὴν ὑπερβολὴν
pag. 767. τῆς τοῦ ἰδίου δεσπότου φιλανθρωπίας, ὅτι θεὸς ὢν, καὶ σὺν πατρὶ προσκυνούμενος ἐν οὐρανῷ, καὶ θεραπευόμενος ὑπὸ ἰδίων ἀγγέλων αὐτοῦ, εἰς τοσοῦτον ὑπέμεινεν ἰδίᾳ βουλήσει ἑκουσίως ἐλθεῖν καὶ ἐνδύσασθαι σάρκα. Καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄχρι τοῦ παθεῖν ὑπὲρ τοῦ ἰδίου πλάσματος τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, ὑπομένει, [3] καὶ ἄχρι σταυροῦ παραδοθῆναι, γευσάμενός τε θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, ὅπως δι' αὐτοῦ τρόπαιον μὲν κατὰ τοῦ θανάτου ἡ ἀνθρωπότης λάβοι, καταργήσῃ δὲ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον, καὶ θριαμβεύσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν. Διὸ καὶ θαυμάζων καὶ ἐκπληττόμενος ὁ ἄγγελος ἔλεγεν αὐτῷ, δοξολογῶν καὶ εὐφημῶν τὸν ἴδιον δεσπότην ἐπὶ τῷ τοιούτῳ σκάμματι καὶ παραδοξοποιίᾳ ἑστῶτα, ὅτι, Σή ἐστιν ἡ προσκύνησις, σόν ἐστι τὸ κράτος, σή ἐστιν ἡ δύναμις, σή ἐστιν ἡ ἰσχὺς, ἵνα πληρώσῃ τὸ παρὰ Μωϋσεῖ γεγραμμένον, ὅτι, Ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ. Καὶ ὁρᾶτε, [4] Χριστοῦ θεράποντες καὶ υἱοὶ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως, ὅτι οὐδὲν ἐν τῇ θείᾳ [5] γραφῇ σκολιὸν, οὐδὲ στραγγαλιῶδες, ἀλλὰ τὰ πάντα θαυμασίως εἰς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν γέγραπται, καὶ τετελείωται. Οἱ δὲ προειρημένοι ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ πρὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα, πάντα ὡς ἐχθροὶ διανοοῦνταί τε καὶ σοφίζονται. Ἡμῖν δὲ μὴ γένοιτο [6] ἀνθρωπίνοις σοφίσμασι προσανέχειν, ἀλλ'

Cap. LXII. — 1. υἱοῦ *vitium est ed. Petav.* 2. πάντες *non habet cod. Rhedig.* 3. δὲ *cod. Rhedig.*

Quod autem ab angelis confirmatus visus est, quid maioris momenti, quidve necessarium magis illo ipso fieri potuit? Hoc enim modo illud ex magno Moysis cantico completum videmus, *Expectetur ut pluvia eloquium meum.* Tum interiectis plerisque, *Adorent*, inquit, *ipsum omnes filii dei, et confortent ipsum omnes angeli dei.* Non ut fortitudinem illi ac robur adiiciant. Neque enim illorum confirmatione opus habebat, sed confortent, inquit, ipsum, hoc est, reddant ei vim suam ac fortitudinem acceptam illi referant. Nam et nos infirmi et imbecilles deo saepe numero benedicimus, saepe illi robur tribuimus. Non quod benedictione nostra deus indigeat, sed ut expressam illa benedictione potestatem inesse in illo confiteamur. Hinc singillatim ita praedicamus: *Tua est virtus, tua potentia, tuus est honor, tua est gloria, tua est benedictio, tua est fortitudo, tua est vis.* Num igitur deo fortitudinem tribuimus, cum ita dicimus: *Tua est fortitudo, tua est virtus, tua est benedictio?* Num virtutem nos illi conferimus? num deo benedicimus? Sed nimirum commemorando illa robore ac fortitudine divinam vim praedicando confitemur, ac deo fortitudinem adscribimus. Eodem igitur modo angelus per illud tempus excellentem domini sui adversus homines benignitatem admirans, et obstupescens, quod cum deus esset, et cum patre adoraretur in coelo, atque ab angelis suis observaretur, eo usque abiicere se sua sponte voluisset, ut ad haec descenderet, ac carnem indueret; neque hoc tantum, sed vel opificii sui caussa, hoc est hominis, cruciatus perpeti et in cruce suffigi non dubitaret, ac mortem degustaret, *mortem autem crucis*, ut per ipsum homo trophaeum de morte statueret, *eumque qui mortis imperium obtinebat, diabolum videlicet, aboleret, ac principatum omnem et potestatem velut in triumpho traduceret.* Quare angelus ille admiratione ac stupore perculsus, et dominum suum collaudans ac praedicans, qui in tali scammate et ad tam inusitatum opus, velut in procinctu steterat, sic illum compellat: *Tua est adoratio, tuum imperium, tua virtus, tua fortitudo*, ut quod a Moyse scriptum est impleret, *Confortent ipsum omnes angeli dei.* Videte itaque Christi famuli, ac sanctae dei ecclesiae, et orthodoxae religionis filii, quam nihil in scriptura perplexum ac flexuosum sit: sed omnia ad nostram salutem scripta sint admirabiliter et perfecte. At isti unici dei filii et sancti spiritus inimici nihil non hostili animo cogitant, callideque moliuntur. Absit vero ut nos animum commentis hominum adhibeamus; quin potius dominum nostrum firmata corro-

Cap. LXII. Deut. 32, 2. Ibid. 43. 1. Par. 29, 11. Philipp. 2, 8. Hebr. 2, 14. Col. 2, 15. 1. Paral. 29, 11.

4. Ϩεοῦ cod. Rhedig. Ien. legere ita aliquis possit.
5. στραφῇ cod. Rhedig. Et in cod. 6. τὸ ἀνϨρωπίνοις cod. Rhedig.

ἔχειν τὸν ἑαυτῶν νοῦν ἐῤῥωμένον, ὅπως τὸν μὲν ἡμῶν δεσπότην δοξάσωμεν, μηδὲν δέ τι ἠλαττωμένον ἐν αὐτῷ διανοηθῶμεν. Εἰ γὰρ ὁ τὰ πάντα ἐλθὼν σῶσαι ἔχει ἐλαττώματός τι ἐν [7] αὐτῷ, πῶς σωθήσεται ἡ κτίσις ἀπὸ τῶν ἰδίων ἐλαττωμάτων;

Κεφ. ξγ΄. Πάλιν δὲ ἐπιλαμβάνονται ὥσπερ ἀντίδικοι (καὶ γάρ εἰσι Ἰουδαϊκῷ φρονήματι ἐγκείμενοι, καὶ μηδὲν ἐκείνων διαλλάττοντες, πλὴν τοῦ ὀνόματος μόνον), οἱ πάλιν ἡμῖν ἐπιφύοντες νέοι Ἰουδαῖοι, ζητοῦντες κατὰ τοῦ σωτῆρος λέξεις τινὰς, ὅπως παγιδεύσωσιν αὐτὸν ἐν λόγῳ, καθὼς ἔφη τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καί φασι, Ἔλεγεν ἐν τῷ σταυρῷ, Ἠλὶ, ἠλὶ, [1] λημᾶ σαβαχθανὶ, τουτέστι Θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; καὶ ὁρᾷς, φασὶν, οἰκτρῶς αὐτὸν παρακαλοῦντα καὶ ἀποδυρόμενον, καὶ λέγοντα, Ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; καὶ οὐκ ἴσασιν οἱ ἀπὸ
pag. 788. τοῦ δηλητηρίου τούτου τῆς τοῦ Ἀρείου [2] μανίας καρηβαροῦντες, καὶ τῇ διανοίᾳ τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως λειπόμενοι, ὅτι δεῖ τὰ ἀνθρωποπαθῆ πάντα ἐν τῷ κυρίῳ ὁμολογεῖσθαι ἐν τῇ ἐνσάρκῳ αὐτοῦ ἀληθινῇ παρουσίᾳ. Καὶ πρῶτον μὲν τὰ περὶ αὐτοῦ ὡς φρονοῦσιν, ἀπὸ ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταπηδῶντες ἐπιλανθάνονται, μίαν μὴ ἔχοντες κατάστασιν. Πῶς γὰρ δύνανται οἱ τῇ διανοίᾳ μὴ σωφρονοῦντες; ποτὲ μὲν γὰρ λέγειν σωτῆρα βούλονται αὐτὸν καὶ κύριον καὶ Χριστὸν, καὶ πρὸ πάντων αἰώνων, καὶ δεσπότην ἀγγέλων, καὶ ἀρχαγγέλων, δι' οὗ τὰ ὅλα γεγένηται, Ἀρχαί τε καὶ Ἐξουσίαι, ἄγγελοί τε καὶ ἀρχάγγελοι, οὐρανοὶ, καὶ τὰ πάντα, γῆ τε καὶ πάντες ἄνθρωποι, καὶ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς, θάλασσά τε καὶ τὰ ἐν αὐτῇ· καὶ ὢ πολλῆς ἠλιθιότητος τῶν τὰ τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ δοξαζόντων, καὶ ἐνταῦθα μὴ νοούντων ὅτι οὐ δύναται ὁ πρὸ τῶν αἰώνων κατὰ τὴν αὐτοῦ θεότητα, δι' οὗ ὁ οὐρανὸς καὶ γῆ γεγένηται, ἄγγελοί τε καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ ἁπαξαπλῶς τὰ σύμπαντα, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, ταύτην τὴν φωνὴν ἐκ προσώπου τῆς αὐτοῦ θεότητος λέγειν, Θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; πότε γὰρ ἐγκατελείφθη υἱὸς ἀπὸ πατρὸς, πότε δὲ οὐχ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν υἱῷ; ἐπὶ γῆς μὲν γὰρ ὁ υἱὸς καὶ ὁ θεὸς λόγος βεβήκει, οὐρανοῦ δὲ ἥπτετο, καὶ πάντες ἐχθροὶ ἐπληροῦντο τῆς αὐτοῦ δόξης. Καὶ ἐν Μαρίᾳ ἐτύγχανε, καὶ ἄνθρωπος ἐγένετο, ἀλλὰ τῇ δυνάμει αὐτοῦ ἐπλήρου τὰ σύμπαντα. Πῶς οὖν ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος κατὰ τὴν αὐτοῦ θεότητα οἰκτρῶς ἔλεγεν, Ἠλὶ, ἠλὶ [3] λημᾶ σαβαχθανὶ, τουτέστι Θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; καί τοι αὐτοῦ λέγοντος, Πάλιν ἀπέρχομαι, καὶ οὐκ ἀφίω ὑμᾶς ὀρφανοὺς, ἀλλ' ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Καὶ πάλιν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πάντες

7. αὐτῷ codd. mss. ἑαυτῷ editi.

Cap. LXIII. — 1. λημᾶς ἀβαχθανὶ (ἀναχθανὶ cod. Rhedig.) codd. mss. λημᾶ σαβαχθάνι ed. Petav.

2. μανείας codd. mss. et ed. princ.

3. λημᾶς ἀβαχθανὶ (ἀναχθανὶ cod. Rhedig.) codd. mss.

boratque mente celebremus, nec in eo mancum aliquid esse suspicemur. Nam si is, qui ad repraesentandum omnium salutem advenit, vel minimum in se defectum habet, quinam a suis defectibus vindicari creatura poterit?

Sed instant adversariorum more (nam revera Iudaicis opinionibus imbuti sunt, nec ab illis praeterquam appellatione dissident); Cap. LXIII.
novi, inquam, isti Iudaei contra catholicos insurgentes, et adversus salvatorem quaedam verba meditantes, *ut ipsum sermonum suorum laqueis irretiant*, ut in evangelio scriptum est, illud ipsum nobis obiiciunt: Dixit pendens in cruce Christus, *Eli eli, lemma sabacthani*, hoc est, *Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti?* Vides, inquiunt, ut miserabiliter imploret ac lugeat, et dicat, *Quare me dereliquisti?* Neque hoc animo percipiunt, homines virulenta hac Arii insania, velut quadam crapula, gravati, ac dei cognitionis expertes, humanos omnes affectus in Christo domino agnoscendos in vera illius incarnatione ac confitendos esse. Atque inprimis ab uno in aliud desultorio more transeuntes, quid de eo sentiendum decreverint obliviscuntur, nec in uno statu consistunt. Neque enim aliter facere possunt qui mente desipiunt. Igitur nonnunquam salvatorem hunc asserunt, et dominum, ac Christum, omnibusque superiorem seculis, et angelorum atque archangelorum dominum, per quem omnia condita sunt, principatus scilicet et Potestates, angeli et archangeli, coeli, et quae in iis sunt universa, necnon et terra, cum omnibus hominibus, iisque quae in terra sunt, ac denique mare, et quae mari continentur. O incredibilem eorum stultitiam! qui cum ita de illo sentiant, in altero non vident fieri non posse ut qui divinitate sua secula antecedat omnia, qui coelum, terramque fabricarit, et angelos atque archangelos, et ut uno verbo dicam, omnia tam quae aspectabilia sunt quam quae aspectum fugiunt, is ut, inquam, eiusmodi vocem ex persona suae divinitatis ediderit, *Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me?* Quandonam enim a patre derelictus est filius? aut quando non in patre filius extitit, et pater in filio? Etenim cum ille ipse filius ac deus verbum in terra consisteret, coelum interim attingebat, et inimicos omnes gloriae suae splendore complebat. Et in Mariae quidam utero conclusus erat, ac naturam hominis induebat, sed virtute sua replebat universa. Potuitne talis ac tantus haec ex divinitatis persona tam lugubria dicere? *Eli, eli, lemma sabacthani.* Hoc est, *Deus meus, deus meus, quare dereliquisti me?* Praesertim cum ille ipse dixisset, *Iterum vado, et non relinquam vos orphanos, sed venio ad vos.* Tum alio loco, *Amen dico vobis, omnes vos scandalum*

Matth. 22, 15.
Matth. 27, 47.
Ioann. 14, 18.
Matth. 26, 31.
et Ioann. 16, 32.

ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἐν ἐμοὶ, καὶ καταλείψετέ με πάντες μόνον, ἀλλ' οὐκ εἰμι μόνος, ἀλλ' ἔστι μετ' ἐμοῦ ὁ γεννήσας με πατήρ. [4] Καὶ πάλιν Ἀπέρχομαι, καὶ ἀποστελῶ ὑμῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τὸ ἐμοῦ λαμβάνον. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ τόπῳ, Ἐγὼ κρούω, καὶ ἐάν τίς μοι ἀνοίξῃ, εἰςελευσόμεθα πρὸς αὐτὸν ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου, καὶ μονὴν ποιήσομεν παρ' pag. 789. αὐτῷ, ὡς αὐτοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς μὴ ἐγκαταλιμπανομένου, ὡς καὶ ὁ πατὴρ ἀεὶ σὺν τῷ υἱῷ, ὡς τοῦ ἁγίου πνεύματος σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ.

Κεφ. ξδ'. Τί οὖν, φασὶν, ἔστιν ὁ λόγος οὗτος ὃν εἶπεν ὅτι, Θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; τίνι δὲ οὐ σαφὲς εἴη ὅτι ἀπὸ προσώπου τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως ἀνθρωποπαθῶς προβάλλεται τὸ ῥῆμα; Ἡ γὰρ αὐτοῦ ἐνανθρώπησις οὐ κατ' ἰδίαν τις οὖσα· οὐ γὰρ ἀποκεχωρισμένης τῆς θεότητος, καὶ χωρὶς οὔσης τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἔλεγεν, ὡς ἄλλου καὶ ἄλλου, ἀλλὰ συνηνωμένης τῆς ἐνανθρωπήσεως τῇ θεότητι, μιᾶς οὔσης ἁγιαστίας, καὶ ἤδη ἐν αὐτῇ τὰ τελειότατα ἐπισταμένης, οἷα δὴ ἐν θεῷ [1] συνηνωμένη καὶ εἰς μίαν θεότητα συνημμένη, [2] ὁρῶσα ἤδη τὴν θεότητα σὺν τῇ ψυχῇ κινουμένην ἐπὶ τὸ καταλεῖψαι τὸ ἅγιον σῶμα ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοῦ κυριακοῦ ἀνθρώπου, τουτέστι τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως. Ἤμελλε γὰρ ἡ θεότης τελειοῦν τὰ πάντα, τὰ κατὰ τὸ μυστήριον τοῦ πάθους, καὶ σὺν τῇ ψυχῇ κατελθεῖν ἐπὶ τὰ καταχθόνια ἐπὶ τὸ ἐργάσασθαι τὴν ἐκεῖ τῶν προκεκοιμημένων σωτηρίαν, φημὶ δὲ ἁγίων πατριαρχῶν. Ὡς οὖν ἡ κίνησις οὕτως ἐγένετο, ἀπὸ προσώπου τῆς ἐνανθρωπήσεως ἡ φωνὴ ἔλεγεν αὐτῇ τῇ ἰδίᾳ θεότητι, Θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; Ἀλλ' ἔδει τοῦτο γενέσθαι ἵνα πληρωθῶσι δι' αὐτοῦ αἱ θεῖαι γραφαὶ διὰ τῶν ἰδίων αὐτοῦ προφητῶν περὶ αὐτοῦ [3] προκεκηρυγμέναι· ἵνα πληρώσῃ καὶ τὰ κατὰ τοῦ ᾅδου ἐν τῇ ἰδέᾳ τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τὸν ᾅδην· ἵνα ὁ ἄρχων ὁ ᾅδης, καὶ ὁ θάνατος, χειρώσασθαι ἄνθρωπον θελήσας κατὰ ἄγνοιαν, [4] ἀναγνῷεν τῇ ἐν τῇ ψυχῇ τῇ ἁγίᾳ θεότητι καὶ μᾶλλον αὐτὸν τὸν ᾅδην χειρωθῆναι, καὶ τὸν θάνατον καταλυθῆναι, καὶ πληρωθῆναι τὸ εἰρημένον, Οὐκ ἐάσεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Οὔτε γὰρ κατέλιπεν ὁ ἅγιος θεὸς λόγος τὴν ψυχὴν, οὔτε [5] ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν ᾅδῃ. Πάντα γὰρ οἰκονομεῖ τὰ τῆς τοιαύτης μεγάλης μυσταγωγίας ἡ τριὰς ἀπαραλείπτως, ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, τοῦ μὲν υἱοῦ ἐνσάρκου, τοῦ δὲ πατρὸς ἀσωμάτου ὑπάρχοντος, [6] εὐδοκίᾳ δὲ ἰδίᾳ καὶ

4. *Verba* καὶ πάλιν - - - λαμβάνον *bis leguntur in cod. Rhedig.*

Cap. LXIV. — 1. συνηνωμένη *ed. pr.* „*Leg.* συνηνωμένου *et* συνημμένη". *Petav.*

2. ὁρῶσα δὲ ἤδη *coniec. Petav.*

3. προκεκηρυγμένα *ed. Petav.*

4. *Ita correxi hunc locum, qui, ut vulgo legebatur et distinguebatur, nullam plane praebebat sententiam. Habent enim libri omnes* θελήσας, κατὰ ἄγνοιαν ἀγνοῶν τὴν ἐν τῇ ψυχῇ τῇ ἁγίᾳ θεότητι, καὶ

*patemini hac nocte in me, et relinquetis me solum: ego autem non sum solus, sed est mecum qui genuit me pater.* Item, *Vado, et mittam vobis spiritum sanctum, qui a patre procedit, et de meo accipit.* Item alibi, *Ego pulso et si quis aperuerit mihi, ingrediemur ad ipsum ego, et pater meus, et mansionem apud illum faciemus,* ut hoc intelligamus, nusquam illum a patre deseri, quemadmodum et pater cum filio, et cum utroque perpetuo spiritus sanctus est.

Ioann. 15, 26.

Apoc. 3, 20. et Ioann. 14, 23.

Cap. LXIV.

Quid igitur, inquiunt, tandem sibi vult vox illius ista, *Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti?* Et quis non videt ex hominis persona atque humano more et affectu usurpatum hunc esse sermonem? Humana quippe Christi natura minime separata per sese est. Neque enim velut ex persona seorsim existentis divinitatis aut humanitatis ista dicebat, quasi aliud et aliud quiddam ambo forent, sed sic tanquam cum divinitate coniuncta esset hominis natura, adeo ut una utriusque sanctitudo foret, ipsaque hominis natura in divinitate perfectissima quaeque cognosceret, utpote cum deo copulata, et in unam consociata divinitatem. Quae cum hanc ipsam divinitatem cum anima velut in procinctu quodam esse videret, ut sanctissimum corpus relinqueret, ex dominici hominis persona, hoc est humanae naturae a verbo susceptae; quippe divinitas omnia quae ad passionis mysterium attinebant perficere decreverat, et ad inferos cum anima descendere, ut eos qui antea mortui erant, hoc est sanctos patriarchas in salutem assereret: cum igitur ista iam agitarentur, ex humanae naturae persona vox ad coniunctam divinitatem illa est edita, *Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti?* Hoc autem idcirco fieri debuit, ut divinarum ab illo scripturarum implerentur oracula, quae ab eius prophetis de ipso pronuntiata fuerant, quo sub hominis specie ad inferos descendens quae illic erant obeunda praestaret, atque ut dum inferorum princeps et mors captivum hominem detinere volunt, et coniunctam cum anima divinitatem ignorant, tum ipsi potius inferi caperentur, ac mortis dominatus everteretur, et impleretur quod scriptum est, *Non relinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Nam neque dei verbum animam destituit, nec illius anima apud inferos est relicta. Ceterum haec omnia, quae ad ingens illud mysterium spectant, sacrosancta trinitas universa molita est, pater et filius et spiritus sanctus. Ex quibus filius carne praeditus, pater corporis

Matth. 27, 46.

Psalm. 15, 10.

μᾶλλον *cett. Petavius* θεότητα *pro* θεότητι *reponendum, sed mancam esse orationem suspicatus est.*

5. ἐνεκαταλείφθη *codd. mss. uterque, et ed. princ.*

6. *Cornarius haec ita translulit:* quum

*βουλήσει πνεύματος ἁγίου τοῦ ἀσωμάτου, υἱοῦ δὲ ἐνσωμάτου γενομένου, ἀλλὰ ἀτρέπτου.* pag. 790. *Τὰ δὲ ὅλα ἀπὸ τῆς τριάδος ᾠκονομεῖτο σωτήρια τοῖς ἀνθρώποις.*

Κεφ. ξε΄. *Διὰ τοῦτο πάλιν ἐν ἑτέρῳ φησὶ, ἐπειδὴ εἶπεν, Ἵνα τί ἐγκατέλιπές με, [1] ὧδε. Λέγει, Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλείπω. Ἔδει γὰρ γενέσθαι τὸ τριήμερον σῶμα ἐν τῷ μνήματι, ἵνα πληρωθῇ τὸ εἰρημένον, Καὶ ἐγενόμην ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος· καὶ, Ἀπέρριψάν με τὸν ἀγαπητὸν, ὡςεὶ νεκρὸν ἐβδελυγμένον· καὶ ἵνα πληρωθῇ, Οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν· ἵνα δείξῃ τὸ ὅσιον διὰ τοῦ σώματος, καὶ ἵνα δείξῃ μήτε ψυχὴν ἐγκαταλειφθεῖσαν ἐν ᾅδῃ. Ἐν αὐτῇ γὰρ διὰ τῆς κατακωχῆς ἐν τῷ ᾅδῃ ἦν ὁ θεὸς λόγος, ἵνα πληρώσῃ τὸ εἰρημένον παρὰ τῶν ἀποστόλων, Ἀδύνατον γὰρ ἦν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ᾅδου. Καὶ τίνος ἕνεκα τὸ ἀδύνατον λέγει, ἀλλ' ὅτι ἔσπευδε μὲν ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης κατασχεῖν ψυχὴν, ἀδύνατον δὲ ἦν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ κατασχεθῆναι διὰ τὴν θεότητα; εἰ δὲ ἀδύνατον ἦν κατασχεθῆναι διὰ τὴν θεότητα, πῶς ἄρα ἐκ προςώπου τῆς αὐτοῦ θεότητος ἠδύνατο ῥηθῆναι τὸ, Θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; Ἀλλ' οὗτος ἐκ προςώπου τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως ἀνθρωποπαθῶς ἐδείκνυτο ὁ λόγος, ἵνα μάθωμεν ἀληθινῶς εἶναι τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν, καὶ οὐ δοκήσει ἢ φαντασίᾳ παρ' αὐτοῦ οἰκονομηθεῖσαν. Ἀνέστη δὲ ἀπὸ τῆς γῆς ποῖον, ἀλλ' ἢ τὸ κοιμηθέν; Ἀνέστη γὰρ, φησὶ, οὐκ ἔστιν ὧδε. Τί δὲ τὸ ἀναστὰν, ἀλλ' ἢ τὸ σῶμα; σῶμα δὲ ἄρα τὸ ἐν τῷ μνήματι, καὶ ἡ ψυχὴ δὲ συνανῆλθε τῷ θεῷ λόγῳ. Καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐπλήρου τὴν τελείαν ἀνάστασιν ἐν τῇ αὐτοῦ θεότητι, ἐν τῇ αὐτῇ ψυχῇ, ἐν τῷ αὐτῷ ἁγίῳ σώματι, συνενώσας λοιπὸν τὴν πᾶσαν οἰκονομίαν εἰς μίαν ἕνωσιν πνευματικὴν, εἰς μίαν ἕνωσιν θεότητος, εἰς μίαν οἰκονομίαν, εἰς μίαν τελειότητα. Ὡς λέγει ἐν τῷ Ϙβ΄ ψαλμῷ, Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· ἵνα δείξῃ τὴν εἴςοδον τοῦ θεοῦ λόγου, ἀπὸ τῶν ἐπουρανίων εἰς τὸν κόσμον ἐνδυομένην εὐπρέπειαν, τουτέστι τὴν σάρκα, τὴν ἀπὸ παρθένου γεγεννημένην. Ἐπειδὴ γὰρ ἐδόκει εὐτελής τις τοῖς ὁρῶσιν ἀπίστοις, αὐτῷ [2] δὲ εὐπρέπεια λογιζομένη, ἵνα δείξῃ τὸ αὐτοῦ ἰσχυρὸν διὰ τῆς δοκούσης ἀσθενείας τῆς σαρκὸς, καταργοῦν τὸν τὸ* pag. 791. *κράτος ἔχοντα, τῆς ἁμαρτίας [3] λύσας, τουτέστι τὸν θάνατον, τὴν πᾶσαν οἰκονομίαν τῆς σωτηρίας [4] ἡμῶν εὐπρεπῶς ποιήσας, καὶ τὴν φθο-*

filius quidem sit in carne, pater vero incorporeus, et spiritus sanctus incorporeus, filius autem corporeus factus sit, sed immutabilis, per bonam et propriam suam voluntatem.

Cap. LXV. — 1. ὁ δὲ *codd. mss.*

2. τὲ *est vitiose exaratum in ed. Petav. Colon. repet.*

3. *Vocem* λύσας *uncinis inclusit Petavius, sed deesse aliquid suspicatus, ut adnotavit in marg. Mihi haec verba loco suo mota ac turbata potius esse videntur*

expers, filius vero sponte sua, ac de sancti spiritus carentis corpore voluntate corpus induit, ita tamen ut immutabile permaneret. Atque haec omnia sancta trinitas ad humani salutem generis administravit.

Quocirca cum dixisset, *Quare me dereliquisti?* sic in alio loco dixit, *Non te deseram, neque te derelinquam.* Etenim triduo corpus in sepulchro iacere debuit, ut illud vaticinium impleretur, *Et factus sum inter mortuos liber*, et, *Proiecerunt me dilectum tanquam cadaver abominandum*, tum illud, *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*, ut sub sancti nomine corpus exprimat, animamque doceat ne apud inferos quidem destitutam, in qua, cum in illo loco detineretur, dei verbum inerat, ut quod ab apostolis dictum est reipsa perficeretur: *Impossibile enim erat detinere illum ab inferis.* Quid est quod impossibile fuisse narrat, nisi quod et mors et inferi illius animam detinere studerent, fieri tamen ob divinitatem non potuit ut ab illis coerceretur? Iam vero si ob divinitatem ipsam contineri anima non potuit, quinam ex persona divinitatis usurpatum illud est, *Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti?* Restat igitur ut ex humanae naturae persona et affectu quodam humano dictum illud videatur, ut incarnationem non specie duntaxat adumbratam, sed reipsa vereque administratam fuisse discamus. Ecquid porro, praeter id quod somno mortis sopitum fuerat, e terra surrexit? *Surrexit enim*, inquit, *non est hic.* Quidnam illud surrexisse dicitur nisi corpus, et quidem illud ipsum corpus quod in sepulchro iacuit? Anima porro cum divino verbo pariter ab inferis emersit. Secundum quae consociatis in unum omnibus perfectam numeris omnibus resurrectionem implevit, eadem divinitate, eadem anima, eodemque sanctissimo corpore constantem, et totum illud incarnationis mysterium in unam spiritalem coniunctionem, et in unam divinitatis copulationem, atque in unam administrationem perfectionemque conflavit. Quo illud e psalmo XCII. pertinet, *Dominus regnavit, decorem indutus est;* ut divini verbi in terras ingressum e coelo quodam ornatum decore significaret, hoc est carnem de Maria virgine susceptam. Quae quidem cum infidelium oculis vilis atque abiecta videretur, divinum tamen verbum pro decore et ornamento illam habuit, ut ea re vim suam ac potestatem ostenderet, quae per externam illam carnis imbecillitatem mortem aboleret, quae peccati dominatum atque imperium obtinebat, ac quicquid ad salutem no-

Cap. LXV. Hebr. 13, 5. Psalm. 87, 6. Psalm. 15, 10. et Act. 2, 27. Act. 2, 24. Matth. 27, 46. Marc. 16, 6. Psalm. 92, 1.

*quam manca aut corrupta. Corrigo igitur* ἔχοντα, τουτέστι τὸν θάνατον, τῆς ἁμαρτίας λύσας, τὴν πᾶσαν *cett.*

4. ὑμῶν *vitium est ed. Petav. Colon. repet.*

ρὰν ἀφανίσας, καὶ τὴν κατάραν ἐξαλείψας, καὶ τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, καὶ τὴν πρὸς τὸν ᾅδην διαθήκην λύσας, καὶ πάντα οἰκονομήσας ἀνθρώποις εἰς σωτηρίαν. Εὐθὺς γὰρ μετὰ τὸ εἰπεῖν, Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, προστίθησι πάλιν καὶ δευτεροῖ λέγων, Ἐνεδύσατο κύριος δύναμιν, καὶ περιεζώσατο· ἵνα δείξῃ τὸ πρῶτον ἔνδυμα ἀπὸ Μαρίας, τὴν δὲ ἐπιδευτερουμένην πάλιν ἔνδυσιν ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Καὶ γὰρ πρωτότοκός ἐστιν ἐκ τῶν νεκρῶν, ὡς εἶπεν ἡ θεία γραφή. Διὰ τοῦτο προστίθησι ταύτῃ τῇ δευτέρᾳ ἐνδύσει περισσοτέραν τινὰ ἀσφάλειαν, λέγων, Ἐνεδύσατο κύριος δύναμιν, καὶ περιεζώσατο.

Κεφ. ξϛʹ. Ὥςπερ γὰρ ὁ ἐπὶ τῇ ὀσφύϊ διαζωννύμενος ἐπισφίγγει τὸ ἔνδυμα ἐπὶ τὴν ὀσφὺν, περισσότερον στερεῶν τὸ εἶδος, καὶ συνενῶν τῷ χρωτὶ τῷ ἰδίῳ, οὕτω τὸ πρῶτον εὐπρέπειαν διὰ τὴν ἔνσαρκον ἐνταῦθα ἐνδημίαν, τὸ δὲ δεύτερον, φησὶ, δύναμιν ἐνεδύσατο, ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν· οὐκέτι εἰς πάθος ἡ ἐνανθρώπησις αὐτοῦ ἔρχεται, οὐκέτι εἰς μάστιγας, οὐκέτι σταυροῦται, ὡς εἶπε περὶ αὐτοῦ ὁ ἀπόστολος, Ἀνέστη, οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. Διὰ τοῦτο φησὶ τὸ, Διεζώσατο, συνενώσας τὴν αὐτοῦ σάρκα εἰς μίαν θεότητα, εἰς μίαν ἑνότητα, εἰς πνεῦμα τὸ θεϊκὸν καὶ σωματικὸν, εἰς ἓν πνευματικὸν τελούμενον καὶ μὴ [1]ἔχον διάλυσιν, ὡς εἰςῆλθε λοιπὸν θυρῶν κεκλεισμένων, τὸ παχυμερὲς, λεπτομερὲς, τὸ παθητὸν, ἀπαθὲς, ἐν σαρκὶ πεπονθὼς, μένων δὲ ἐν ἀπαθείᾳ, καίπερ μετὰ τὸ εἰςελθεῖν δεικνύων ὀστέα καὶ σάρκα, τύπον λόγχης, καὶ τύπον ἥλων, ψηλαφώμενος ὑπὸ τοῦ Θωμᾶ, ὁρώμενος ὑπὸ τῶν μαθητῶν· εἰςερχόμενος δὲ θυρῶν κεκλεισμένων, ἵνα δείξῃ ὅτι εἰς μίαν ἕνωσιν πνευματικὴν τὸ πᾶν ᾠκονόμησε τῆς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους σωτηρίας. Καὶ τί μοι περὶ τὸν τοσοῦτον λόγον κατατρίβεσθαι; πολλάκις γὰρ τὰ αὐτὰ λέγειν ἡμῖν μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, τοῖς δὲ ἐντυγχάνουσιν ἀσφαλείας χάριν φροντίσαντες πολλάκις διηγησάμεθα, ἵν' ὅπως διαπεράσαντες τὴν τοῦ Ἀρείου θηριοβολίαν τῶν φρονημάτων τε καὶ λόγων καὶ [2]διανοημάτων,
pag. 792. ἱκανῶς δὲ περὶ ταύτης τῆς λέξεως ὡσαύτως διαλαβόντες, ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν· ἵνα πανταχόθεν τὰ πλεῖστα τὰ τῇ διανοίᾳ ἡμῶν ὑπὸ τῆς ἐκείνων ἐρεσχελίας ὑποπίπτοντα σαφηνίσαντες δείξωμεν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, ἢ καὶ πλειόνων, ὅτι [3]πάντα ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ τῷ κεκτημένῳ πνεῦμα ἅγιον καὶ νοῦν ἐγρήγορον παρὰ κυρίου εἰληφότι οὐδὲν ἔστι σκολιὸν ὑπονοῆσαι, ἢ πάθους εἶδος εἰς τὸν πατέρα, ἢ εἰς τὸν υἱὸν, οὐδὲ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλὰ πάντα τελειότατα, οἰκονομικῶς δὲ εἰς ἑκάστην χρείαν καὶ ἐν ἑκάστῳ τόπῳ πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐν ἀληθείᾳ ἐν ταῖς

Cap. LXVI. — 1. ἔχον codd. mss. inepte, utpote in media enuntiatione, cauterque. Editi habent ἔχων.

2. Post voc. διανοημάτων, perquam caput clusit Petavius.

3. Repone πάντῃ.

stram spectabat, rite perficeret, et corruptelam extingueret, et exe-
crationem una cum *scripto adversus nos chirographo deleret*, et ini- Col. 2, 14.
tum foedus cum inferis dissolveret, omniaque ad hominum salutem
idonee accommodateque gubernaret. Etenim simulatque dixit, *Do-
minus regnavit, decorem indutus est*, subinde illud adiicit, *Induit do-
minus fortitudinem, et praecinxit se.* Ubi primum indumentum ex
Maria sumptum, posterius, ubi a mortuis excitatus est, accepisse
demonstrat. Est enim scriptura teste, *Primogenitus ex mortuis.* Col. 1, 28. et Apoc. 1, 5.
Propterea secundum hunc vestitum accuratius firmiusque communit
his verbis: *Induit dominus virtutem, et praecinxit se.*

Quemadmodum enim qui lumbos suos praecingit, vestem ad il- Cap. LXVI.
lam corporis partem diligentius adstringit, ut ad corpus suum arctius
adhaerescat. Ita Christus primum decorem induisse propter incar-
nationem dicitur, postea vero virtutem, cum videlicet a mortuis
surrexit; ita ut non iam ad cruciatus ferendos, aut verbera, vel
crucis supplicium humana illa natura descendat, ut de eo testatur
apostolus: *Surrexit; iam non moritur, mors illi ultra non domina-* Rom. 6, 9.
*bitur.* Ob id, inquit, *praecinxit se*, cum nimirum carnem suam
cum una divinitate sociavit, idque in unam singularemque perso-
nam, in spiritum divinum pariter et corporeum, in unum quiddam
spiritale perfectum, quod dissolvi ultra nequeat. Ita deinceps oc- Ioann. 20, 19.
clusis foribus ingressum est idem illud concretum simul ac subtile,
passioni obnoxium expersque passionis, in carne passum, et extra
omnem patiendi conditionem consistens, quamquam post ingressum
ossa carnemque monstraret, et lanceae clavorumque vestigia, imo
et a Thoma contrectaretur, et a discipulis cerneretur. Ceterum Ioann. 20.
occlusis foribus ingressus est, ut in unam spiritalem coniunctionem
utraque natura consociata omnem salutis humanae procurationem
susceptam a se monstraret. Verum quid tamdiu in ea oratione
conflictor? Eadem enim repetere saepius *nos quidem minime pigra-* Phil. 3, 1.
*mur*, idque in lectorum gratiam ad eos praemuniendos faciendum
duximus; quo illi virulentam ac pestiferam Arii doctrinam in omni-
bus illius sententiis orationibusque diffusam facilius evadant. Nunc
cum de isto capite satis multa verba fecerimus, ad alia transeamus.
Sic enim plerisque, quae memoriae meae occurrunt calumniose ab
illis obiecta, declaratis, ex paucis illis pluribusve palam illud facie-
mus, quaecumque in scripturis leguntur, apud eum quidem qui spi-
ritu sancto praeditus sit, quique vigilem et experrectam dei benefi-
cio mentem adeptus fuerit, perplexam nullam continere sententiam,
nec vel tenuissimum affectionis illius iudicare vestigium quod patri,
vel filio, vel spiritui sancto tribuatur; nam e contrario nihil non

θείαις γραφαῖς εἴρηται ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου καὶ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων καὶ τῶν ἁγίων προφητῶν τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀπεσταλμένων.

Κεφ. ξζ'. Καὶ γὰρ περὶ τούτου προεφήτευσε, φήσας κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεκτον, Ἠλὶ, ἠλὶ [1] λημᾶ σαβαχθανί· ὃ κατὰ ἀκολουθίαν ἐπλήρου ὁ κύριος ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τὰ εἰς αὐτὸν πεπροφητευμένα λέγων, Ἠλὶ, ἠλὶ, Ἑβραϊκῇ τῇ λέξει, ὡς ἦν προγεγραμμένον. Καὶ οὐκέτι Ἑβραϊκῇ, ἀλλὰ Συριακῇ, διαλέκτῳ τὸ συζυγοῦν ῥῆμα ἀποτελῶν ἔλεγε, [2] Λημᾶ σαβαχθανὶ, ἵνα τῇ ἀρχῇ μὲν χρήσηται ὡς ἦν περὶ αὐτοῦ γεγραμμένον, εἰς ἑτέραν δὲ γλῶσσαν τὸ [3] λεῖπον τῷ ῥητῷ τὴν διήγησιν [4] μεταβάλλοι, καὶ αὐτὸ ποιῶν δι' ἀγαθὴν οἰκονομίαν, εἰς τὸ ὁμολογεῖν τὸ ῥητὸν περὶ αὐτοῦ εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ προφήτου διὰ τοῦ Ἠλὶ, ἠλὶ, λέγειν, τὸ δὲ ὑπόλοιπον οὐκέτι Ἑβραϊκῇ λέξει, ἀλλὰ [5] Συριακῇ, ὅπως καθέλοι τῶν αὐχούντων τὴν Ἑβραΐδα, καὶ καταξιώσῃ καὶ ἑτέρας γλώσσας εἰς πλήρωσιν τῶν περὶ αὐτοῦ ῥητῶν. Ἔμελλε γὰρ ἤδη ἁπλοῦν τὴν [6] αὐτοῦ γνῶσιν ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ οὐκ ἐπὶ τοὺς Ἑβραίους μόνον· ὡς ἔχει ἡ πᾶσα αὕτη ἀκολουθία ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ Ψαλμῷ, ἀπὸ προσώπου τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας τὰ ἀνθρωποπαθῆ πάντα αὐτοῦ δηλοῦσα. Αὐτὸς δὲ ἐλθὼν ἐπλήρου, ὡς καὶ ἔστιν ἀκόλουθα ἐν ὅλῳ τῷ Ψαλμῷ εἰς τὴν τῆς ὑφηγήσεως ταύτης ἔνσαρκον παρουσίαν Χριστοῦ, τελειότατα τὸ διήγημα, ὥς φησι καὶ, Ἐμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου, καὶ, Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν
pag. 793. καὶ [7] ἐπεῖδόν με, καὶ ὅσα ἔστι τοιαῦτα λεγόμενα, ἃ οὐκ ἐνδέχεται πληροῦσθαι εἰς τὴν θεότητα, ἀλλ' ἐν σαρκὶ τῆς θεότητος οἰκονομούσης τὰ πάντα ἐν ἀπαθείᾳ καὶ ἐν ἀληθείᾳ.

Κεφ. ξη'. Ἀναπηδῶσι δὲ πάλιν, ὡς οἱ ἐμμανεῖς κύνες λύσσῃ τινὶ κατεχόμενοι, τὸν αὐτῶν δεσπότην διὰ τὴν λύσσαν ἀγνοοῦντες, καὶ αὐτῷ πρῶτον ἐπερχόμενοι. Καὶ λέγουσι πάλιν, ὅταν ἀκούσωσι παρ' ἡμῶν ὡς ἔστιν ἀληθὲς, ὡς τοῦ κυρίου λέγοντος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, Οὓς δέδωκάς μοι, πάτερ, ἐφύλαξα αὐτοὺς ἐν τῷ κόσμῳ· καὶ πάλιν, Ποίησον αὐτοὺς ἵνα ὦσιν ἐν ἐμοὶ, ὡς κἀγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, καὶ λέγουσιν, Ὁρᾷς τὸ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενον ὅτι, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, καὶ οἱ δύο ἕν ἐσμεν, ὅτι οὐ περὶ ἰσότητος λέγει, ἀλλὰ περὶ ὁμονοίας; πῶς γὰρ [1] ἠδύναντο οἱ μαθηταὶ

Cap. LXVII. — 1. λημᾶς (λεμᾶ ed. princ.) ἀβαχζανί libri scripti et ed. princ.
2. λημᾶ σαβαχζανί habent h. l. tam editi quam scripti libri.
3. λοιπὸν ed. Petav. Colon. repet.
4. μεταβάλλοι codd. mss. μεταβαλλόμενος editi libri, hac verborum vulgo distinctione γεγραμμένον. εἰς ἑτέραν – – τὸ λεῖπον, τῷ ῥητῷ τ. δ. μεταβαλλόμενος, καὶ αὐτὸ cett. τὴν διήγησιν accu-

illis perfectissime tam ab Christo domino quam ab apostolis ac prophetis ab eodem missis est dictum, sed ita tamen, ut pro cuiusque rei ac loci et argumenti opportunitate prudenter, atque ex veritate prolata sint universa.

Etenim de Christo vaticinans David Hebraica lingua dixerat, Cap. LXVII. *Eli, eli, lamma sabacthani.* Quod deinceps, ut erat praedictum, Psalm. 21, 1. in cruce dominus implevit, cum Hebraica lingua, *Eli, eli*, ex oraculi fide pronuntiavit. Cetera porro vocabula duo non Hebraice, sed Syriace subtexuit, *Lemma sabacthani.* Ita principio quidem eiusmodi usus est, quale de ipso fuerat scriptum; cetera aliena lingua subiecit, ac non nihil verba commutavit. Id quod singulari quadam est prudentia factum, ut cum *Eli, eli* diceret, prophetae illud vaticinium ad se pertinere profiteretur, cum vero quod reliquum est non Hebraice, sed Syriace conciperet, eorum fastum comprimeret qui se Hebraica lingua insolenter efferrent, et ad edita de se in sacris literis oracula complenda ceteras quoque linguas adhiberet. Instabat enim tempus illud quo sui notitiam per omnes nationes diffunderet, non cum Hebraeis modo communicaret, ut in toto fere vigesimi primi Psalmi contextu legitur. Ubi tanquam a suscepta hominis natura pronuntiata ad humanos affectus accommodata sunt omnia, quae quidem adveniens ipse complevit. Sunt illa vero, quae in eo Psalmo loquitur, quaeque ad Christi incarnationem pertinere dicimus, ad institutam a nobis disputationem inprimis opportuna; velut cum ait: *Diviserunt vestimenta mea*, et, *Foderunt* Psalm. 21, 17. 18. 19. *manus meas, et pedes meos*, item, *Ipsi vero consideraverunt, et inspexerunt me*, ac cetera id genus, quae in ipsa divinitate perfici nequeunt, sed in carne duntaxat, in qua divinitas omnia, nulla affectione suscepta, sed ex rei tamen veritate, praestitit.

Rursus velut furiosi quidam canes, neque dominum prae rabie Cap. XLVIII. amplius agnoscentes, et in ipsum primum impetum facientes, insiliunt. Cumque fatentibus nobis id quod res est audiunt, Christum dominum in evangelio de discipulis suis ista dixisse: *Quos dedisti* Ioann. 17, 12. *mihi pater, servavi illos in mundo:* deinde, *Fac ipsos, ut sint in me, sicut ego et tu unum sumus.* Tum illi nobis obiiciunt: Animadvertis cuiusmodi illa verba sint? *Ego*, inquit, *in patre, et pa-* Ioann. 14, 10. *ter in me, et ambo unum sumus.* Quae non de aequalitate naturae, sed de voluntatum concordia par est accipi. Quomodo enim disci-

*sativus est quem dicunt relativus, quem refer ad proxima* τὸ λεῖπον τῷ ῥητῷ.

5. συριακῇ *cod. Rhedig.*

6. αὐτοῦ *codd. mss. uterque.* αὐτῶν *editi. Cornarii versio recte* Expassurus enim erat iam sui cognitionem *cett.*

7. ἐπεῖδόν με (ἐπεῖδον[μ]) *codd.* ἐπεῖδόν μου *editi.*

Cap. LXVIII. — 1. ἠδύναντο *codd. mss.* ἠδύνανται *ed. princ. Petav.* δύνανται.

*ἐν αὐτῷ εἶναι κατὰ ἰσότητα, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὁμόνοιαν; καὶ εὐθὺς πάντη ἐλέγχει αὐτοὺς ἡ τοῦ θεοῦ ἀλήθεια, ὡς οὔτε οἱ μαθηταὶ ἠδύναντο τοῦτο πληροῦν, οὔτε περὶ αὐτῶν τοῦτο ῥηθῆναι, εἰ μὴ ἐκοινώνησε τῆς αὐτῶν σαρκὸς ἐλθὼν ὁ λόγος, καὶ συνάψας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ εἰς υἱοθεσίαν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ πάντη ἐν τῷ Ἄισματι τῶν ᾀσμάτων τὴν ἁγίαν αὐτοῦ ἐκκλησίαν πλησίον καλεῖ, προσφωνῶν αὐτῇ διὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ φωνῆς, τῆς ἀνεγερτικῆς καὶ προτρεπτικῆς λέγων τὸ, Ἀνάστα, ἐλθὲ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου. Καὶ ὁρᾷς ὡς πλησίον αὐτὴν καλεῖ; οὐκ ἠδύνατο δὲ ἡ ἐκκλησία πλησίον Χριστοῦ καλεῖσθαι, εἰ μὴ ἄνωθεν ἦλθε, καὶ ἐπλησίασεν αὐτῇ δι' ἧς ἔλαβε σαρκὸς ὁμοιοπαθοῦς, ἵνα τὴν πλησιάσασαν αὐτῷ ἀνθρωπότητα, συναγαγὼν τοὺς ἐν ὑπακοῇ γενομένους πλησίον [2] ἑαυτῷ, καλέσῃ τὴν ἁγίαν καὶ ἄσπιλον νύμφην. Καὶ διὰ τοῦτο ἐνταῦθα τὸν πατέρα αἰτεῖ ὁ λόγος, ὁ κύριος ἡμῶν, ὁ μονογενὴς, περὶ τῶν μαθητῶν ἵνα ὦσιν ἐν ἑαυτῷ, ἵνα τὴν συγγένειαν τὴν εἰς αὐτὸν διὰ τῆς σαρκὸς γενομένην, εὐδοκίᾳ πατρὸς ἁγιασθέντων τῶν μαθητῶν, εἰς ἑνότητα εὐδοκίας καὶ υἱοθεσίας συνάψῃ· ἵνα ἔχωσιν ἐν τῷ πρωτοτόκῳ τοῦ πατρὸς τὴν ἀπογραφὴν τῶν πρωτοτόκων ἐν οὐρανῷ, καὶ ἵνα μή τινες νομίσωσι τὸν υἱὸν [3] ἀπαλλοτριοῦσθαι τῆς τοῦ πατρὸς δόξης διὰ τὸ πεφορηκέναι σάρκα· ἐπασφαλιζόμενος τὴν πίστιν καὶ [4] τὴν τῆς ἀληθείας αὐτοῦ γνῶσιν, μὴ ἐν ὑπονοίᾳ τινὶ [5] γενέσθαι τῶν αὐτοῦ δούλων, καὶ τῆς*
pag. 791. *ἐλπίδος ἐκπέσοι ὁ τοιοῦτος, φησὶ, Ἵνα ὦσιν, ὡς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, οὕτω καὶ οὗτοι ἓν ὦσιν· ἐγὼ γὰρ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, διὰ τὸ θεὸν ἐκ θεοῦ καὶ ὁμοούσιον ἐν θεότητι. Καὶ τὸ, Ἕν ἐσμεν, οὐχ ἑνικὸν σημαίνει. Οὐκ εἶπε γὰρ ὅτι, Ἐγὼ εἷς εἰμι, ἀλλ', Ἐγὼ καὶ σύ· καὶ τὸ, Ἕν ἐσμεν, ἵνα ἐλέγξῃ Σαβέλλιον, καὶ τὴν αὐτοῦ σχολὴν, τὸν νομίζοντα τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα συναλιφὴν εἶναι, καὶ τὸν πατέρα πρὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα ὡσαύτως. Διὰ τοῦτο γὰρ λέγει, Ἕν ἐσμεν, καὶ οὐκ εἶπεν, Εἷς εἰμι. Δύο μὲν γὰρ τέλεια πατὴρ καὶ υἱὸς, ἓν δὲ διὰ τὴν ἰσότητα, διὰ τὴν θεότητα καὶ μίαν δύναμιν, καὶ μίαν ὁμοιότητα. Ἓν τῇ οὖν θεότητι πατὴρ καὶ υἱὸς ἓν, ἐν τῇ ἀνθρωπήσει υἱὸς καὶ οἱ μαθηταὶ ἓν, προσαγομένων τῶν διὰ τὴν καταξίωσιν τῆς κλήσεως τῶν μαθητῶν ἐπὶ τὸ ἀνεκδιήγητον τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας εἰς μίαν ἑνότητα υἱοθεσίας, διὰ τὴν τοῦ πατρὸς [6] καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος εὐδοκίαν. Καὶ πάλιν ἐλήλεκται ἡ πλάνη τῶν ματαίων περὶ τοῦ ἰδίου αὐτῶν δεσπότου κακῶς φρονούντων.*

Κεφ. ξϛ'. *Παρελθὼν δὲ καὶ ταύτην τὴν λέξιν τὰς ἑξῆς διασκοπήσω. Προ-*

2. αὐτῷ *cod. Rhedig.*
3. ἐπαλλοτριοῦσθαι *codd. mss. uterque, et ed. princ.*
4. τὴν *om. cod. Rhedig.*
5. *Fortasse* γένηται.

puli, si de aequalitate non de concordia sermo sit, in ipso esse potuerunt? Sed ab omni parte divinae illos veritatis auctoritas refellit; quod non aliter hoc impleri ab apostolis potuit, nec de illis istud ipsum pronuntiari, nisi carnis illorum particeps divinum verbum fuisset, eosdemque in sese adoptione iunxisset. Atque eadem caussa est cur in Cantico Canticorum sacrosanctam suam ecclesiam ubique proximam appellet, quam voce sua excitans et cohortans hunc in modum compellat: *Surge, veni proxima mea, formosa mea, columba* Cant. 2, 10.
*mea.* Videsne ut illam proximam nominet? Atqui proxima esse Christo ecclesia non poterat, nisi de coelo ille descendens ad eam accessisset; propter quam iisdem affectionibus obnoxiam sibi carnem imposuit, ut humanum genus ad sese propius accedens sanctam ac labis expertem sponsam vocaret, collectis omnibus iis qui obsequio propinquiores sibi esse coepissent. Hinc a patre suo postulat hoc loco verbum, hoc est dominus noster, unicus dei filius, ac pro discipulis supplicat, ut in seipso sint; quo illam carnis interventu cognationem de patris in se voluntate contractum sanctificatis discipulis unius voluntatis et adoptionis coniunctione copularet, atque ut per primogenitum patris, *Primogenitorum in coelo descriptionem* obtine- Hebr. 12, 23.
rent, neve a paterna gloria alienum esse filium ex eo nonnulli sibi persuaderent quod carnem gestasset. Unde ut et fidem ac veritatis suae cognitionem muniret, et nihil eiusmodi servorum suorum mentibus occurreret quod ipsos omni spe immortalitatis excluderet, adiiciendum putavit, *Ut sint unum, sicut ego et tu unum sumus: ego enim et tu unum* Ioann. 17, 22.
*sumus,* eo quod deus ex deo, et consubstantialis in divinitate sit natus. Porro illae ipsae voces, *Unum sumus,* non singulare aliquid prae se ferunt. Neque enim dixit, *Ego unus sum,* sed, *Ego et tu,* et, *Unum sumus.* Qua ratione Sabellium cum omni sua schola condemnat, qui filium cum patre, et patrem cum spiritu sancto confundit. Idcirco enim, *Unum sumus,* dixit, non autem *Unus sum.* Quippe perfecta duo sunt, pater et filius, sed unum nihilominus aequalitate, divinitate, virtute, similitudine. Concludamus itaque, quod ad divinitatem pertinet, patrem et filium idem atque unum esse: si vero naturam hominis consideres, unum esse cum discipulis filium; quos vocationis suae gratificatione, pro infinita sua benignitate, ad unam adoptionis singularitatem de communi patris et filii et spiritus sancti sententia perduxit. Qua quidem ratione vanissimorum hominum, ac male de domino suo sentientium, falsa confutatur opinio.

Sed iam ab hoc capite ad alia deinceps tractanda progrediar. Cap. LXIX.

6. καὶ τοῦ υἱοῦ *codd. mss. et ed. princ.* καὶ υἱοῦ *ed. Petav.*

πηδῶσι δέ τινας λέξεις ἑαυτοῖς ἐφευρίσκοντες οἱ σοφισταὶ, περὶ συλλογισμοὺς ἐσχολακότες, καὶ λογισμοὺς ματαιοφροσύνης, ἄνθρωποι ὄντες τὸν θεὸν συλλογίσασθαι πειρώμενοι, ὡς καὶ ὁ προφήτης αὐτοὺς ἐλέγχει φάσκων, *Εἰ πτερνιεῖ τις θεὸν, ὅτι ὑμεῖς πτερνίζετέ με;* Τί γὰρ πάλιν φασὶν οἱ γεννάδαι; ὡς καὶ τὴν ἄλλην λέξιν ἄνω ἑρμηνευθεῖσαν ἐτάξαμεν, ὑπ' αὐτῶν δὲ ἡμῖν πρὸς [1] πεῦσιν ἐκτεινομένην, τὸ, Θέλων ἐγέννησε τὸν υἱὸν, ἢ μὴ θέλων; ὡς ἐν θεῷ ἐδείξαμεν ὅτι οὐδέν τι μελλητικὸν τυγχάνει αὐτῷ, [2] ἀλλ' ἅμα πάντα ἐν αὐτῷ ἐστι τέλεια, καὶ οὐ πρῶτον βούλεται πρινὴ ποιῆσαι, οὐδὲ ποιεῖ ἄνευ βουλεύματος, καὶ οὐ βουλεύεται, ἵνα τι ἑτοιμάσῃ, οὐδὲ ἡ ἑτοιμασία αὐτοῦ βουλῆς ἐπιδέεται· ὥστε παρ' αὐτῷ τὸ γέννημα ἀεὶ γεγέννηται, καὶ μὴ ἐν χρόνῳ ἀρξάμενον, [3] ἀλλ' ἀεὶ σὺν πατρὶ γεγεννημένον ὑπάρχει, καὶ οὐδέποτε διαλείπει· ὡς καὶ ἐνταῦθα πάλιν δευτερώσας τὴν λέξιν πάλιν τίθημι ὅτι οὔτε θέλων ἐγέννησεν, οὔτε μὴ θέλων, ἀλλὰ
pag. 795. ἐν τῇ ὑπὲρ βουλὴν φύσει (φύσεως γάρ ἐστιν ὁ θεὸς ὑπὲρ βουλὴν καὶ πᾶσαν ἔννοιαν καὶ [4] ὑπόνοιαν)· [5] ὁμοίαν δὲ ταύτῃ λέξει, ὡς ἔφην, ἄλλην ἡμῖν ἐφευρίσκουσιν οἱ νέοι Ἀριστοτελικοί. Ἐκείνου γὰρ ἀπεμάξαντο τὴν ἰοβολίαν, καὶ κατέλιπον τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸ ἄκακον, καὶ τὸ πρᾷον, ὡς λέγει ὁ κύριος, *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾷός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἀνάπαυσιν.* Οὗτοι δὲ τὴν πρᾳότητα καταλελοιπότες δεινότητι μᾶλλον ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασιν, ἐνδυσάμενοι Ἀριστοτέλην τε καὶ τοὺς ἄλλους τοῦ κόσμου διαλεκτικοὺς, ὧν καὶ τοὺς καρποὺς μετίασι, μηδένα καρπὸν δικαιοσύνης εἰδότες, μηδὲ πνεύματος καταξιωθέντες δωρεὰν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς οἱ φιλόνεικοι. Λέγουσι γοῦν πρὸς ἡμᾶς, ὅταν εἴπωμεν αὐτοῖς ὅτι ὁ ὢν υἱὸς πρὸς τὸν ὄντα πατέρα ἦν (ἐπειδὴ γὰρ τῷ Μωϋσῇ εἶπεν ὁ πατὴρ ὅτι, *Ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς, Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με·* καὶ πάλιν τὸ εὐαγγέλιον περὶ τοῦ υἱοῦ φάσκει ὅτι, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος*)· ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ὁ ὢν ἦν πρὸς τὸν ὄντα, λέγουσι πρὸς ἡμᾶς, Τὸ ὂν τοίνυν ἐγεννήθη, ἢ τὸ μὴ ὂν ἐγεννήθη; εἰ γὰρ ἦν, πῶς ἐγεννήθη; εἰ δὲ ἐγεννήθη, πῶς ἦν; καὶ ἔστι τῆς αὐτῆς ματαιοφροσύνης τῆς περὶ ζητήσεις ἀσχολουμένης καὶ τὰ μετέωρα ἐμβατευούσης, καὶ τὰ ἄνω περιεργαζομένης, καὶ μηδὲν ἀγαθὸν ἐργαζομένης. Ἐροῦμεν γὰρ πρὸς αὐτοὺς, Πόθεν ὑμῖν ἡ ὑπόνοια αὕτη τοῦ ταῦτα δια-

Cap. LXIX. — 1. πνεῦσιν *mendose est exaratum in ed. Petav. Colon. repet.*
2. ἀλλὰ *cod. Rhedig.*
3. ἀλλὰ *cod. Rhedig.*
4. *Post voc.* ὑπόνοιαν *in Petavii editione incipit novum caput, ordine orationis plane turbato atque interrupto.*
5. ὁμοίαν *codd. mss. uterque (etiam Cornarius vertit* similem*).* ὁμοίως *editi.*

Rursus enim magno in nos impetu sophistae feruntur, excogitatis quibusdam a se rationibus freti, quorum studium omne in syllogismis et argumentorum cavillationibus occupatur. In quo ridiculi omnino sunt, qui cum homunciones sint, deum ratiocinationibus suis comprehendere conantur. Quorum insaniam his verbis propheta redarguit: *Num supplantabit aliquis deum; quoniam vos supplantatis* Malcach. 3, 8.
*me?* Quid igitur audaces illi ac confidentes homines afferunt? Nos aliam hanc illorum obiectionem antea proposuimus atque explicavimus, quam interrogando eiusmodi nobis solent opponere: Aut volens, inquiunt, filium suum genuit deus, aut nolens. Sed ibidem deo opitulante monstravimus nihil in ipso quod tarditatem aut moram haberet inesse posse, sed omnia simul in eo esse perfecta. Quare neque prius vult quam fecerit, neque sine consilio quicpiam molitur, neque ad praeparandum aliquid deliberat, nec illius praeparatio consultationem requirit. Quamobrem qui ab eo productus est filius, semper est genitus, nec ullo tempore coepit, sed a patre genitus cum eodem nulla interruptione temporis existit. Itaque idem quod antea dixeram hoc loco repetam, neque volentem genuisse neque nolentem: sed in ea natura, quae omni est deliberatione superior. Eiusmodi quippe natura dei est ut omne consilium et omnem intelligentiam cognitionemque transcendat. Huic argumento non dissimile est aliud ab novis illis Aristotelicis inventum. Nam huius philosophi virus omne in seipsis expresserunt, et innocentem spiritus sancti simplicitatem benignitatemque reliquerunt. De quibus ita dominus loquitur: *Discite a me quia mitis sum, et humilis corde: et invenietis* Matth. 11, 29.
*requiem animabus vestris.* At illi mansuetudine relicta calliditatem potius amplexi sunt, seque et ad Aristotelem ac ceteros mundi huius dialecticos accommodare maluerunt, quorum fructus ita consectantur nullam ut iustitiae frugem proferant, nec ullum spiritus sancti beneficium, utpote contentionis plus aequo cupidi, impetrare meruerint. Ergo ita nos aggredi solent, cum dicimus existentem filium apud existentem patrem fuisse, quandoquidem ita pater Moysi mandavit: *Haec dices ad ipsos: Qui est misit me;* deinde sic evange- Exod. 3, 14.
lium de filio testatur: *In principio erat verbum, et verbum erat apud* Ioann. 1, 1.
*deum, et deus erat verbum.* Ex quibus colligentibus nobis existentem filium apud existentem patrem fuisse ita ratiocinantur: Utrumnam quod iam erat, an quod nondum erat est genitum? Nam si iam erat, quomodo genitum est? Si vero genitum est, quomodo iam erat? Atque hoc ab eadem vanitate profectum est quae in quaestiunculis volutatur et sublimia consectans ac coelestia curiose perscrutans boni efficit nihil. Nos autem sic eos alloquemur: Undenam

*νοηθῆναι; Ἐὰν δὲ εἴπωσιν ὅτι, Οὕτως ἀπαιτεῖ τὸ φρόνημα ἐξετάζειν, λέγομεν καὶ αὐτοὶ, Οὐκοῦν λέγετε ἡμῖν, ὦ οὗτοι, τὰ ἑαυτῶν λογίζεσθε, ἢ τὰ τοῦ θεοῦ; εἶτά φασιν ἀφ' ἑαυτῶν, ὡς λογικοὶ, τὰ τοῦ θεοῦ λογιζόμεθα. Οὐδὲν οὖν διαλλάττει θεὸς τῆς ὑμῶν ἕξεως, φύσεώς τε καὶ οὐσίας; Ναὶ, φασίν. Εἰ τοίνυν διαλλάττει φύσις θεοῦ παρὰ τὴν ὑμῶν φύσιν, πρῶτα μὲν οὐ δύναται ἡ ὑμῶν φύσις περὶ θεοῦ καταλαμβάνειν τὰ ἀκατάληπτα, δεύτερον δὲ, ὅτι ἀσεβές ἐστι θεὸν ἀφ' ὑμῶν ἀπεικάζεσθαι κατὰ τὴν ὑμῶν οὐσίαν. Ἐν ἡμῖν γὰρ τὸ μὴ ὂν γεννᾶται, ἐπειδὴ αὐτοὶ οὐκ ἦμέν ποτε, γεγεννήμεθα*
pag. 796. *δὲ ἀπὸ τῶν ἡμῶν πατέρων, τῶν καὶ αὐτῶν ποτε μὴ ὑπαρχόντων, καὶ ἐξ ὑπαρχῆς ἄχρι τοῦ Ἀδὰμ διαληπτέον. Ἀδὰμ δὲ ἀπὸ τῆς γῆς ἐγένετο, οὐκ ὤν ποτε, ἡ δὲ γῆ ἐγένετο ἐξ οὐκ ὄντων, ὅτι οὐκ ἦν ἀεὶ, θεὸς δὲ πατὴρ ἦν ἀεὶ, καὶ ὁποῖος ἦν τῇ φύσει, τοιοῦτον ἐγέννησε τὸν υἱόν. Ἐγέννησε δὲ αὐτὸν ἀεὶ ὄντα, οὐ συνάδελφον, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον, ὅμοιον αὐτῷ κατὰ φύσιν, κύριον ἐκ κυρίου, θεὸν ἐκ θεοῦ, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ. Καὶ ὁποῖα λογίζεταί τις περὶ πατρὸς, οὕτω καὶ περὶ υἱοῦ λογιστέον· ὁποῖα πιστεύει περὶ τοῦ υἱοῦ, οὕτω εἰς τὸν πατέρα ἡγητέον. Οὕτω γάρ φησι, Ὁ μὴ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν ὡς πιστεύει εἰς τὸν πατέρα, καὶ τιμᾷ τὸν υἱὸν ὡς τιμᾷ τὸν πατέρα, ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν· ὡς ἔχει τὸ θεῖον εὐαγγέλιον. Καὶ διέπεσε πάλιν ἡ αὐτῶν συλλογιστικὴ διάνοια. Θεὸς γὰρ ἀκατάληπτος ὢν θεὸν ἀκατάληπτον ἐγέννησε πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, καὶ πρὸ χρόνων, καὶ οὐκ ἔστι διάστημα ἀναμέσον υἱοῦ καὶ πατρός· ἀλλ' ἅμα νοεῖς πατέρα, ἅμα νοεῖς υἱὸν, ἅμα ὀνομάζεις υἱὸν, ἅμα δεικνύεις πατέρα. Ἀπὸ γὰρ τοῦ πατρὸς υἱὸς νοεῖται, καὶ ἀπὸ υἱοῦ πατὴρ γινώσκεται. Πόθεν γὰρ υἱὸς, εἰ μὴ πατέρα ἔχει; καὶ πόθεν πατὴρ, εἰ μὴ ἐγέννησε τὸν μονογενῆ; Πότε γὰρ δύναται μὴ καλεῖσθαι πατὴρ πατὴρ, ἢ υἱὸς υἱὸς, ἵνα τινὲς νοήσωσι πατέρα ἄνευ υἱοῦ, καὶ ὕστερον ὡς εἰς προκοπὴν ἐληλυθότα, καὶ γεγεννηκότα τὸν υἱὸν, ἵνα μετὰ τὸ γέννημα κληθῇ πατὴρ υἱοῦ ὁ πατὴρ, προκόπτων ἐν τῇ θεότητι, ὁ τέλειος καὶ μηδέ ποτε ἐπιδεόμενος τελειώσεως;*

Κεφ. ϛ'. *Πάλιν δὲ προφασίζονται, τὸ ἰατικὸν τοῦτο φάρμακον καὶ σωτηριῶδες ἀντίδοτον ἀφ' ἑαυτῶν ἀποβάλλεσθαι βουλόμενοι, τὸ στερέμνιον τῆς πίστεως τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, λέγοντες, Πόθεν τὸ τῆς*

haec animis vestris iniecta cogitatio est? Si dixerint hanc inquirendi viam cum recta ratione consentaneam videri, tum nos contra sic urgebimus: Audire ex vobis cupimus num de rebus vestris, an de his quae ad deum pertinent ita cogitetis. Respondebunt utpote ratione praediti de divinis ea se cogitatione concipere. Nihilne vero, subiiciemus, deus ab vestra conditione, natura et essentia discrepat? Non negamus, inquiunt. Si igitur inter dei naturam ac nostram interest, primum natura vestra non potest in deo comprehendere, quae omni comprehensione maiora sunt. Deinde impium est ex vobis atque ex natura vestra de deo coniecturam capere. Nam in nobis quidem quod nondum erat gignitur, quoniam et ipsimet aliquando non fuimus, et a parentibus nostris, qui et ipsi aliquando non erant, propagati procreatique sumus, eademque omnium hominum ad Adamum usque conditio est. Adamus porro cum aliquando non esset, e terra productus est. Terra vero de nihilo creata; neque enim semper extitit. At deus pater perpetuo fuit, talemque qualis erat ipse natura filium genuit. Ergo et semper existentem genuit, non tanquam fratrem aliquem, sed a sese, uti dixi, genitum, ac natura sui similem, dominum ex domino, deum de deo, deum verum de deo vero. Ac quaecumque de patre cogitarit aliquis, eadem de filio cogitanda sunt, et quaecumque de filio credideris, eodem modo de patre sentienda sunt. Sic enim Christus dominus ea de re testatur: *Qui non credit in filium, sicut credit in patrem, nec hono-* Ioann.3,36.
*rat filium, ut honorat patrem, ira dei manet super ipsum;* id quod in evangelio legitur. Ex quo inanis illorum cavillatio et ratiocinatio concidit; si quidem deus incomprehensibilis incomprehensibilem perinde deum ante secula omnia temporaque genuit. Ita nullum patrem inter ac filium intervallum concipi debet, sed simul et patrem intelligis, et simul filium; simul nominas filium, simul ostendis et patrem. Nimirum et ex patre filius intelligitur, et ex filio cognoscitur pater. Qui potest enim filius esse, si patrem non habet? aut pater, si filium non genuit. Quandonam vero pater non appellari pater potest, aut filius non vocari filius, ut sine filio pater utcumque possit intelligi, aut istiusmodi fingi, ut progressione quadam facta filium postea genuerit, ac deinde cum genuerit, filii pater appellari debeat; quasi divinitatis progressum, uti dixi, quempiam adeptus, cum tamen ita perfectus sit ut amplius perfici nequeat?

Sed rursum ad aliud argumentum confugiunt, et saluberrimum illud remedium atque antidotum, hoc est fidei, quam sancta dei ecclesia praedicat, soliditatem ac firmitatem a seipsis excutere conantur, atque hunc in modum instare solent. Unde nobis, inquiunt, Cap. LXX.

οὐσίας ὄνομα ἡμῖν φέρεται; διὰ τί ὁμοούσιος ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ λέγεται; ποία γραφὴ εἶπε περὶ ὁμοουσιότητος; ποῖος τῶν ἀποστόλων οὐσίαν εἶπε θεοῦ; οὐκ ἴσασι δὲ ὅτι καὶ ὑπόστασις καὶ οὐσία ταὐτόν ἐστι τῷ λόγῳ. [1]Ἔστι γὰρ κύριος ἐν τῇ ὑποστάσει αὐτοῦ, καὶ τὸ ἀπαύ-
pag. 797. γασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Οὐσία οὖν ἐστιν οὐχὶ περιουσία, ἀλλὰ αὐτὸ τοῦτο ὄν, ὥς φησι Μωϋσῆς, Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με, [2]εἰπὼν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. Ὁ ὢν οὖν ἐστι τὸ ὄν, τὸ δὲ ὂν ἡ οὖσα οὐσία τυγχάνει. Τὸ δὲ Ὁμοῦ οὐχ ἕνα πάλιν σημαίνει, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ὁμοουσίου δύο σημαίνει τέλεια· ἀλλ' οὐκ ἀλλοῖα ἀλλήλων ἐστὶ, οὐδὲ ἀλλότρια τῆς αὐτῶν ἑνότητος. [3]Εἰ δὲ ἐχρησάμεθα εὐσεβείας χάριν τινὶ λέξει διὰ τὸν σύνδεσμον τῆς ἀληθείας (ἄνευ γὰρ τοῦ ὁμολογεῖν ὁμοούσιον [4]πάντως αἱρέσεων οὐ δύναται εἶναι ἔλεγχος· ὥςπερ γὰρ μισεῖ ὁ ὄφις τὴν ὀσμὴν τῆς ἀσφάλτου, καὶ τὴν πνοὴν τῆς ἐλάφου, καὶ τὸ θυμίαμα τοῦ γαγάτου λίθου, καὶ τὸ κάπνισμα τοῦ στύρακος, οὕτω καὶ Ἄρειος καὶ Σαβέλλιος μισεῖ τὸν λόγον τῆς ἐν ἀληθείᾳ ὁμολογίας τοῦ ὁμοουσίου), ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς ἐροῦμεν, Εἰ καὶ μὴ ἦν ἡ λέξις ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς (ἔστι δὲ, καὶ σαφῶς ἔγκειται ἐν νόμῳ καὶ παρὰ ἀποστόλοις καὶ τοῖς προφήταις· Ἐκ γὰρ δύο μαρτύρων, [5]ἢ τριῶν, σταθήσεται πᾶν ῥῆμα), ὅμως ἐξὸν ἦν ἡμῖν δι' εὐσέβειαν χρήσασθαι λέξει χρησίμῃ, ἐπασφαλιζομένοις τὴν ἁγίαν πίστιν. Ὑμεῖς δὲ τί φατε; λέγετε γὰρ ἡμῖν, Ὦ οὗτοι, τί λέγετε περὶ τοῦ πατρός; ἄκτιστος ὁ πατήρ; Πάντως ὅτι ναί. Τίς γὰρ ἠλίθιος ἵνα ἀμφιβάλλοι περὶ τούτου; ποῖος δὲ ἐμβρόντητος λογίσασθαι μὴ εἶναι ἄκτιστον τὸν θεὸν, καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; πάντως γὰρ καὶ αὐτοὶ ὁμολογεῖτε ὅτι ἀγέννητος καὶ ἄκτιστος καὶ ἀγέννητος. Οὐ γὰρ ἔχει πρὸ αὐτοῦ πατέρα, οὐδὲ ὁρισμὸν ἐτῶν, οὐδὲ ἀρχὴν ἡμερῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Εἰ τοίνυν οὔτε [6]ἀρχὴ χρόνου αὐτῷ, οὔτε τέλος, ὁμολογεῖται ὅτι [7]ἄκτιστος, καὶ ἀναμφίβολόν ἐστιν, οὐδαμοῦ δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦτο γέγραπται. Εὐσεβείας δὲ χάριν ἀναγκαζόμεθα ταῦτα εὐσεβῶς περὶ αὐτοῦ φρονεῖν τε καὶ λέγειν, κἄν τε μὴ ᾖ γεγραμμένον. Οὕτως τὸ περὶ τοῦ ὁμοουσίου ἀναγκαζόμεθα λέγειν, εἰ καὶ μὴ ἦν γεγραμμένον κατὰ τὴν ἰδίαν γλῶσσαν, μετὰ στενοπῆς τῶν λόγων, εἰ καὶ δόξειεν τοῦτο εἶναι ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ τὴν ἡμῶν φύσιν τὸ [8]περὶ θεοῦ διαλέγεσθαι. Ἀλλ'

Cap. LXX. — 1. ἔστι cod. *Rhedig.* ἔστη cod. *Ien. et editi.*

2. εἰπὼν *correxi Cornarium (qui loquens vertit) et Petavium secutus.* εἶπον *libri.*

3. *In libris vulgo haec sunt ita distincta:* εἰ δὲ - - ἀληθείας. ἄνευ — ἔλεγχος. ὥςπερ γὰρ - - στύρακος· οὕτω - - τοῦ ὁμοουσίου. ἀλλὰ *cett.*

4. *Ita coniecit Petavius. Libri habent* πάντων.

5. καὶ *cod. Rhedig.*

6. ἀρχὴν *cod. Rhedig.*

7. ἄκτιστος ἀμφίβολόν ἐστιν *cod. Rhedig.*

8. ἐπὶ *ed. Petav. Colon. repet., vitio typographi, uti videtur.*

